VIRGILII EVANGELISANTIS

CHRISTIADOS

Libri XIII.

In quibus omnia quæ de Domino nostro
I. Christo In vtroq; testamento, vel dicta
vel prædicta sunt, altisona divini Maronis
tuba suavissime decantantur.

Ad Sanctæ Alexandro Rosseo Abbatemense.

Arma virumq; Maro decinit, nos acta Deumq;
Cedant arma viri, dum loquor acta Dei.

Ad illustrissimum puerum CAROLUM Magnæ Britanniæ Principem.

CArole, *spes Patria, Patris justissima cura*
Et generate diis, & geniture Deos.
Cui dextram Henrici *magni, & caput opto* Iacobi
Et pectus patrium religione sacrum.
Vultus avum præfert, præfer quoque moribus illum;
Vtque refers patrem nomine, mente refer.
Et facito mox cum matura adoleverit ætas,
Vt firmes Solymæ *mœnia quassa tuæ.*
Mœnia quæ malesana cohors, inimica quieti,
Tentat sacrilega præcipitare manu.
Et Christum *venerare, suo qui sanguine nobis*
Hanc Patriam peperit, totque trophæa tulit,
Hostibus ejectis, & de Babylone triumphans;
Qua tibi grandiloquo concinit ore Maro.
Hic vatum princeps te principe dignus habetur,
Castalia hic fontes cum pietate bibes.
Hic simul Heroum laudes, & facta parentum,
Et quid sit virtus intemerata leges.
Disce puer virtutem ex his, verumque laborem,
Vt possis sceptro subdere Regna tuo.
Quisquis sanctorum sequitur vestigia Patrum,
Hic merito Patria dicitur esse Pater.

C. T. V.
studiosissimus.

ALLEN
SEP 2 36
668162

ALLEN: Ros.
A 4

XUM

C. T. V.

Audioflumine.

Alexis Rose.

Præfatio omnibus hoc carmen lecturis utilis.

HEM tibi, amice lector, opus antelucanum, à me horis Hyemalibus matutinis nondum stratis egresso decantatum; aurora namque Musis amica, & reliquum diei annique tempus aliis studiis & negotiis impendere soleo. Sub gallicinium Cynthius (cui gallus sacer est) aurem vellere & admonere solet, ut sub id tempus dominum meum, cum *Petro*; quem ille voce tantum ter, ego vero vita & moribus sæpius abnegavi, cantando flerem, & flendo canerem; hanc provinciam detractare, mihi religio fuit, præsertim Musarum ostiis apertis, & non invita Minerva; eundem honorem exhibere *Christo* volenti, quem Homerus *Ulyssi* & *Achilli*, *Virgilius Æneæ*: ad hoc opus concinnandum linguam elegi latinam, dicendi genus poeticum, & phrasin *Virgilianam*: linguam prætuli latinam, utpote omnium suavissimam, tanto aliis linguis elegantia superiorem, quanto olim fuit urbs urbibus eminentior, est etiam lingua communis maxime; & cujus beneficio religionis, civilitatis, legum, morum, disciplinarum, & artium participes sumus; dicendi autem genus elegi poeticum; utpote oratorio præstantius; hujus enim finis sola est utilitas, illius vero utilitas voluptate conjuncta; & prodesse volunt, & delectare

poetæ, propterea omne cultè punctum: Deinde, orator quivis esse potest, Poeta autem nemo, nisi cui à natura speciali quodam privilegio cœlestium est; nascuntur enim Poetæ, simus oratores; tertio, efficacia in movendis affectibus longe oratorem superat Poeta: quis enim orator Poetam æquiparabit in describenda amoris, fortitudinis, doloris aliarumque aut virtutum aut vitiorum vi, nisi Poetæ partes agat, ut sæpe oratores facitare solent. Hinc Poesis à *Platone*, *Aristotele*, *Plutarcho*, aliisque viris sapientibus tantum laudata; hinc Imperatores, principes, Philosophi, Theologi, Poeticen studium non solum in summo honore habuerunt, sed ipsi quoque in eodem egregiam operam navarunt; *Alexander* mortuum *Homerum*, vivo *Aristoteli* prætulit; pluris apud *Heronem Syracusanum* fuit Poeta *Pindarus*, quam *Plato*. Philosophus; *Virgilio* carmina sua in theatro recitanti, universus populus Romanus perinde ac Imperatori assurrexit; ejusdem diem natalem quotannis celebravit *Augustus*; *Ovidio Getarum* gens barbara, splendidum sepulchrum extruit; soli Poetæ digni habiti, sunt qui cum Imperatoribus lauro coronentur; *Plato* Poetas ἱερεῖς & ὑφήτας deorum vocat. (*in fine*) Philosophia quæ in formandis moribus versatur, in Poetarum sententiis omnino radices egit (*Sextus Empiricus l. cont. Mathemat. c. 17.*) cum pater meus daret operam, ut in bonum virum evaderem, omnia Homeri carmina ediscere coegit, inquit *Xenophon* sub *Niceratis* persona (in *Sympos.*) Philosophari intendentibus non sunt Poemata defugienda, sed in Poematibus navites Philosophandum (*Plutarch. de audiend. Poet.*) omnis ætas per Poeticam longe perfectius fingitur, quam per exempla. Philosophorum idem quoque ibidem ostendit, civitatum & legislatorum fuisse vetus institutum fabulas adhibere Poetarum, ad hominum mentes suaviter efficaciterque movendas. Res sacra Poeta est, neque canere prius potest, quam Deo * plenus: hinc ἐνθουσιάζειν vates, Poetæ

vatis, vocatur; est enim Poeta, quasi alter Deus, non solum formam ut natura facit, introducens, sed ipsam quoque materiam sibi creans. Sane Poetæ Philosophorum parentes sunt; & exemplis idem (sed efficacius) docentes, quod illi præceptis. Longum autem, utinquit *Seneca*, iter per præcepta, breve & efficax per exempla. Si autem in hoc *nostro* sæculo nobilissimum hoc studium pluris haberetur, minus esset rixarum, & infrugiferarum disputationum, quibus ecclesiæ Christianæ tranquillitas toties turbatur; Quod vero ad phrasin attinet, elegi *Virgilianam*, nihil enim illa purius, castius, ornatius; est enim Maro, non solum omnium Poetarum doctissimus, sed modestissimus quoque, & vere virgineus; in cujus divino opere non est ulla vox obscœna; in illo sententiæ, numeri, figuræ, simplicitas, candor, ornatus, incomparabilis, ut verbis utar * *Scaligeri*. Quantum sit in eo eruditionis reconditæ docti norunt commentatores; in eo, nec ethica, nec politica, nec œconomica, nec *Astronomica*, nec *Geographica*, nec Theologica desiderantur; ex eo gentium mores, terrarum, ac marium situs, bellorum stratagemata, militare robur, facundiæ vires, deorum sacra ediscitur est re vera *Virgilius* omnis eruditionis promptuarium; Spero autem opus hoc viris doctis & sapientibus non ingrati fore; Sciolis autē & *ἀμούσοις* non canit meus *Virgilius*; ut nec olim *Caligulæ*; scio enim esse quosdam adeo stupido & bruto ingenio, ut quibus divinum Poeticæ studium non magis sapiat quam Asinis lyra, aut Suibus amaracus. Sed hos ne in hominum quidem censu reponendos, cum * *Scaliger* putet quidam forte Stomachabundus, quod prophani Poetæ verbis & phrasibus religionis nostræ mysteria destripserim; quibus respondeo verbis *D. Ambrosii*: cum in fide nihil quod vituperare possint invenerint, aliquid in sermone reprehendunt; agnoscunt non solum sententias, sed etiam versiculos Poetarum scripturis inseruisse divinis;

* Plato in Ion.

* Post. l. 5. c. 3.

* In Proœm de re Poet.

unde pigmæos, & gallinas Numam Prophetici seriem non reiigit, & Ioannem, etc. dixit. Hieronymus quamvis alioqui Poetarum & Philosophorum nimis rigidus censor; conentur, tamen, ut siquid in aliis utile reperimus, ad nostrum dogma convertamus; si quid vero superfluum de idolis, hæc radamus, his calvitium inducamus, hæc in nouum morem ferro desecemus; ne Israelitæ iussi sunt tractare captivam mulierem. Non proscribet superstitionem prophanorum debemus mulcam legere, aut literas non discere, quia earum repertorem detestemur Mercurium: inquit D. Augustinus. Licebat ergo mihi cum Hebræis sacrum hoc tabernaculum immundorum animalium pellibus convestire; & cum primis Christianis Christum in idololatrico templo colere; illique eædem profanam consecrare; quamvis non video quare tam castum & utile Virgilii poema profanum dici debeat; imo illi potius profani sunt, qui licet Christiani, impudico amoris illecebras carminibus immodestis docent; Paulus nihil suæ sanctimoniæ admisit, quando vectus fuit in nave idololatrica Castoris & Pollucis, nec Christi nomen profanatur, si in nave Virgiliana vehatur: sed quis audet dicere Maronem de Christo nullam habuisse cognitionem; cum de eo tam aperte scribat in 4. Eglogæ, & in digressu de morte Cæsaris, in fine 1. Geor. nemo tam cæcus est, quin hæc de Christo esse dicta perspiciat, inquit L. Vives. Sed cur non boni illi viri, qui omnium mortalium purissimi haberi volunt, & qui nisi quod ipsi faciunt nil rectum putant; cur inquam non succensent Apostolis, qui linguis profanarum Gentium Christianam Religionem, & Scripturas per Orbem propagarunt? Quod autem nomina Deorum Gentilium hic usurpamus; sciant nobis eam fas esse vocabula à profano usu, ad sacrum transferre, quam olim fuit Hebræis ex profana Ægyptiorum supellectile Tabernacul-

* De doctrin. christ. l. 2. c. 18.

† In l. 18. de civit. Dei c. 16.

lectaculi vasa, & ornamenta condunt. Purpuram male habuit; quod [a] *Origines* omnes Græcorum divitias ad locupletandam *Christianam* Doctrinam contulit. *Moysis* Disciplinas *Ægyptiorum*, *Daniel* & *Prophetiam Chaldæorum*, & *D. Paulus* Poetas didicerunt, ut his Religionem locupletiorem redderent: quanto Auro, Argento, & veste suffarcinatus, exivit de *Ægypto Cyprianus*, *Lactantius*, *Victorinus*, *Optatus*, *Hilarius*, hoc prior *Moysis* fecerat eruditus omni Sapientia *Ægyptiorum*, inquit [b] *Augustinus*. Prætereà illi nobis verborum sunt Authores, eodem *Augustino* teste. Non mirum *Iulianum Christianis* humanarum literarum studiis interdixisse, cum animadverteret [c] *Ethnicos* propriis suis pennis à *Christianis* confici. Ergo mihi licebat *Virgilium* carminis fugellectilem pretiosam (quamvis profanam) ex illorum Senatusconsulto) ad meliorem usum transferre, & Religionis nostræ gemmam Aureo illo annulo includere. Deinde, nomina hæc Deorum à nobis furto ablata sunt. Quis enim Poetarum, quis Sophistarum, qui non omnino de *Prophetarum* fonte potaverit? Teste [d] *Tertulliano*. Quis nescit nomen *Iovis*, à *Iehova* deductum; & *Adonis* ab *Adonai*, & *Iacchi* à *Iah*, & *Vulcani* à *Tubal-Cain*; & *Musei* à *Moysi*, & *Iani*, quo *Noahum* intelligo, à *Iain* Vino; ergo licebat nobis quod nostrum est vindicare, & à possessoribus illis injustis eripere. Tertio; nomine *Iovis* non intelligebant Poetæ Idolum aliquod, sed verum & supremum Deum; ut ex *Virgilianis* Epithetis constat; est enim illi *Iupiter*: hominum rerumque repertor; divum Pater, atque hominum Rex, qui cœlum tempestatesque serenat; rerum cui summa potestas; qui fœdera fulmine sancit; qui nutu tremefecit Olympum; superi Regnator Olympi; Pater Omnipotens, qui res hominumque Deumque, Æthereâ regit Imperiis; torquet qui Sidera Mundi, rex

Æthe-

[a] *Epistola ad Magnum.*

[b] *De doctr. Christ. lib. 2. c. 40.*

[c] *Serm. ccclxii. de temp.*

[d] *In Apologet. adversus Gentes.*

Aetheris alti: Scio non defuturos *Momos*, qui hunc laborem noſtrum tanquam inutilem carpent & damnabunt; ſed non me latet facilius eſſe *vituperare*, quam *laudare*, reprehendere quam approbare, quia Mortalium *omnes* eſt, & illi ridiculo Deo non obnoxius; ſed tales aut Scioli ſunt, aut Sycophantæ, aut Philautæ, qui vel ex ignorantia, vel malevolentia, vel nimia ſui opinione carpunt ea quæ ipſi vel non intelligunt, vel præſtare nequeunt. Certè à *Jude* Proditoris mente non ſunt alieni, qui me calumniabuntur, quod pretioſum hoc Vnguentum, cum *Magdalena*, in Dominum meum effuderim; an mihi non licebit ſertis laureis & floribus illius caput ornare, quod pro me ſpinis perforatum fuit? aut Templum Chartaceum, illi forte gratus Templo Marmoreo, extruere, & dedicare, qui pro me ſanctiſſimum corporis ſui Templum diſſolvit: *Chriſtum* canere & laudare, eſt opus beatorum cœlitum; eſt finis Creationis & Redemptionis noſtræ; ergo mihi ſit fas illius laudes hic pro modulo meo balbutire. Non eſt opus inutile juventutem *Chriſtianam*, à lectione impudicorum Carminum, ad ſacram Hiſtoriam, jam doctiſſimis expreſſam verſibus retrahere. Faſtidienti ſtomacho ſalubrem Scripturarum cibum, mihi licèat, ſapientis Medici inſtar, ſuavi condimento gratiorem reddere. Hic enim cum pura *Virgiliana* phraſi, veram pietatem, & Religionis noſtræ Myſteria à teneris annis imbibent; * *Plato* docet, Legum-latores Poetis uti, ut juvenum animi Carminibus deliniti legibus obſequantur, nec futurus eſt hic labor Theologis omnino ſterilis; præterea enim Divinas Meditationes, ſacram Hiſtoriam, & Religionis noſtræ arcana, hic aptas ſimilitudines, phraſes, & figuras ſuaviſſimas, ad exornandas conciones invenient, omnibus ſane hoc opus futurum eſt, & utile & jucundum, niſi qui ſint, qui malint generoſum Vinum

* Dialog. 2. de legib.

ex

ex vase fictili, quam ex aureo poculo bibere. Nulla autem est in hoc opere (exceptis paucis) linea in qua non invenies integrum *Virgilianum* Carmen, vel saltem Dimidium, aut phrases illius; more autem poetico fictiones quasdam, sed pias, & Religioni consonas immiscui, ne versifex tantum esse videar; quod autem Scriptura fictionibus delectetur, testantur tot parabolæ & Apologi per sacram Paginam sparsi; sibi autem suspicabar scrupulum aliquem Lectorem malè habiturum, adjeci marginalem notam sensus mei interpretem; qui plures desiderat, consulat priorem editionem. Vale Lector, & his mecum fruere; tibique exopto tantam in legendo, quantam ego in fingendo voluptatem habui.

A. R.

Argumen-

IN hoc opere, in quo sacros Scriptores civitate donavi, & *Virgilium* ex *Romano Christianum*, & ex adverſa ſecta Proſelytam: ſub nomine *Sionis* & *Salymæ* deſcribitur Eccleſiæ *Chriſti* ſtatus, ab initio mundi, uſq; ad Domini in cœlos elevationem. Varie illam oppugnat, & perſequitur Rex Pluto ſeu Saran; qui nullum non movet lapidem, ut Regnum ſuum Eccleſia ſubverſa in terris ſtabiliat, ſed frustra; ſemper enim *Chriſtus* viros virtute & miraculis præſtantes præmiſit, qui *Salymæ* à Satanæ malitia & conatibus tuerentur; tandem ipſe venit qui doctrina, virtute, miraculis, & morte, *regnum Babylonis* evertit; Eccleſiam ſtabilivit, de Plutone & malorum Spirituum conciliabulo triumphavit.

Admonitio ad Lectorem.

IN anguſtiore margine. *L* ſignificat librum. *E.* Eclogam. *G.* Georgicorum librum. *AE.* Aeneadum, ubi vero figura ſolitaria ponitur, abſque adjectione alicujus literæ, ibi liber Aeneados, ſignificatur.

Index Rerum, non omnium, sed præcipuarum, in hoc opere fusius declaratarum.

Lib. Librum significat *ibid.* ibidem.

Abel.
Abelis sacrificium & mors. lib. 1.

Abraham.
Abrahami historia l. 1.

Absolon.
Absolonis pulchritudo, fatalis, mors l. 4.

Achab.
Achabi mors. l. 5.

Acgyptus.
Acgypti plagæ l. 3.

Angelus.
Angelus Josephum apparet, lib. 6. & l. 8. magistib. 8. Angeli nativitatis Christi nuntii, lib. 8. pocalum illi fabricant lib. 11. Angelus Christum sollatur. ibidem. Resurrectionem nuntiant. lib. 12. Ministerium in Christi ascensione. lib. 13. Apostolos de Christi reditu monent lib. 13. Jacobo adsunt lib. 2. Angeli lucis. libro 2.

Anglia.
Anglia pietas l. 5.

Antigonus.
Antigoni Historia l. 6.

Antiochus.
Antiochi historia l. 6.

Apostolus.
Apostolorum vocatio. lib. 1. 2. Christo discunt l. 9. Christi passio esse fatalem. l. 10. Petri lavatum l. 10. 2. Christo salutatur. ibid. in lucem dimittuntur l. 12. in apparet Christus. l. 13. munus illi pecuniæ conferendum habet. ab Spiritu sancto ibid. 5. 2. multi miracula l. 14. efficacia prædicationis ibid. Apostolorum vocatio. ibid. Apostolum nomen. ibid.

Arca.
Arca Noachi l. 1.

Artabanus.
Artabani vita & mors l. 6.

Aron.
Aronis vestis l. 4.

Assyrius.
Assyriorum bellum l. 5.

B.

Babel.
Babel turris l. 1.

Baptista.
Baptistæ crudelitas in carcere. lib. duodec. l. 8. Baptistæ l. 9.

Bethlem.
Bethlemitici infantes l. 8.

Bethsida.
Bethsida patria l. 10.

C.

Cæli descriptio. l. 1.

Cain.

Caini homicidium l. 1.

Caiphas.

Caiphas orat. l. 10. Christum arguit, & vestes lacerat. l. 11.

Canaan.

Canaanis abscissio l. 1. Canaanitarum beli. ibid. Cognomen nostris imponitur. l. 10.

Carolus.

Caroli regis pietas & laudes. l. 7. passim. l. 12.

Christus.

Christi cum Abele collatio. l. 1. cum Abraam. ibidem, cum Noahe ibid. cum Aaron l. 2. cum Absalone l. 4. cum Davide & Ionathan l. 4. cum Enocho. l. 1. cum Gedeone. l. 3. cum Moyse. ibid. cum Iacobo l. 2. cum scala Iacobi. ibid. cum Ioseph. l. 3. cum Iobo, l. 2. cum Samsone. l. 4. & l. 12. cum Salomone. l. 5. cum Iudæis l. 5. cum Iuda Machabæo l. 6. Christus super aquas deus Esaias l. 6. epitoma [illegible] & lib. 7. Christi [illegible] Angelus nunciat [illegible] ibid. [illegible] ibid. [illegible] ibid.

à puero ejecto, illi pisces argenteos superducit, ibidem. Lanceam fustitat, & inde sertum Ephesum fecerit, ibid. à Maria unguitur, ibid. ejus vestitus de Hierosolyma queritur, ibid. sicut mulcatur, ibid. erat & audivit, l. 10. Agnum cum discipulis edit, ibid. Apostolorum pedes lavat, tum salutat, & docet, ibid. cænam instituit, ibid. in hortum exit & fudat, l. 11. poculum mortiferum accipit & intuetur, ibid. quæ passurus sit horret, ib. à Juda proditur, & militem ferrati, ibid. Petrum objurgat, ibid. ad Caiphum ducitur, ibid. quæ passus in domo Caiphæ, ibid. Jh. Dei filium fatetur, & damnatur, ibid. Christi colloquium cum Pilato, ibid. ad Herodem mittitur, flagellatur, & alia multa indigna patitur, ibidem. crucem bajulat, & excidium Hierosolymæ prædicit, ibid. mulieres flentes reprehendit, ibid. crucifigitur, ibid. inter duos latrones, quorum unus dat paradisum, l. 12. matrem pro filiorum, & matrem Johannis commendat, & animam patri, ibid. expirat, & lancea transfoditur, ibid. Corpus magister unctis tectum ibid. multis signis adumbratur. l. 6. l. 12. Ejus gloriosa genetrix ostenditur. l. 12. verum Ecclesiæ, ibid. descendit ad inferos, ibid. Christi sepultura, & resurrectio, ib. typi, ibid. potentia in expugnando inferno, ibid. Magdalene apparet, non credens discipulis, tunc omnibus, simul, ibid. Thomæ vulnera monstrat, ibid. cum discipulis comedit, ibid. ascensurus in cœlum instruit, & solatur apostolos, l. 13. ascendit, ibid. illius gloriæ descriptio, ibid. laudatur ab Angelis & salutatur, ibid. ascensionis typi, ibi. illius ad judicium veritas describitur, ibidem.

D.

Dagon.

Dagonis idolatria, l. 4.

David.

David de Goliah victoria, l. 4. de aliis bellicis, ib. voluntas de templo ædificando, ibid. ejus filiorum, ibid.

Delusum.

Delusi descriptio, l. 2.

Deus.

Deus pater æcalvus, (Judæis initio) l. 11. ejus filius descriptus vocat, de glorificando filio, l. 13. De gloria ib.

Dies

Diabolus.
Diabolus Deus mundi. l. 3. Diabolus Christum tentat. l. 8. seruatur. ibid. Iobum vexat. l. 2. Diabolus potens interpr. 18.

E.

Ecclesia.
Ecclesia describitur. l. 5. & l. 9. Ecclesia nutrit. l. 12. ecclesia amplectenda. ibid. periculo. l. 15.

Eli.
Eli mori. l. 4.

Elizabeth.
Elizabeth virgo sanctum salutat. l. 6.

Enoch.
Enoch translatio. l. 1.

Ezechias.
Ezechiæ historia. l. 5.

G.

Gabriel.
Gabriel nativitatem Christi nuncia. l. 6.

Gedeon.
Gedeonis victoria. l. 3.

Gehenna.
Gehenna quis locus. l. 5.

Goliah.
Goliahi historia. l. 4.

Hæmorroissa.
Hæmorroissa sanatur. l. 9.

Hebræus.
Hebræorum idolatria & mutationes. l. 3. seruitus, ibid. libertas, ibid.

Herodes.
Herodes tyrannus. l. 11. consilium Magi, ibid. occidit pueros, ibid. Herodis bella. 9. Herodes alter eadem dicta scribens. l. 9. Baptistam obtruncat, ibid.

I.

Iacobus.
Iacob i regis laus. l. 7.

Iacob.
Iacobi historia. l. 2. fuga & laudes, & lusus, ibid.

Iehosophat.
Iehosophat sceptrum. l. 5.

Iephte.
Iephte victoria. l. 3. sacrificii, ibid.

Impius.
Impiorum supplicia. l. 13. admonentur impii, ibid.

Ionathan.
Ionathæ & Davidis amor. l. 4. Ionathæ victoria & mors, ibid.

Iordanis.
Iordanis descriptio. l. 3.

Iosias.
Iosiæ pietas & mors. l. 5.

Ioseph.
Iosephi somnia. l. 2. vendicio & peregrinatio, & lusus, & cum fratribus reconciliatio, ibid. Iosephi sepultura. l. 2.

Iosuah.

Iosuah.
Iosue historia, lib. 3. obitus, ibid.
Iudæi.
Ad Iudæos exhortatio, ut ad Christum veniant, l. 6. Iudæorum leges, l. 5. reges & duces post captivitatem, l. 6. ipsorum reditus, ibid. Iudei Christi mortem requirunt, l. 11. eorum in Christum crudelitas, ibid. malitia, & invidia, ibid. comparantur fratri prodigi, ibid. pro Iudæis orat Virgilius, ibid.
Iudas.
Iudæ Macchabæi victoria, l. 6. Iudas Iscariot stomachatur, l. 10. Christum prodit, l. 11. se suspendit, ibid.
Iudicium.
Iudicia divina, l. 1. Iudicii ultimi descriptio, l. 13
Iob.
Iobi historia, l. 2
Iaddus.
Iaddus pontifex, l. 6
Iudith.
Iudith historia, l. 7
L.
Lazarus.
Lazarus suscitatur, l. 10.
Loth.
Lothi captivitas & liberatio, l. 1
Latro.
Latrones crucifiguntur cum Christo, l. 12
Latronis boni confessio, ibid.
Lex.
Legis promulgatio, l. 3
M.
Magdalena.
Magdalenæ pœnitentia, l. 9. ejus pœnitentia in quærendo Christo, l. 12
Magi.
Magi adorant Christum, l. 8
Manasses.
Manassis vita, l. 9
Mare.
Maris Rubri transitus, l. 3
Mathias.
Mathias vindex libertatis, l. 6
Meditatio.
Meditationes de arca Noæ, l. 1. de scala Iacobi, l. 2. de lucta Iacobi ibid. de exuvio Salomonis l. 1. de Salomone, l. 5. de Ionathan & Davide l. 4. de Christi officio pastorali l. 6. de Iudæorum cervicosine ibid. de Christi conceptione, nativitate, circumcisione, & oblatione, lib. 8. de Herodis crudelitate ibidem, de fuga Christi ibidem, de Baptistæ vita solitaria, ibid. de Christi paupertate, & Apostolorum vocatione, ibid. de eorum prædicatione, l. 9. de Christi Regno ibid. de tempestate ibid. de

Magdalenæ ibid. de ungue à gallo signatus. l. 10. de Christi lapidatione, & passionibus ejus, ibid. deque ejus exilio. ibi. de sterilitate ficus. ibid. de Christi passione in horto. l. 11. de passionibus in domo Caiphæ ib. de Petri abnegatione ibi. de gallicantu. ibid. de Christi flagellatione, ibid. de corona spinea, & veste purpurea. ibid. de Virginis Mariæ fletu l. 11. de cruce bajulatione ib. de crucifixione ibid. de modo capite & manuum extensione, l. 12. de Solis eclipsi ibid. de Christi morte. l. 12. de lateris perforatione, ibid. de Christi officio sepulcri ibid. de liquore è corde fluxisse. l. 12. de Ismaele, & Elisæi, typis Christi ibid. de Christi sepultura, de resurrectione ibid. de Judæorum malitia. l. 12. de Magdalena quærente Christum, ibid. de corporum resurrectione, ibid. de Thoma tangente Christum. ibid. de ascensione Christi, l. 13. de voluntate ad judicium, ibid. de S. Spiritus missione, l. 13 de prædicatione Apostolorum, ibid. de navis cadentis periculis, ibid. de Apostolis exsilibus, l. 13.

Milites.

Militum corruptorum, l. 9.

Monstra.

Monstra ab Apostolis fugata quæ l. 9.

Moyses.

Moysi Historia, l. 3. miracula, ibid. visio ibi. ibid. mors, ib.

N.

Natalis herodis, l. 9.

Nicodemus.

Nicodemi pietas l. 12.

Noah.

Noahi historia, l. 1.

Neptunus.

Neptuni idolatria, l. 4.

O.

Olivetî mons, l. 9.

P.

Petrus.

Petrus Christum orat, l. 9. super mare ambulat, l. 10. è piscis ore argentum extrahit, l. 10. Malchi aurem amputat, l. 11. Christum negat. l. 11. fit, ib. illo cæsarium committitur, l. 13

Pharisæi.

Pharisæi Christo insidiant, l. 9. l. 10.

Pharo. l.

Pharonis submersio, l. 2. exercitus, l. 3. submersio, ibid.

Philistim.

Philistim cædentur, l. 4

Pilatus.

Pilatus.
Pilatus Christum examinat, absolvere cupit, flagellat, l. 12. crucifigi iubet, ibid. Pilati mors, & sepultura, ibid
Piscis.
Piscium capture, l. 9. & l. 12
Poculum.
Poculi mortiferi descriptio, l. 12
Poena.
Poenarum falsitas, & l. 12
Ptolemaeus.
Ptolemaei munificentia, l. 6
R.
Regina.
Reginae Sabae adventus, l. 5
Resurrectio.
Resurrectionis Christi typi, & 12
Roma.
Romae vetustae descriptio, l. 6
Sacrificium.
Sacrificium hujus seculi, l. 7
Salomon.
Salomonis templum, l. 4. opes, & magnificentia, ibid. navigatio, ibid. congressus cum regina Saba, l. 5. regnum divisum, l. 5. successiones in regno Judae, ibid
Samaritana.
Samaritanae colloquium cum Christo, l. 9
Sampson.
Sampsonis historia, l. 4. victoria, & mors, ibid
Samuel.
Samuelis historia, l. 4
Sanctus.
Sanctorum gloria, l. 13
Saul.
Saulis inauguratio, l. 4. invidia in Davidem, ibid. Magia & mors, ibid
Serpens.
Serpens diabolus, l. 3. serpens igneus, l. 3
Sibylla.
Sibyllarum testimonia, l. 6
Sheba.
Sheba mors, l. 4.
Sichemita.
Sichemitarum historia, l. 2
Signa.
Signa prodigiosa Christi nativitatem comitantia, l. 6. & 8 insuper, l. 12. mortem sequentia, ibid
Simeon & Simon.
Simeonis oratio, l. 8. Simon portat crucem, l. 12
Sodom.
Sodomae conflagratio, l. 1. Sodomae terra & lacus descriptio, l. 1. Sodomitarum bellum, l. 1
Sp. Sanctus.
Sp. Sancti efficacia, l. 13
Sol.
Solis defectus, l. 12

Samaria.
Samaria quid sit, l. 3
Samaritis regio, l. 12
T.
Tabernaculum.
Tabernaculi exemplar, l. 3
Templum.
Templi descriptio, l. 4. templi ruina scinditur, l. 12
Transfiguratio.
Transfiguratio Christi, l. 10.
V.
Vaticinia.
Vaticinia de Christo, l. 7
Velum templi.
Velum templi discissum, l. 12
Virgo.
Virginis beatæ genealogia, l. 6. matrimonio sibi desponsata, l. 8. fuga, ibid. virgo mansit semper, ibid. virgo quare desponsata, ibid.
Vitæ.
Vitæ finis quando, l. 12
X.
Christiani.
Christiani ad pœnas invitantur, l. 5. ad bellum Turcis inferendum, ibid. & l. 12. & l. 13. sanctitatem studebile, l. 7. Christianorum bella mutua detestanda, l. 8. Christianorum victoriæ in sacris scripturis, l. 11. & militia, ibid. Christianum bellum describitur, l. 13
Z.
Zenacherib.
Zenacherib expulsus, l. 5.

CHRISTIADOS

LIBER. I.

Argumentum.

Plato animadvertens Babylonis fundamenta ab Abele fratricida fuisse, Cainum Babylonis fundatorem, ut frustra (quod illum sui fratris Dei decepti fuit) interimeret, quo occiso, Deus alios excitat, qui Babylonem adificent, nempe Sethum, Enoch, Cainan, Malaleel, Iaredi, Henochum, qui ad Paradisum ipse vectus; Methusalem, Matrhum cum reliquis, insignante Platone, Sethi posteri monimenta contrahunt cum filiabus Caini; ex quibus progenitur Gygantes, quorum scelestibus provocatus Deus diluvium immisit, qua homines pendentes pereunt, exceptis patriis in Arca servatis; cum autem Noachus ex columbe turbe ipsius facitam rursus terram, Arca egreditur, victimasque offert, quibus propitius Deus, quos agricolturam docet; cum ille Deum sedens percipit, sed sensum vini capitum filio Chamdetorquet, interea Plato ne cuncta Babylonis edificationem impediret omnes ad extructionem turris Babel hortatur; ubi Deus incusa disperst & loquelam confundit; Abrahamum ex Chaldea ad extremandam Babylonem evocat, ille Christus promittitur, & Canaan. Lotham captivum liberat; describitur terra, bellum, & expeditum Sodomitarum, qua de, Abele, Noache, Abramo, & reliquis, Christo appetentibus.

Arg. 1. Ille ego qui quondam gracili modulatus avena
1. 5. Carmen, & Aegypto egressus per inhospita saxa
6. Perque domos *Arabum* vacuas & inania regna
1. Deduxi *Abramidas*; ac nunc & horrentia *Christi*
1. Acta, Drunque cano, cæli qui primus ab oris
Gen. 2. Virginis in lætas gressum descendit & orbem
4. 1. Terrarum invisit, profugus *Chananæa* venit
1. Littora, multum Ille & terra jactatus & alto
1. Ni 4 superum, sævi memorem ob *Phaetontis* iram

Multa quoq; in monte est passus dū cōderet urbē. 1.
Nam ligno incubuit, dixitque novissima verba, 4.
Et sacram eludit multo cum sanguine vitam, 2.
Atque ausus penetrare sinus nigrantis Averni, 1.44
Sed tandem patrias victor remeavit ad oras? 2.
Evertitque & deos Latij, & gens omne Latinum, 1.
Albanosque patres atque altæ mœnia Romæ. 1.
Mœsta mihi causas memora, quo numine læso. 1.
Quidve dolens rex ipse Deum tot volvere casus 1,
Insignem pietate virum, tot adire labores 1.
Impulit? an tantas cœlî? mens ardet in iras? 1.12.
Certe in supremo divumque hominumque satore 1.
Nullæ iræ ignoscunt, nullius dolor ossibus ardet: 9.
Nulla erat in Christo facies scelerisve dolive; 68.
Versū omnis fraus nostra fuit, nihil Ille nec ausus 9.
Nec potuit patrare nefas; nunquam exidit ore 2.
Fraus ulla, aut ullî potuit succumbere culpæ; 4.
Vnius ob noxam & furias labentis in Adamo 1.4.
Hæc tulit, infidum nimium dilexit amicum. 2.9.
Vrbs ro antiqua fuit clari cognominis illam 1.8.
Fundavit Ninj genitor in Nimirobus, & alta 6.14
Aggere munivit cinxit Semiramis urbe 10.
Nini, tum ponte: & propugnacula junxit 9.
Bellatrix; non illa colo calathisve Minerva 7.
Examinea assueta manus, sed prælia virgo 7.
Dura pati, cursuque pedum præverttere ventos. 7.
Hæc urbe diversorum studiisque asperrima belli; 3.
Quam Pluto fertur terris magis omnibus, unam 1.
Posthabitis coluisse aliis; hic illius aræ, 1.
Hic cultus fuit, hoc regnum. Dia gentibus esse (Si quo fata sinant) jam tum tenditque fovetque 1.
Propositum: sed enim Troades a sanguine duci 1.
Audierat, flygia olim quæ verterat arces? 1.
Hinc populum late regem, belloque potentem 1.
Vertere [illegible] sic volvere [illegible]

Id metuens veterũ belloru̇ haud immemor, orat
Quod contra *Iacidas* pro ch aris gessit amicis ;
Nec dum etiam causæ iratum sævique dolores
Exciderant animo ; manet alta mente repostum
Iudicium régis Superum de semine latum,
Ecceminto, quod nempe caput contunderet angues
Subjiceretq; malum pedibus furiale ‖ draconis
His super accensus jactatos æquore toto
Christum cum sociis, terræque extrema sequentes
Accebat longe *Satan*, multosque per annos
Per varias cædes per tot discrimina rerum
Sanguine placantes hostes animisque litantes,
Errabant acti terram & maria omnia circum ;
Tantæ molis erat *Satanam* condere gentem !
Iamque ades, incepti que una decurre labore
O decus, O famæ merito pars maxima nostræ
Christe Deus ; pelagóque volans da vela petenti ;
Da facilem cursum, atque audacibus annue cœptis
Vt tui jam totum liceat mihi ferre per orbem
Sola *Sophocleo* miracula digna ‖ cothurno.
Non ego cuncta meis amplecti viribus opto
Non, mihi si linguæ centum sint, oraque centum,
Ferrea vox ; sed lumina sequar fatigia rerum ;
Et prima expediam repetens ab origine mundi
Insidias Satanæ, fraudes atque horrida bella
In *Christum* & *Christi* famulos ; quos ipse profligare
Descendit cœlo, terræ præmisit in orbem
Optatas fundare arces, & tecta Salutis,
Molirique arcem, & manibus subvolvere saxa ;
Quos omnes ferro insequitur vel fraude nefanda
Propterea pendent opera interrupta, manentq;
Murorum ingentes, æquataque machina cœlo
Nec possunt cæptæ turres assurgere, donec
Ipse expectatus *Satanas* conditor arcis
Venit & invicta fabricavit mœnia dextra ;
Quæ neque vis humana potest, neque jussa deûm

Vincere; nec duro poterunt convellere ferro. 4.4.
Vix è conspectu patriæ fælicis in ꝛ5 altum 1.
Vela dabant mœsti, & spumas salis ære ruebant 5.
Patres primævi, invidia fallacis averni 7.2
Expulsi patria, & jactati gurgite vasto 8.1.
Incerti quo fata ferunt, ubi sistere detur; 3.
Cum *pius* æternum servans sub pectore vulnus, 1.
Excitat *Abelæi* malefida mente procellas; 5.10
Disjecitque rates, evertitque æquora ventis. 1.
Scilicet ut justum ponto submergat *Abelem*, 6.10
Quem putat esse ducem *Solymæ* qui mœnia condat 6.12.
Promissæ, atq; alto *Babylonem* à culmine sternat. 2.2.
Ille ergo ingentes imis à sedibus undas 1.1
Irarum volvens, in *Syrtes* urget *Abelem*, 12.1.
Illiditque vadis & funere mergit acerbo, 1.6
Quo regnum *Solymæ* stygias averteret arces, 4.
Exercebat humum tauris, & pura *Cainus* G.1.
Semina credebat sulcis; sed pastor *Abelus* G.1.2.
Lanigeras agitabat oves; hirtasque capellas. G.3.
Hi positis aris dum vota ex ordine solvunt; 3.
Frugum primitias, & liba ferebat ad aras G.2.3.
Major; at hic pingues pecudes & rite sacratas 4.12.
In flammam jugulans grates mactabat honores. 12.2.
Ecce autem cœlo ceciderunt crebra serreno G.1.
Fulgura, corripuit tremulis altaria flammis Ec.8.
Ignis ab æthereo cœli demissus *Olympo*, 6.
Qui molli tactu sacrum lambebat *Abelis*. 2.8
Augurium agnovit juvenis, & supplicesque repente 9.
Sustulit ad cœlum palmas, & numen adorat. 9.3
Non tulit hanc speciem furiata mente *Cainus*, 2.
Nec *Stygio* regnator aquæ: qui verbera tectis 4.7.
Funereasque inferre faces solet atque venenum 7.
Invidiæ, & charos armare in prælia fratres: 7.
Sanguineam inspirat mentem suadetque *Cainо* 7.9.
Protinus ut fratris spoliaret lumine corpus. 12.
Illum autem ardentem curæque iræque coquebat 7.1.

Cocyti

6 Cocyti emissæ stagnis, stygiaq; palude?
1.6 Haud mora fas omne abrupens, & jura resolvens
1. Clam ferro incautum fratrem superavit in agro
7. Impius, hæsit enim sub pectore vulnus, & ud æ
7. Vocis iter, tenuemq; incluſit 16 sanguine vitam.
6.3. Corpus 17humo tegere, & foveis abscõdere tantũ
4.6.4 Speravit se posse nefas; sed qui omnia novit
6.4. Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahun-
1. Crudeles aras; trajectaq; pectora ferro (tur
1. Nudavit, cæcumq; domus scelus omne retexit.
4. Ille autem scelerum furiis agitantibus amens,
1. Atque ignotus, egens, terræ Deserta peragrat:
7. Ceu quondam torto volitans sub verbere turbo
7. Quem pueri magno in gyro vacua atria circum
7. Intenti ludo exercent: ille actus habenâ
7. Curvatis fertur spatiis: stupet insciа turba,
7. Impubesque manus mirata volubile buxum;
7 Dant animos plagæ; non cursu segnior illo
4.7. Per rupes sylvasque agitur, trepidumq; sequuntur
4. Armatæ facibus furiæ & serpentibus atris.
6.9. Sæpius occurrit germani fratris imago
1. Tristis, & ora modis attollit pallida miris;
6.6.3. Latronem ad pœnam ingenti clamore reposcens,
6.6.3 Et quia fraternum potavit terra cruorem
6.1. Fert lappas tribulosque, interq; nitentia culta
6.1. Aspera sylva subit, segnisque horrescit in arvis
6.1. Carduus, Agricolas vanis eludit avenis
6.1.2.1 Expectata seges, quin & lapis omnia nudus
Ezech. Limosoque palus obducit pascua junco.
1.4. Haud aliter *Christũ* (summo quod honore colebat
11.8. Hunc Deum) invidia & crudeli morte necabant
10.10. Fratres *Judæi*, in dominum gens semper iniqua,
11.7. Atque odiis infensa, nec exsaturata quiescens.
9.1. His patria pulsis, torque horrida funere passis
1. Cunctus ob hanc eædem terrarũ claudit orbis.
7.3 His etiam spiritu horrescit pagina Sacra

Lappæque tribulique adsunt atque aspera sylva. 0.3.
Sed postquã inferni rex morte peremit *Abelem* 6.6.
Qui jam fundavit sacratos sanguine muros; 4.2.
Omnipotens ne cæpta opera interrupta jacerent 4.
Artifices alios misit qui mœnia condant: 2.12.
Sethum qui duplicem casum tristesque ruinas 1.11.
Mundi descripsit geminis in postibus; *Enosh* 3.2
Hic primo instituit mortales rite precari. 6.1.8.
Kenam, *Malaleel*, *Jared*, tum misit *Henochum*
Sublimem hunc rapuit Paradisi ad amœna virecta. 5.6.
Longævi palmas nequidquam ad sidera tendunt 5.
Majores, fœvitque canum latratus in auras; 5.
Et diræ ultrices ululârunt sedibus imis, 4.4.
Irâ indignantes; Pluto fremit ore cruento 11.1.
Mortalem ascendisse illuc unde exulat ipse. 7.11.
Et quamvis patriam antiquam spes nulla videndi 2.
Patribus, hinc tamen æternam sperare salutem 1.
Ausi, atque afflictis melius confidere rebus; 1.
Quod postquã invisam lucem hanc homines qre- 4.10.
Secluso nemus & virgulta sonantia sylvis linquãt 6.
Devenient tandem, & cuncti læta arua tenebunt 6.
Incertas ubi sub *Zephyri* motantibus umbras *Ec.* 5.
Assiduo resonat cantu formosus *Henochus* 7.
Ad sacros fontes; ubi mollis amarillum *Ec.* 1.1.
Floribus & dulci aspirans complectitur umbra. 1.
Has *Christus* sedes, hic delita præmia laudi 3.1
Illis promisit, qui cingent mœnibus urbem, 2.3
Quique arces & tecta colent excelsa *Sionis* 7.5
Post hunc *Methusalem* longævus mittitur; ille 5.
Annum 18 non ulli veterum virtute secundum 11.
Progenuit; centum & bis denos instruit annos 4.2.
Immani scelerum nutantem pondere mundum 1.Ec.4

7.6.13. Ianus, diluvii cladis & signa docendo?
4. 7 Nam Pluto adversæ sedula si opponere fatis
10.1. Murorum aggeribus nec posse mœnibus aperta
2.5. Vi *Sethaeæ* tectis oppugnat frangibus illam.
4.4. Aeternam pacem (hoc te per sæcula nomine fando)
4.5. Nec non conjugii fundamina pectore tandas
4.6. Prætendit, nempe ut pactis de stirpe *Latini*
4.7. Iungantur generis *Itali* do gente creatis;
8.4. Sic miscere cupit populos, & perfidus unam.
4. Esse velut *Sethaei* urbem & *Babylone* profectis.
10. Scilicet ut *Babylon* premeret dirione *Latinos*;
1.1. Quocirca capit ille dolis, fallique veneno
6.3. *Sethidas* miseros; furit ingens ossibus æstus
12.8. Postquam hausere oculis formas superante puellas
2.14. Dulcibus illecebris turpique cupidine captæ
6.3. In furias ignemque ruunt, amor omnibus idem.
4.3. Ex his progeniti sunt vasta mole gigantes,
3. *Aetnæ* fratres, cœlo cepita alta ferentes.
6.2. Quid scelerum facies, & monstra inaudita dicam
2.61.8 Turpes Concubitus, cæ des, atque effera facta
3.9. Horum *Cyclopum*, quæ justa coercuisset
6.6. Eluit omnipotens, medioque sub æquore mersit.
7. Talis connubia, & tales celebrant hymenæos
7. Egregium *Sethi* genus, & stirps sæva *Cami*.
7. Scilicet hæc pax est quam rex pretendit averni,
4.6. Vt soceri & generi coëant mercede suorum,
7. Vtque Caminææ doceantur cladis puellæ;
6.3. Quæ genus omne neci pecudis dedit omne virorum
2.5. Ergo Justitia & magnus pietate *Nauchus*,
2. Instar montis opus divina numinis arte
2. Aedificans, secta contexuit abiete costas.
8.6.3. Huc volucrum pecudisque genus, genus omne ferarum
2.4.1. Atque homines octo rellenos vocat æquore vocem,
2. Inclusit cavo ligni; penitusque cavernas
2.7. Ingentes uterumque imbi potuere replevit.
[illegible] Convenium [illegible] [illegible] Lapsi

Et sylvis; tum sævus aper, tum pessima tygris, G.3
Et genus omne canum, quin & genus acre loporum G.3
Auritusque lepus, timidique sequuntur onagri, G.3.
Et lynces variæ, imbellesque ad prælia cervi, G.3.
Laniger æque greges, & amantes ardua capræ, G.3.
Quadrupedesque citi, & fortes ad aratra juvenci. G.3.
Sic quæcunque levé volucris secat æthera pennis G.1.
Ingreditur (mirum dictu) divinitus arcam; G.1.
Aeriæque grues, & oriantes gutture corni; G.1.
Accipitres sacri, & candentes corpore cygni; G.1.
Cornix quæ plena pluviam vocat improba voce: G.1.
Quæque arguta lacus circumvolitabat hirundo; G.1.
Solaque culminibus ferali carmine bubo G.1.
Sueta queri, & longas in fletum ducere voces. G.1.
Quin medio celeres revolant ex æquore mergi, G.1.
Atque aliæ pelagi volucres, & quæ *Asia* circum G.1.
Dulcibus in stagnis rimantur prata *Caystri*. G.1.
Littoraq; halcyones linquunt, & aceanthis ascillos G.3
Et philomela dapes, & raucæ rura palumbes. G.1.
Et gemere aeria cessavit turtur ab ulmo. Ecl.
Quin etiam è pastu discedens agmine magno G.1.
Corvorum increpuit densis exercitus alis. G.1.
Sed neq; quæ multæ species, nec nomina quæ sint G.2.
Est numerus, nec enim numero comprendere refert G.2.
Nec Deus has voluit servari à fluctibus omnes, 3.
Sed binæ ex quovis genere ingrediuntur in arcâ; 5. G.3
Navita nam tristis nunc has, nunc accipit illas, 6.
Aut alias longe semotus arcet arena. 6.

Vix sese incluserat quum effusis imbribus atra 8.15
Tempestas sine more furit, tonitruque tremescit 5
Ardua terrarum, & campi; ruit æthere toto 5
Turbidus imber aqua, densisq; nigerrimus austris. 5.
Præterea aggeribus ruptis *Neptunus* ab alto 2.1.
Fertur in abruptum cumulo, camposq; per omnes 12.1
Irruit ac scopulos eluctis gurgite montes. 8.21
Quum sæpe, dominis fata læta, bonosque labores, 21

Fugit

Præcipitesque trahit sylvas; genus omne ferarum
Et pecudes, armenta, viros; nec jam amplius ullas
Apparent terræ, cœlum undique, & undiq; pontus
Servati ex undis; Solum hi quos arca tenebat.
Sic arcam *Christus* (*Græis* Ecclesia dicta est
At non humanis manibus, non arte magistra
Extrixit, sed morte sua, verboque potenti:
Atque hoc inclusos ligno occultavit amicos.
Dũ mare præruptũ pelago premit arva sonanti;
Dum Deus irarum submergit fluctibus orbem.
Vtque gubernator media nunc *Ianus* in unda
Omne genus pecudũ, nec non genus omne ferarũ
Atque homines ligno inclusus, pictasque volucres
Per saxa, per cohumes per tot vada cærula vexit:
Sic *Christus* ligno affixus servavit ab orco
Dilectam *Solymam*, & per saxa latentia duxit
Littus ad ætherium, portuque exponit in alto.
O fate gente Deum, *Solymam* è fluctibus urbem
Qui revehis nobis, æternaque mœnia servas;
Expectate Solo *Iudæ* arvisque *Sionis*,
Sit mihi certa domus, requies sit certa laborum;
Fac videam patrios longo post tempore, fines.
Da tandem pelagi cunctos superare labores,
Et mundi perferre minas, tumor omnis & iræ
Subsidant ponti, patriæ dum dulcis ad oras
Vela damus, vastumq; cave trabe currimus æquor
Postquam omnes pelagiq; minas, cœliq; tulisset
Iam senior *Ianus*, tot tempestatibus actus;
Emisit tandem volucrem de ea nave columbam;
Fluctibus oppressam terram, cœlique ruina
Explorare jubens, si sese attollere rursus
Incipit ac montes aperire, ac volvere summos
Illa diu fessis arcam circumvolat alis;
Nec requiẽ invenit, pedibus namq; omnia plena
Rura natant fossis; nec adhuc exhausta profundo
Flumina se rursus nota in sua sola cumulat.

Septima

Septima sed postquam lucem mortalibus almam 5.
Aurora extulerat, radiisque retexerat orbem 5.
Emisit rursus magnis per inane columbam. 1 Ez. 6.
Haud mora se tollit celerem, liquidoq; per auras 11.6.
Radit iter, viridi tandem super arbore sidit. 6.6.
Dum vero Noe cœlum speculatur & alis 5.
Plaudentem visu sequitur sub nube columbam, 5.
Observans quæ signa ferat, quo tendere pergat; 6.
Ex ostro viridem decerpsit ab arbore ramum; 6.
Moxque volans tenues se sustulit ales in auras, 5.
Atque redit ramum referens fœlicis Olivæ; 2.6.
Subsidisse undas monstrat, pacemque reportat. 5.7.
Hic senior Noe primum sperare salutem 2.
Ausus & afflictis melius considere rebus. 1.
Sic quando divinæ iræ densissimus imber 6.G.1.
Incubuit mundo, mediisque sub æquoribus mersit 1.6
Humanum genus, en cœlo demissa columba est 1.1.
Ore ferens pacem, & ramum vivacis olivæ. 6.G.2.
Aureus hic ille est foliis & vimine ramus 6.
Divini eloquii, magnum & venerabile donum 11.6.
Quod Christus nobis demisit ab æthere summo 2.
Attulit, at mundum subnexum à morte seduxit, 8.9.
Postquam primum hominē deceptū morte fefel- 4.
Rex Pluto, flygioq; caput damnaverat orco; (lit 4.
Septima sed postquam stellas Aurora fugarat, 5.
Ecce iterum Aetherias emittitur ales in auras, 5.2.
Explorare vias terras; illa ardua pennis 1.12.
Astra petit, nec post oculis est reddita Isai. 12.2.
Hinc terram intelligit vellurem, & cuncta sereno 6.1.6.
Jam cœlo constare videt: nec fontibus amnes 3.G.3.
Amplius erumpunt auctis pluvialibus austris. G. 3.
Sanguine sic postquam ventos placavit & imbres 2.
Iræ cœlestis Christus, nubesque fugavit, 2.8.
Pervolat hi astra volans, superumq; enixa ad arces 5.6.
O pater hic animam quam tu de corpore arcā 6.4.
Duxeris, & vobis fessos lux arridet aurea 3.5.

Tum

Tunc celeres alas trepidæ concede columbæ;
Da pennis ferri per inania nubila cœli:
Vt tecum ætherii lustrem cælsa Atria Templi;
Annuus exactis complent mensibus orbis
Ex quo jactari ventis & fluctibus arca
Cæpit, at in sicca tandem consistere terra
Omnipotens voluit *Iani* miseratus ab alto;
Hæsit in aeriis *Arnasi* montibus illa;
Quam vicinam astris Soboles dum nescia *Jani*
Spectaret post hæc imis de vallibus, arcam
Credebat raptam sublimem ad sidera cœli:
Hanc forte ob causam veteres cecinere Poetæ
Delectos heroas quod per mare vexerat *Argo*
Incolumes, sublimem inter cœli astra locatam.
Sed *Christi* ô navis cui nunc *Ecclesia* nomen
Postquam defuncta est finem, portusque tenebit
Aetherios olim, cum mundi evaserit undis
Christiadumque duces cœlestia vexerit arva:
Omnipotens genitor rerum cui summa potestas,
Mortalem eripiet formam, magnique jubebit
Aetheris esse facem, qualis *Phœbeus Apollo*
Et soror alma regens spumantem luminе pontū.
Et jam cessavit misceri murmure pontus
Emissamque hyemem ventis *Neptunus* abegit
Vultu, quo cœlum tempestatesque, serenat
Collectum humorem *Zephyris* spirantibus haurit,
Et jubet hybernis jam parcere flatibus *Eurus*,
Jamque iterum lucem pecudes hausere, virumque
Terrea progenies iterum caput extulit urca,
Immissæque feræ sylvis, & sidera Cœlo;
Excipit & rursus cœli indulgentia terras.
Parturit almus ager, *Zephyris*; tepentibus auris
Laxant arva sinus; frondesque explicat omnes:
Pampinus, & rursus nova prata coloribus ardent:
Jamque senex arcæ portam reserravit, & ipse
Defessus rerum, & magno tellūris amore

Exiit, egressoque labant vestigia primâ; I.10.
Et socii tandem optata potiuntur arena. I.
Egreditur genus omne avium pecudumq; ferarumq; G.3.
Ad scopulos mergi revolant, ad flumina cygni. G.1.G.2.
Ad sylvas turtur, deserta ad culmina passer. 12.
Et *Scylla* tremulis petierunt æthera pennis. G.1.1.
Quas sequitur sublime volans ad sidera *Nisus*. 2.1.G.2.
Nunc tepidi ad solem pennas in littore pandût G.1.
Dilectæ *Thetidi* halciones, nunc noctua cantus G.1.G.1
Exercet rursum seros & bucula cœlum G.1.G.1
Suspiciens patulis jam captat naribus aura G.1.
Et coetu præter solitum dulcedine læti G.1.
Ingeminant liquidas presso ter gutture voces G.1.
Aut quater, atq; altam supra volat ardea nubem. G.1.
Avia jam resonant avibus virgulta canoris G.2.
Et vencrem certis repetunt armenta diebus. G.2.
Garrula jam tignis nidum suplendit hirundo 1.G.4
Candida plaudit avis longis invisa colubris; G.4.
Lustra fera repetunt, scandunt dumeta capellæ; G.1.G.1
Cætera pascuntur virides armenta per herbas. G.3.
Egressus *Janus*, cœloque potitus aperto 3.11.
Principio ai delubra facit, pacemque per aras 4.
Exquirit, mactat lectas de more bidentes. 4.
Cœpit in apricis mox collibus ordine vites G.2.
Ponere, maturæque fuit tunc vinitor uvæ Ec.10.
Sed postquam nimio sese exhilarasset *Iacchо* 3.G.1.
Non affluctus adhuc *Achelöia* pocula, nuper 9.G.1.
Inventis miscere uvis: jacet ecce supinus G.1.4.
Membra ai deo victus, totosque extenditur artus 9.6.
Sed simul ac pueri somno videre jacentem, Ec.6.
Chaino vipereum inspirat rex pluto venenum 7.
Fratribus, ut ridens monstraret turpia membra 4.5.
(Namque procul vestis femori delapsa jacebat) 10.E.6
Quæ *Semus* proprio cum fratre obnubit amictu 10.11.
Sic *Christus* postquam carchesia spumea musti G.1.G.2.
Iræ divinæ hausisset, de stipite pendens 4.3.

Cervicem

a) Ille Deus ejusdem non erat Templo tribus, sed pro omnibus suis ubi quis domum, hunc unum Deum adorabant & invocabant. Et Christus Jesus hoc non dissimulat, sed dissimulanter dicens, non omnes qui dicunt mihi Domine, Domine intrabunt in regnum cœlorum. Templorum structuræ solitus imperitis rerum Deum eo ipsi quo adorabant venire existimare. Deum Matth. 7. 21. nimium audaci temeritate cœli gestum hujus dei superbia, Gen. 11. 4.

3.5. Cervicem inflexam posuit, somnoque petivit;
5. Illum & pendentem pueri, & risere gementem,
5. Et rident rubros revomentem pectore fluctus.
1.6. Tunc *Iano* dat jura Deus, tunc legibus orbem
6.10. Fundavit; fratres odio certare vetabat,
2.1.4. Aut capere insidiis res fratrũ, aut vertere prædas.
3. Vt parcant scelerare manus in sanguine fratrum;
3. Vt casta maneant sub religione nepotes;
7.6. Vt turpes vitent thalamos, vetitosque hymenæos
12.3. Viscera ne vivis rapiant animalibus; atro
3.10. Sanguine ne pecudum vescantur; jamque potestas
9.G.3. Concessa in pecudes; quod quávis frondibus olim
G.3. Sint pasti patres, & victu simplicis herbæ,
6.3.1.2. Nunc vires pecudum membris revocare licebit.
4.1. Quin & promittit se nolle immergere ponto
1.G.3. Vlterius terrarum orbem, & genus omne ferarũ,
G.3. Et genus humanum, & pecudes pictasq; volucres.
12.9. Hoc fœdus roseo firmat *Thaumantias* ore:
4. Nempe *Iris* croceis per cœlum roscida pennis
4. Mille trahens varios adverso sole colores.
2.2. Sed pluto nondum satiatus clade priore
7.11. Quam *Sohma* tædis funestis intulit; ecce
1.4. Reliquias odio insequitur, stirpemque futuram;
4.12. Ne quid inexpertum linquat quo funditus urbem
12. Vertat, & æqua solo fumantia culmina ponat.
1.6. Audierat magnã *Semi* de stirpe nepotum
1.1. Venturum *Christum*, qui firmo fœdere jungat
4.4. Imperio *Sohma* stirpem, & genus omne *Iapeti*,
4.12. Quos paribus reget auspiciis, socioque vocabit,
4.G.3. Ille ut communem populum sibi subderet omnes
5.10 Advocat, inque deum scelus irrita jurgia jactat;
8.1. Crudelemque vocare audet qui gurgite vasto,
G. 1. Dum fœdam glomerat tempestatẽ imbribus atris
6.9. Tot pecudes, homines q; immersit; suadet ut altã
2.1. Aedificent turrim, cœloque educere certent,
3.1. Quæ pelagi fluctus temnat, cœlique ruinas.

Hic

Hic inquit locus urbis erit, requiesque laborum, 3.
Hic arx, hic regnum venturis gentibus esto; 1.1
Quis prohibet muros jacere, & dare civibus urbē 5.
O miseri, & rapti nec quicquā ex æquore! nusquā 5.
Vobis certa domus, dicentur mœnia nusquam? 6.5
Quare agite, & mecum sublimem condite turrim 5.2
Attris vicinam, & quæ culmine pulset Olympum. 5.3
His vero arrecti dictis, atque furore 5.5.
Accingunt operi sese; pars ducere sulcos; 1.2.
Fundamenta locant alii, pars tollere moles: 1.7
Murorum ingentes, aptant portasque fenestrasq; 4.6.4
Hi lateres vastis fornacibus igne coquebant, 8.6.4
Hi fingunt alii ventosis follibus auras 8.
Accipiunt, feddantque nigrum legi ille bitumen: 8.6.3
Qualis apes æstate nova per florea rura 1.
Exercet sub sole labor, cum gentis adultos 1.
Educunt fœtus, aut cum liquentia mella 1.
Stipant & dulci distendunt nectare cellas; 1.
Aut onera accipiunt venientum aut agmine facto 1.
Ignavum fucos pecus à præsepibus arcent; 1.
Fervet opus, redolétque Thymo fragrantia mella. 1
Ollis subridens hominum rerumque repertor 1.12.
Vertice stat cœli, & fulva de nube tuetur. 1.11
Instantes operi artifices, & vana minantes. 1.11
Haud mora, succinctus nimbis, & turbine ab alto 10.11
Descendit cœlo, atque minas miseretur inanes 8.10
Artificum, & tantos mortalibus esse furores, 1.10
Ut sperent se posse ipsum contingere cœlum. 9.6
Propterea dedit ora sono discordia, & omnes 2.
Jam linguis varios variis dispersit in oras: 8.1
Europa atque Asia, pulsus Cham tristis ad Asiam 1.
Discedit, longeque ignotis exulat oris 6.3
Multa gemens ignominiam, plagasque Tonantis 6.3
Ultoris, tum quos amisit egenus amicos, 6.6.3
Dum patria profugus sitientes errat ad Asiam 1.6.1.
Et turrim ac pestanæ regnis exitia vitis: 6.3.

Nec

Nec sibi jam patriam antiquam spes ulla videndi
Nec charos fratres exoptatumque parentem.
Iam pene (ut perhibent) *Europa* extrema *Iapeti*
At *Semus* patrijs *Asiæ* considit in arvis.
Cujus ad Auroram soboles penetravit & *Indos*
Sic *Babylon* deserta jacet, traxitque ruinam,
Et jam diratum est domus opportuna volucrum,
Quam Pluto voluit dominari gentibus olim;
At vero terram mortales vertere ferro
Prudens instituit *Janus*: primusque per artem
Movit agros, curis acuens mortalia corda:
Nec torpere gravi passus sua regna veterno;
Et docet ut soboles meditando excuderet artes
Paulatim, & sulcis frumenti quæreret herbam,
Et silicis venis abstrusum excuderet ignem.
Tum docuit natos segeti præcendere sepem,
Insidias avibus moliri; incendere vepres;
Balantumque gregem fluvio mersare salubri.
Et gruibus pedicas, & retia ponere cervis
Auritosque sequi lepores, & figere damas
Et torrere igni fruges, & frangere saxo.
Et quia jam tellus facta est ulligine salsa
Diluvii sterilis, nec fertilis illa juvencis,
Commoda nec segeti, nec *Bacchi* munere fœlix;
Propterea in campis tentes, deducere rivos
Et saturare simo pingui sola jussit amara,
Et cinerem immundum effectos jactare per agros
Atque feros fructus docuit mollire colendo.
Et sæpem tenui vitem committere sulco.
Et quum olim seras deponet vinea frondes,
Frigidus & sylvas *Aquila* nudabit honore
Instruit ut curvo *Saturni* dente relictam
Attrectet vitem attondens, fingatque putando.
Multaque præterea spacijs quæ exclusus iniquis
Præterco atq; aliis post me memoranda relinquo
Interea *Semus Sohmo* tecta alta locabat
Quam

Quam pene horrisonum *Neptunus* immersetat *Euro*
Sed nati capiti insidiis & fraudibus Orci.
Scilicet *Arphaxad*, tum *Sale* & maximus *Heber*
Vnde genus, linguam & nomen duxere minores
Tum *Phaleg*, *Rehu*, *Saruch*, *Nachorque*, *Tharaque*
Segnius 93 instabant operi, regnoq; futuro,
Immemores tanti regni rerumque suarum,
Inter quos *Abram Babylonia* tecta novantem
Conspicit omnipotens, cœloque ita fatur ab alto
Nomine compellans: tu nunc *Babylone* moraris
Fundamenta locans, inimicam & nescius urbem
Extruis, heu regni rerumque oblite tuarum.
Quid struis; aut qua spe stygiis teris otia terris?
Hæ tibi mutandæ sedes, terra illa petenda
Quam tibi monstrabo. tu magnis magna parabis
Mœnia venturos tollemus in astra nepotes
Imperiumque urbi dabimus: patriamq; patremq;
Linquere ne pigeat, neve extera quærere regna.
An te nulla movet tantarum gloria rerum,
Nec super ipse tua moliris laude laborem?
Surge citus *Solymas*, arcemque require *Sionis*.
Attonitus tanto monitu, imperioque Tonantis
Abramus, subito *Chaldæa* deserit oras;
Ignotasque domos atque aras alienas petivit,
Incertus quo fata ferunt, ubi sistere detur;
Et tandem optatæ penetravit limina terræ,
Aetheria tunc ecce plaga rex magnus Olympi
Nube sedet candenti, & sic affatur *Abramum*:
Hue geminas nunc flecte acies, hanc aspice terra
Seu ad dextera lævaque velis, seu solis ad ortum
Solis ad occasum, quacunque aspexeris omnem
Hanc terram accipies: hæc littora curva tenebit
Progenies magnum cœli ventura sub axem.
Hic tibi certa domus cælsis caput urbibus exit,
Sidera cuncta nota tacito labentia cœlo,
(Namque dies cœlo concesserat, astraque bipis

Ignea

93 Pulla lectionis varietas. Ita habent duo exemplaria. Alia habent *segnius*. Alia *fatis cessantia*. Vide in meis Scholiis. Alibi *fatis cessantia*. lib. 10. de Civit. c. 13. Potest non immerito putari non dubii ideo locutus, quem Christus, tam diserte prædixit sibi venturum.

94 Hic pontis nam adnotandum dantur & locum notabilem pro quo ponitur *Sion*.

4.10 Ignea nocturnagis pulsibus aetheria Orbis)
4.6.2. Tenta si possis numero comprendere certo
6.2. Littore, quam multæ *Zephyro* turbentur arenæ,
4.8 Talis erit soboles quam partu candida *Sara*,
3.6. (Quamvis jam sterilis) fundet tibi; maximus ille
12. Nascetur pulchra cœlestis origine *Christus*
4. Qui gravidam imperils *Babylonem*, armisq; frementē
2. Servitio premet, & toti dominabitur orbi.
1. Hunc tu olim cœlo spolijs *Babylonis* onustum
1. Accipies; votisque vocabitur ille per omnes
5.4 Quas *Phaetontis* equi perflabunt lumine terras
6. His dictis curæ emotæ, pulsusque parumper
6.12. Corde dolor, sed pluto in aperta pericula *Abramii*
12.3. Conjicit, ut posset *Chananea* expellere regno.
9. Ni pater æthereus vires animumque dedisset,
8. Dum bello *Assyrii* vexabant oppida reges
3.6 Quinque palestinæ, *Lothum* de fratre nepotem
6.4. Corripiunt, capto vim duram & vincula tendunt.
8.3 Haud procul à *Sodomis* habitabat vallibus imis
6.6.3 *Lothus*, ubi gens sæva virum; atque effœta, deiq;
8.8 Contemptrix posuere urbes, quas rector *Olympi*
6. Fulmine disiecit, densa inter nubila flammas
6.5 Sulphureas torquens; quæ tantū accenderat igne
5.2 Causa patet: nempe infandi *Veneris* improba flamma
6.3. Ossibus in duris juvenum versavit amantum
2. Sic Deus igne nefas, ignem ficigne piavit.
8.1.4. Heu quantæ scelerum facies quæ immania cœpta
11.5 Mortales agitant miseros, cœlumq; lacessunt?
6. Ah quoties magna testatus voce per auras (gens
3.6 Omnipotens? quoties scelerum nos admoner, in-
9.1.4. Porta tonans cœli, & nimbis illisa reclamant
6.3. Fulgura, nec summi potuit revocare parentis
3.2. vox licet increpitans iteruma; iterumque minetur
2.10. Nonne subit quot regna olim peccata lucrunt,
12. Cum pater iratus telluremeffudit in undas?
7.6 Diluvio ex illo quot vasta sub æquore mortis

Arcu, cælique sonat magno fragor? horrea fulmine tacta? 3.
Quotq; modis obscura fides? solo tempora inter? delicta deum 10. 4.
Absorpta, quæ nunc suadeo volvuntur in imo 6.
Quid cornipedes alitis dicam, ventosque furentes 10.
Æolia excitos, aut undis nubibus imbres 10.
Et memini fas enim cunctis, & memorare potestis. 7.
An vos nulla movet tanti terroris imago? 4. 6.
Nec perituro adhuc crudeli funere mundus? 2. 6. 3.
Cum tellus ipsum fumo subtexeret *Olympum*, 3.
Attolletq; globos flammarum, & sidera lambet; 3.
Tum flammis collapsa ruent mundi omnia regna 5.
An ergo ô miseri *Iovem* cum fulmina torquet 4.
Nec quicquam horretis? cæcisq; *in* nubibus ignes 4.
Terrificant animos, & inania murmura miscent? 4.
Discite justitiam moniti, & persolvite honorem 6. 8.
Mortales illi qui fœdera fulmine sancit, 12.
Neu flammas *Iovis* & sonitus temnanis *Olympi*. 6.
Magna parens frugum fuit, & dissima terra 6. 9. 2.
Hæc olim; cujus flaventia culta rigavit. 6. 1.
Iordanus variis per campos flexibus errans. 6. 3.
Aut hæc pinguis humus, dulcique uligine læta 6. 2.
Quique frequens herbis, & fertilis ubere campus 6. 9.
Et qui prævalidas quondam, multoque fluentes 6. 2.
Sufficit *Bacchi* vites, qui fertilis uvæ, 6. 2.
Qui lætitia qualem pateris hibamus & auro 6. 2.
Nunc lacuum ingens, vastaque vorago gurges, 6.
Quæ picea latices nigroque bitumine spissat 3. 6. 3.
Cum gemitu eructat, fundoque ex æstuat imo: 3.
Interdumq; atram prorumpit ad æthera nubem: 3.
Quem super haud ullæ poterant impune volucres 6.
Tendere iter pennis, talis sese halitus atris 6.
Faucibus effundens supera ad convexa ferebat. 6.
Si quæ sorte lacum supera volitaverit ales 12.
Hæc præceps alta vitam sub nube relinquit. 6. 3.
Est etiam lacus hic ipsis non piscibus æquus; 6. 3.
Namque his innantes vulgo moriuntur in undis, 6. 6. 3.

Unde

Vnde lacum Hebræi dixerunt nomine mortis,
Has picæ nantes si quis spectaverit undas,
Juraret stygii caput implacabile fontis
Hic esse, atque ipsas fauces graveolentis averni,
Jordanis tamen hic fluvius se condit arenis.
Hic etiam cineres passim spargunture agris,
Relliquiæ ultricis flammæ, quos fulminis ustor
In *Sodomam* (ut dixi) largo demisserat imbre.
Flammarum immensis cœlo ruit agmen ab alto,
Perque domos victor, perq; alta cacumina regnis
Mulciber involuit flammis urbem, & ruit atrum
Ad cœlum picea crassus caligine nubem;
Sic flamma superante domus, cecidere superba
Oppida, & omnis humo fumavit strata *Gomorrha*:
In tristem nunc versa lacum, stygiamque paludē
Quam circum limus niger, & deformis arundo
Et cineres fœdi, & steriles dominantur arenæ.
Frugibus infælix tellus nec commoda *Baccho*,
Nec pecori opportuna, nec arbore fertilis ulla
In cinerem fumumque abeunt fallacia poma.
Hac in planitie quæ montibus undiq; cincta est
Inter quos fauces angustæ, additusque malignis
Armorumque dolis valles & fraudibus aptæ)
Assyrii bellum dira cum gente gerebant.
Hic quinque *Assyrio* parebant oppida regi
Bissenis annis: sed tandem infanda furentes
Excussere jugum cives; frænumque recusant
Amplius accipere, aut dictis parere tyranno.
Propterea in ferrum pro libertate ruebant.
Quinque illæ magnæ positis incudibus urbes
Tela novat tunc *Adma* potens, *Sodomaq;* superba
Et *Sebaim*, cum *Bela*, turrigeraque *Gomorrha*.
Tegmina vara tuvant capitū, flectuntq; saligna
Umbonum crateres, alii thoracas ahenos,
Aut leves ocreas lento ducunt argento.
Vomeribus & falcibus hosce, hæc omnia arari

Cessit amor: recoquunt patrios fornacibus enses 7.
Ergo omnis furiis surgens *Babylonia* justis, 8
Ad pœnam poscunt præsenti *Mauris* rebelles; 8.6
Inquorum exitium conjurant fœdere firmo 8.6.
Finitimæ gentes, urbesque, opulentaque regna. 7.8
Qui salcius *Sarmatæ* tuos, qui pingue *Syrtum* 7.
Littus arât, celerisq; bibunt qui Tygridis undas, 7.7.
Quique colunt lætos pharetratæ *Persidis* agros; 7.6.4
Omnes hi linguis, habitu quoque vestis, & armis 8.
Diversi convenerunt; pars maxima glandes 7.
Liventis plumbi spargit, pars spicula gestat 7.
Bina manu, fulvosque lupi, de pelle galeros 7.
Tegmen habet capiti. vestigia nuda sinistri 7.
Instituere pedis. crudus tegit altera pero: 7.
His enses falcati, illis sunt aclides arma; 7.7.
Hi teriti pugnant mucrone, illi horrida quassant 7.12
Pila manu, fævosque gerunt in bella dolones. 7.

Huic 27 pellis latos humeros erepta juvenco 11.
Pugnatori operit, caput illius oris hiatus 11.
Et malæ texere lupi cum dentibus albis. 11.
Horridus in jaculis, & pelle lybistidis ursæ 5.
Hic incedit ovans hic tergum immane Leonis 7.5.
Impexum seta, & præfulgens unguibus aureis 7.8.
Induit, herculeoque humeros obnubit amictu. 11.7.
Ille autem pharetra, & maculosæ tegmine lyncis 1.
Succinctus graditur famulis, comitantibus, illi. 14
Tygridis exuviæ per dorsum à vertice pendent. 11.
Jamque propinquabat persarum exercitus ingés 11.12
Exuperatque jugum, sylvisque evadit opacis; 11.
Et *Sodomitarum* fundunt sese agmina portis, 13.
Aereaque assensu crepuerunt cornua rauco. 7.
Vtraque sic legio medium processit in æquor, 6.
De muris pavidæ matres radiantia longe 8.8.
Arma vident; strepitumq; virum, sonitoq; tubarū 8.2.
Ardentesque timent pilis sublimibus agros. 7. 12

Nec longis absunt inter se passibus hostes; 3.

Ac

24 Sarmatiæ dictus olim Ruthenus. Strabo l. de mor. & Plinius.

27 Pellis quam similes in eodem pendent dolore & diversum fuerunt pellibus vestire, quæ quotidiano habitu videbantur. Herodotus ab Aelian. l. 4. 20

Ac simul *Assyriæ* fumantes pulvere campos
Prospexit longè, *Sodomæq;* agmina vidit,
Et sævum *Assyrium Sodomis* agnovit in armis,
Adventumque pedum flatuq; audivit equorum;
Continuo pugnas ineant, & prælia tentent
Ni roseus fessos jam gignit *Phœbus Ibos*
Tingat equos, noctemque die laberite reducat;
Confidunt castris ante urbem & mœnia vallant.
Postera cum primo stellas orientè fugarat
Clara dies, lucem referens mortalibus almam;
Campũ ad certamé magnæ sub mœnibus urbis
Dimensi *Assyrij*, viri, *Sodomæq;* parabant.
Stant ferro instructi juvenes, atq; ære canoro
Expectant signum; tum facta silentia campo:
Ductores circumvolitant, & vocibus alas
Instigant variis, juvenum exultantia tollit
Corda pavor pulsans, pugnæq; insana cupido.
Inde tibi clara dedit sonitum tuba, finibus omnes
Haud mora prosilvere suis; pugna aspera surgit.
Undique terribili fremitu concurritur, ambasque
Implicuere inter se acies, ferit æthera clamor
Bellantum armorumque fragor, gemitusq; caden-
Pulveris eripiunt nubes cœlumq; solumq; (tum
Pugnantum ex oculis, & telorum horridus imber
Sanguinis interea rivus fluit; ipsa fluenta
Ardentis recalent, & tanta cæde rubescunt;
Inque auras volitat vapor ater sanguinis; intus
Matronæ trepidam incendunt clamoribus urbem
Effunduntq; preces; nulli exaudita deorum.
Vota metu duplicat & cœlum quæ tibus implent
Ilicet in muros tota discurritur urbe.
Obruta sed telis tandem *Sodomitica* pubes,
Nec tantam vim ferre valens, nec tendere contrà
Et numero inferior pugnæ, sine honore recedit;
Diffugiunt alii ad portas, & mœnia cursu
Fida petunt, pars in puteos formidine turpi

Volvuntur, quidam noctis condunturq; in antris 3.
Sexta meum petiere alii, mensesque propinquos 4.
Assyrii cursu pariter telisque sequuntur, 9.
Terga fugientes hastis; dant corpora lecto 9.
Millia multa virûm, sparguntque hastilia de tris; 2.
Aetheraque obscurant; non densior aere grando 12. 9. 4
Nec de concussa tantum pluit ilice glandis, G. 4.
Omne solum sternunt artus, avulsaque membra 9. 9.
Cæsorum in pugna: veluti cum frigore primo 6.
Brumali sylvis incumbit flatibus *Eurus*; 6. 4.
Consternunt terram concusso stipite frondes, 4.
Insultant cæsis, nudantque calentia membra 12. 12
Assyrii, & spoliis se quisque recentibus ornat, 2.
Corpora corripiunt gravibus captiva catenis, 4. 4.
Et *Lotho* tendunt vim duram & vincula capto, G. 4.
Chaldei interea bene gestis corpora rebus 9.
Procurant, vino indulgent, somnoque soluti 9.
Procubuere: silent late loca noctis in umbra. 99.
At vero *Abrami* quum primum adlabitur aures 9.
Nuncia fama ruens, abductum à milite *Lothum*, 9. 3.
Et *Lothum* cives aut versos terga dedisse 9.
Aut ipso portæ posuisse in limine vitam. 9.
Arma amens rapuit, famulosque sub arma coegit. 2. 9.
Atque moras omnes rumpit; tum nocte silenti 9.
Hostes invadit 19 somno vinoque sepultos 9.
Corpora fusa videns, arrectos littore currus; 9.
Inter lora rotasque viros, simul arma jacere, 9.
Vina simul, stragem ingentem, trepidumq; tumultu 9.
Excitat, innumeros dextra sub tartara mittit, 11.
Inque fugam pavidos reges convertit; ovantis 12. 12.
Ingenti præda rediit, *Lothumque* reduxit. 1. 4.
Rex *Salem*, seu idem hominum *Iovisque* sacerdos 3.
Melchisedec victori occurrit læta precatus. 6. 3.
Gratanter reduci, *Bacchum Cererumque* ministrans, 5. 1.
Cui reddit decimas spoliarum victor *Abramus*. 9. 10
Sic genus humanum postquam rex pluto sub orci 1.

Captivum

Sic Deorum, hominum, & omnibilium Imperator pro tuenda Lothi pugna hostibus superavit *Abramus Iudic. cap. 14. 11.*

2.6.4 Captivũ abduxit, vinq; omnem & vincla fefellit
11. 6. *Christus* de cœlo properans descendit ad umbras.
12. 3. Vestigatores suos fratres, medios q; per hostes
10. 1. Rumpit, et vasto sternens fugientia verbo,
6. Et vultu exangues radianti territat umbras.
10. At Manes *Christum* gradientem & dira frementem
10. Vt videre metu versi retrogredi cuncti
6.3. Exiguam vocem tollunt; tum supplice vultu
3. 3. Et genibus flexis nomen venerantur *Jesu*.
12. Ille volat, barathroque atrum rapit agmen aperto
1 Et centum nodis post terga manus vinxit aheneis.
6.4.4. Tartareas fauces reseravit, & ossa Dita,
G.4. Et caligantem nigrâ formidine lucum.
4. Tunc Latho eripuit miseros, & vincula rupit,
11. 6. Latus, & ad patrias sedes evexit iuncos.
8. 11. Erat ubi perpetua est, & finis nescia vitæ,
7. 8. Et placidæ pacis non enarrabile donum.
2.1. Aurea purpureis hic fulgent atria gemmis.
9. 1. Solaribus nocte omne solum, lucetque superbum
3.G.4 *Phœbeam* superis flammâ fulgore coruscat.
6. Nulli fas cœtum sceleratò insistere limen;
6.11. Sed quorum pietas niter, sic, & vivida virtus
1. Et quæ iustitia est, & mens sibi conscia recti,
6.G.2 Nec non prisca fides, & nescia fallere vita;
20. Panditur his solum domus omni potentis Olympi,
6. Hic sancti fulgent patres, quæ maxima turba est!
5.2. Hic *Christi* socii bilem hoc cognoscant,
7.2. Inter quos *Christus* pulcherrimus ipse refulget,
8. Qualis ubi Oceani perfusus *Latmius* unda,
9. Extulit os sacrum cœli, tenebrasque resolvens
10. 8. Inter noctivagos astrorum fulserat ignes.
G.13. Vtque inter dispersa micant per nubila stellæ,
6.11. Hinc pii patres, & qui pro morte reliquis
6.6. Pugnando ecquam liant Salutem intrepidi repulere.
8. Hic *Magni* æthereos supra Deus extulit umbras.
6.12. Vestit in stellas resplendis lucidus astris.

CHRISTIADOS

LIBER. 2.

Argumentum.

Mortuo Abrahamo in finem vitæ Palæstinæ venerat plures qui lædia parentis sui obtinuit patrem, ut ab edificatione Solymæ desisteret; sed Deus ei ajunctis promissis alios Abrahamo, veteres, gaudiosos dat qui de utero matris lucrande, progenitore difficilium quod iuxta ipsos, & serum posset sperare fœcundum. Iacobum primitus odio afficiens insequens, ob Esau, quare suasit materia, Iacob ad Labanem se recipit. Illique 26. annis inservit; Deus autem patrem illum consolatur, promittens qui Christum ex ventribus, & Redemptorem exituros; ostendit illi scalam super quam Angelos ascendentes & descendentes, asseruit. Angelicos ad illum nutritios, quos Christo subservire dicit, subjicitque quidem, sed populis ab Angelo protectis claudicavit; ut Plato in magnum discrimen Iacobum, & filios omnino ob raptum Dinam Iacobi filiam, inde ut sortes bello sacrare, omnes frustra in Iosephum, quem pater præ reliquis diligebat, parricidio parentem fœdarunt. Iudæ filium vendidit, qui tandem magnum in mala Pharaonis evasit ob somnium hactenus reconditum, pater confessio omnia luctus fingunt iusto eruitur, explicatur quare duo Iosephum luxerit, filius in Ægyptum transmittitur mittit, quæ Iosephi nuncio fit, gratiam recepit. Plato interea in Iudam furit, cuius historia describitur; omnibusque Christo applicatur.

ATrameritâ defuncto filius ille	6.
Successit tanti patris non degener hæres.	2.
Ille Palæstinis vexatus fraudibus, Orci	4.
Invidiâ, exilium patitur, nam pulvere conctos	4.
Oblimant putres genitor quos fodit, *Abramus*,	4.
Ne proculi frondesque nocent, & fontibus arcent.	3.
Sed renovat quæ olim dederat prostitis parenti	2.
Huic Deus, & dilecta subintrans pectora sanctus	1.

Huic

Huic gaudens prolem supponit pulcra nefandam
Vino sedatus, (quid non mortalia pectora cogis)
Luctatur primo geminorum in ventre duellum,
Vt vero prægnans implerunt tempora fœtus,
Fratris ait sanie in caluum prolapsa cruenta
Id vero horrendum ac visu miserabile dictu
Namque fore illustres, magnasque exercibus urbes
Consulit, responsa dei, claramque futuram
Progeniem, quorum quæ sub juga mittere orbem,
Et regeret Sabæis æterna in pace futuras.
Hinc bellum assiduum pelli cum gente Latini,
Progenies Æsæa, & stimulis agitavit Edomæa
Rex Brybi insidijs ut fratrem tollat inermem,
Nec latuere doli fratrem pellacia Edomi.
Nam quando æquali cum illo pubescerat ævo,
Mille dolos versans crudeli in pectore, quærit
Insontis fratris quam primum abrumpere vitam
Hoc metuens Rebecca parens pulcherrima, gnato
Præcipitare fugam, patriisque excedere sedes,
Atque ad Labanem fratrem clam tendere gressu,
Haud mora consiliis charæ genitricis Jacob
Parnit; & rapido cursu contendit ad Haran
Hicque sub injusto domino servire coactus
Bis denis annos octo retinetur arenis.
Auriq; uxoremq; & gregibus ditissimus, atque
Fœlix proto virum hilarem erasit, & illi
Apparens dominus permulsit pectora dictis.
Spondeo signa meis ingentibus omnia cunctis
Ingenij, & tantorum soboles, cui robur, & ingens
Pollicitosque suo ventorum è semine flatus;
Qui Babylon spoliabit opum, populosque ferocia
Contundet, mortesque viris, & mœnia ponet.
Dumque iter accelerans cursus dum contendit ad Hasc
Horrida dein optatis turbas hinc undique strabit
Jamque fugit lapidem sub die sedens, fessus
Carpebat dulces somnos, tum cernit alu
Obscuræ

Ostendit se talem, qualis esse posset, ferentem. 2.
Quam super aconitis & saxis, agminis densi 2.
Cœlicolum; Deus ipse locorum custos, animis 3.
Despiciens cœtus, arces, & bella, pericula, profundi. 4.
Sic visus Deus ante oculos astitit, incertus 3.
In Somnis mulcebat ita lumine, quo se 3.
Spectandum, & vasto, stellisque micantibus olim 2.
Obtulit, & pars per noctem in luce refulsit. 3.
Tum sic affari, & curis hinc depone dictis 3.
Diis genitor, & genitæ deorum tibi mœnia fessis 9.
Et gentes, & mansuram urbem præmetimur, arcis 3.
Hanc retinam in qua te pelagi prohibere procellas, & inter 6.
Dura juvenis per nox inimico fixa cubili, 6.
Non ego te solum ultro in discrimina linquam, 9.
Nec tecum quicunque fugis comitabor arenas, 2.
Perge age, quicunque fugis ne linque laborem; 1.
Brevis cade mortis, sed cuncta manebunt ævo 6.
Nam patris sacro unus reddet, multo super amore 8.
Consilio sortem domuit, dictis que regendum 4.
Gens undæ genitor, & arces numerabilis æquor, 1.
Dixit, & spiritu coeli secundi dedit astris, 2.
At juvenis humanis rapit parvos, obliquo & arcus, 7.
Perfudit toros precipitis sanguine fudor, 7.
Iamque orbem medium Sol horis actus duodenis 5.
Cum sonus ecce novus juvenis, conformis his primis 2.
Cui tolerare solo vitam cessisque Mineros 8.
Imposuit, cinerem & sontes discriminis ignes 8.
Noctem addens operi, famulasque ad limina 8.
Exercet penso, telarumque ardua subtilis 8.
Conjugis, & pestis parvos educere nescia 8.
Haud secus assidue, nec tempora fessa soporis 8.
Surgit, & ut primum fecundo lumine 8.
Sedulitas ad opus, & 2.
Mœnia nimirum 11.
Hic locus est, 3.
Hic

Hic Deus (haud aduerti) habitat: Deus haud mor-
Ingum cervice potest dū nocte quieuit (ra sax
Tollit humo, ac lucem cū primū albescere vidit,
Pingue oleum super infundens tibi, lapis sacravit
Effudisque preces dominumq; in vota vocavit:
Omnipotens genitor precibus si flecteris ullis
Respice nos, hoc tantum, & si pietate meremur
Da deinde auxilium Pater, ait; hæc omnia fiema.
Et famulum comitare tuum; rege corpus amicta
Suffice jam prolugo cerealia munera quæso:
Sic eris ipse mihi semper Deus, atque tuam aram
Sæpe tener nostris ab ovilibus imbuet agnus.
Sique meum comitem iter, dum hinc ibimus exul
Excedo patriis, neque in mea regna remitto.
Non tantum Patrē almenum dicemus honorem
Carminibus patriis, lanceisque & liba feremus
Et multa ante aras nostra cadet hostia dextra.
Sed decimis, variisque onerabo limina donis:
Et lapis hic testis præsentis Numinis esto,
Æternumque loco nomen Bethele habeto.
Hæc scala est Jacobi, cujus cœlestis origo est
Ingrediturque solo, & caput inter nubila condit.
Hic cœlum terramq; æterno fœdere junxit.
Cœlicolæ magni ætherii labuntur ab astris.
Ad nos mortales vi sanguinis hujus, & hujus
Nitentes gradibus meritorum ascendimus astra.
Ille etiam lapis est in quo requiescimus ægri
Mortales, varus turbati pectora curis
Dum patria pulsi vastum maris æquor aramus.
Da Christe ut per te superem fastigia cœli:
Fac nitar gradibus meritorum invicte eorum
Tangere ut mihi fas Divorum limina, dum me
Duc Christe ad patrem, jubeas discedere laus
Nubila, quo gratius meatus cœlo inferar alto:
Et mecum tristi circumvolitavere nubes
Horrida nox, tenebræq; nocentis lumina Soli
[illegible]

Sit mihi fas illam tecum requiescere noctem, 6. 22.
Teq; super, tu namque lapis de monte revulsus 12.
In quo nos placida laxamus membra quiete 5.
Cum sidera, in mortis tenebris & Sole cadente. 6.3
Iamque revisurus patrium sedesque paternas 1.1 1.
Iscidis, molitur iter cum conjuge chara, 6.2.
Cum familiis, natisq; penatibus, & magnis diis. 3.
Ecce illi occurrunt florentes luce caterva: 6.7.
Cælicolum juvenes, rutilas quos tempora flammas 3.
Læta vomunt, clypeiq; micantia fulgura mittit. 8 9.
Aurea cæsaries ollis, atq; aurea cassis; 3.
Virgatis lucent sagulis: tum lactea colla 8.
Auroinnectuntur, duo quisque horrenda coruscat 8.
Tela manu, scutis protecti corpora longis. 8.
Hos Deus Iscidæ meritorum iramque minisque 12.8
Germani fratris, cœlo demisit ab alto; 1.1.
Auxilioque levare vicem, vimque addere jussit. 2.
Haud secus ac justi faciunt, tutantur inermem, 3.7.
Sufficiunt vires, animisq; audacibus implent; 2.7.
Et socium castris adhibent, & fœdera firmant. 8.
Agnovit cœli proceres, divinaque tela 9.
Iscidæ, flavisque comis, oculisque micantes; 4.
Spemque dedit dubiæ menti, solvitque timorem, 4.
Hic est ille Iacens cœlestum excercitus, hic est 7.12.
Qui nos insomnis servat noctesque diesque. 6.
Hi Sybillæ muros densa cinxere corona; 10.
Hi circum portis, & turribus omnibus instant 10.
Sternere cæde hostes, & cingere mœnia flammis 10.
Hi melius nostras tutantur ab hostibus urbes, 7.
Quam jaculis quam qui cernant defendere ferris; 10.
Mollitq; ipsorum cervos apeare sagittas. 10.
Hi ... bi quadrupides quos montibus olim 3.3.
Vidit ... spiranies naribus ignes; 7.
Rubrove cum terrificos sonitumque, metumque, 8.
Adverterit victor, Iunonisque sequacibus iras: 8.
Hispaniæ ... lato cæsorem nivali 2.

Servius

1.12. Servitum *Christo* lapsi sunt æthere ab alto;
6.2. Dum vitam in terris mortales inter agebat.
2.7. Nusquã absint tales comites mihi maxime verũ
6.1. Dum vivo, nec cũ lucẽ hanc hominesq; relinquo.
10. Sed me trans pontum incolumẽ tot fluctibus æstũ
3.1. Sistant optatis patriæ cœlestis in oris.
6.3. Sed quia mens contra ventura pericula nondum
12.12. *Isacidæ* firmata satis; venit armiger ales
12. Siderio flagrans clypeo & cœlestibus armis,
9. Insignis facie, genitor quem misit ab alto
9. Luctatum, utque viro vires animumque ministret;
4. Omnia cœlicolæ similis; vocemque coloremque,
4.9. Et crines flavos, & sæva sonoribus arma.
11 Aureus ex humeris sonat arcus, & aurea fulget
11 Cassida. tum croceam chlamydeq; sinuq; crepan-
11. Carbaseos fulvo in nodum colligerat auro, (tes
11. Pictus acu tunicas & splendida tegmina crurum.
2.5. Hic pugnæ accingit sese; trepidumque *Iacobi*
6.3.4.1. Luctando tentat durare ad vulnera pectus.
12. Sed ne forte impar videatur pugna *Iacobo*
1.12. Iam fesso, nec tela manu, nec scuta ferenti;
8. Arma sub adversa posuit radiantia quercu:
8. Terribilem cristis galeam, flammasq; vomentem
8. Læthiferumq; ensem, loricam ex ære rigentem,
8 Sanguineam, ingentẽ. qualis quum cærula nubes
8. Solis inardescit radiis, longeque refulget.
8. Tum leves ocreas electro auroque recocto,
8. Hastamque & clypei non enarrabile textum.
6.2. Sic nudum aggreditur nudus, jamq; Oceano nec
8. Irruit, & fuscis tellurem amplectitur alis.
10. 6 Dum vero eventus varios in corde volutat
6.6. *Isacides* fratrem metuens, *Iabbochi* ad undam
11.14. Fronde super viridi, gelidique sub arboris umbr
4. Procubuit dulci declinans lumina somno;
12. Illum autem Aligeri deposita inclusere corona.
11.1. Ecce autem è medio positis dux Aliger armis

Agmine

Agmine procedit, socii venerantur euntem. 12. 5.
Ingens trishonos, oculis decor emicat ingens. 4. 1.
Auroti Solis radii fulgentia cingunt 12.
Tempora, crinesque divinum spirat odorem. 12. 6.
Hic ille est Princeps acici coelestis *Iesus*, 9.
Armipotens belli praeses, *Maronides* Heros, 11. 3.
Quem puerum nostri generis & sanguinis edet Es. 9.
Virgo, cum venerit lustris labentibus aetas; 2. 1.
Virgo quae sola est *Lucina* experta labores: G. 4.
Nec puer *Abramides* quisquam de gente *Israëli* 6.
Intantum spe tollet avos; *Iudaea* nec olim 6.
Ullo se tantum tellus jactabit alumno. 6.
Hic Vir hic, est tibi quem promitti sepius audis 6.
Iudaee, Hic divum genus est, hic aurea condet 6.
Saecula, qui *Solyme* super extremos *Garamantas* 6. Ec. 8
et Indum quo Arabumque solum, & desertа *Getuli* 9. 2. 91.
Imperium ignotas *Indorum* extendet ad oras 6. G. 2.
Hunc multi populi, multi sua qui bona norunt 7. G. 2.
Et petiere sibi, & voluere agnoscere regem; 7.
Servit hyperboreo septem subjecta *Trioni* 2. Ae. 3.
Gens domino nostro; colit hùc *Aegyptus*, & ingens G. 4.
Lydia; sic populi parthorum, & *Medus Hydaspes*, G. 4.
Et *Numida* infraeni agnoscunt, & inhospita *Syrtis*, 4.
Et conjurato descendens *Dacus* ab *Istro*. G. 2.
Ille triumphantis capitolia ad alta *Sionis* 6.
Victor agit currum (poliis insignis opimis; 6.
Eruet ille urbes inimicorumque phalanges 6.
Ipsosque *Numidas* genus ignipotentis averni, 6. 8.

Ylmo

Vltus avos *Iudæ*, templa & vemerata *Iehova*.
Hic rem *Christiadum* magno turbante tumultu
Sistet opus, fremet Turcis, Indumque rebelles,
Barbaraque arma patri suspendit capta Tonanti.
Quam tu urbe *Sulymam* cernes, quæ surgere regna
Hoc sub rege pio? *Iudæ* comitantibus armis
Christiadum quantis se tollet glória rebus.
Hunc ego *Gentis* agerem si *Syrtibus* exul,
Argolicove mari deprensus & urbe *Mycenæ*;
Quæ me cunque vocent terræ sub Sole jacentes,
Semper honorabo, semper venerabor *Iesum*:
Cœlestem pro me meruit qui morte coronam,
Et verbo hostiles prostravit victor acervos illius;
Iamque virum aggreditur, timidoq; supervenit
Excitat ait pugnã; subitus tremor occupat artus
Abramidæ, & campo paulatim excedere tentat,
Et dare terga fugæ, verum acrius Aliger instat
Nuncius, & stimulat; vires quoque sumsit illi,
Vt posset contra tantum subsistere numen,
Euvim ferte jergo postquam lux reddita menti
Discussæque umbræ, se pugnæ accingit inermis.
Conflixit in digitos ex templo arreptus uterque
Brachiaque ad superas interritus extulit auras;
Immiscentque manus manibus, pugnãq; facessunt
Convertere oculos proceres radiantis *Olympi*,
Armaque depositere humeris, & scuta reclinatæ
Et figunt tellure hastas; ipsa ignea cœli
Astra stupere, stupuit velatus arundine glauca
Iabbochi, vitreisque ibat jam tardior undis;
Cœlicolûm admirans numerũ quorum agmine exto
Complentur ripæ, dum *Christus* imagine nostra
Tectus gramineis exercet membra palæstris.
Iam cœlum terramque videns, hominẽq; deumq;
Inter se conflixe acri certamine; verum
Mortalis contra tantos subsistere vires
Qui potuit, si non vivus Deus ipse fuisset?

Iamque

Iamque inter sese multa vi verbera miscent. 9.1
Hic vero pudor & virtus miscentur in unum. 12.
Succesat ira animos, quatit æger anhelitus artus; 5.5.
Totam illam noctem ripa luctantur in alta; 3.6
Atque alternantes se versant æquore toto: 2.2.
Et nunc hic, nunc ille jacet revolutus arena; 12.5
Sicq; omni cura vires exercet utrasque. 6.3.
Anceps lucta diu, tandem victoria cessit
Isacidæ, at valido nervum ferit Angelus ictu 9.12
Poplitis; extemplo graditur non passibus æquis 12.
Aut animo nec dejectus nec territus heros, 10.5.
Quamvis alternos nitatur stipite gressus; 12.
Aligerum teritet amplexum, nec passus abire 2.1.
Donec prædicat læta, eventusque secundet. 3.12
Annuit oranti; interea revoluta ruebat 10.
Matura jam luce dies noctemq; fugarat. 10.
Talibus affatur victorem Spiritus ales: 9.
Macte nova virtute *Iacob*, tibi rector Olympi 9.10.
Concessit facilis palmam certaminis hujus. 5.5.
Ecce Deum vicit tua dextra invicta potentem, 6.6
Ne mœnas, homines frænabis lege rebelles. 4.1.
Dixit & ingentes quatiens clangoribus alas 3.
Fertur ad ætherium *Michael* sublimis Olympum. 13.
Haud aliter *Christus* dura cum stirpe *Iacobi* 1.9
Luctatus fuerat vario certamine, donec 6.5.
Succubuit victus vi multa & vulnere crebro. 9.5
Sic victor victa voluit succumbere genti; 8.4.
Et frænum accipere, & legi parere cruentæ. 12.
Sed tamen infælix fuit hæc victoria *Iudæ*; 1.12.
Quippe genu læso gens claudis passibus errat 5.2.
Ora Dei fugiens, & regnis exul ademptis; 8.
Urbes ignotas, desertaque littora quærit. 1.3.
Sed cum *Phœbus* lustravit lampade terras, 4.
Hmentemque aurora polo dimoverat umbram; 4.
Ore favens socio, & prospera cuncta precatus 3.3.
Tollit se celerem, liquidumque per æthera tendens 6.

Sedibus

6.5 Sedibus operatis cœli consedit in arce.
6. At pluto nondum patiens, immanis in antro
6.7 Bacchatur stygio, furiasque emittit ad ortus
7. Nempe odiis versare domum senioris *Iacob*
7. Tentat, & unanimes armare in prælia fratres;
4.3 Hac sperans ratione piam subvertere gentem.
12. Nam fratres animosa phalanx, accensaque luctu
4. Quod *Sichemis Dinæ* auderet violare pudorem
12. Pars gladios stringit manibus, pars corripit hastas
12. Atque omnes amor unus habet decernere ferro
2. Vlcisci *Dinam*, & sceleratas sumere pœnas.
2. Sed *Simeon* cum fratre *Levi* juvenilibus armis
2.2 Accincti, vadunt quo tristis pellit *Erynnis*
11. Ambo animis, ambo insignes præstantibus armis;
9.1. Et cædem peragunt soli clam patre *Iacobo*;
2 12. Invadunt miseros cives, & acerba frementes
5.2. Affixos lectis, & tardos vulnere nuper
3. In pube accepto, dum circumciditur omnis
12. Mas lato ferro, gentis de more *Iacobi*
2 Cæduntur vigiles, sternuntur inertia passim
2.9. Corpora; rex Hamor qui forte tapetibus altis
Extructus, toto prostabat pectore somnum.
9 Nec non & *Sichemin*, & multâ fine nomine plebe
6.9 Cœdunt, & rabidi incensa dominantur in urbe.
2. Sic furor ardentes, cædisque insana cupido
9 4. Egit in incautos cives, stratisque jacentes,
11.1. Vnius ab noxam raptumque sororis honorem.
7 3 Et si mature non effugisset *Iacob*
4.2 *Bethelem Iove* monitu, cum prole cruenta,
9.9 Vltimus ille dies patri generique fuisset:
7. Quin variis portenta Dei terroribus obstant,
4.7 Ne face finitimæ gentes, ferroque sequantur
9. *Abrumidas* (dum urbe exedunt & tuta expediunt)
9.8 Insignes spoliis, & tanta cæde superbos,
2. Tali successu lætos animisque videbat
6. 12. Rex *Ryphi* juvenes; iræ dum fluctuat æstu

Artibus ecce nouis hostem intulit ornatus. 2.
Ioseph cum Genitore coluit magis omnibus unum; 3.
Quem picturatus tunicæ velavit amictu. 3.8
Ait illi dum forte quies inopina per artus 5.2.
Serpserat, ex templo reserata est janua somni 2.12.
Corpea, quæ veris facilis datur exitus umbris 6.
Ecce videt stellas, & vos clarissima mundi G.1.
Lumina labentem cœlo quæ ducitis annum G.1.
Supplicitèr semet venerari, atque insuper illi 1.3
Tritica in agro fratrum cecidisse maniplos. 6.1.2.
Hoc visum ut primum narravit fratribus, omnes 4.2.
Ira indignantes, simulisque agitantibus atræ 1.11
Invidiæ insontem statuunt opponere morti. 11.2.
Postea dum fratres pastores viderat, illi 2.
Vnius in miseri conjuravere ruinam 3.8.
Horum jam dudum pestis scelerata per artus 5.2.
Serpserat invidia, quam pluto à sede sororum 7.7
Dirarum emittens superas jubet ire per auras. 7.4.
Scilicet hoc metuens ne mœnia conderet urbis 4.12.
Iosephus, quem mille dolis oppugnat, & arte. 2.5.
Sed *Ruben* cujus melior sententia menti 2.
Commaculare manus fraterna cæde vetabat 21.22.
In puteum potius vicinum immittere suasit 7.10.
Liberat ex puteo, atque argento vendit *Judas* 7.11.
Insontem; *Madianite* mercantur, & illum 19
In terram *Aegypti* ducunt, domineque potenti 6.14.
Putiphero vendunt. 6.
At fratres hædi mersere in sanguine cæsi 6.8.
Virgatam pueri tunicam, patrique *Iacobo* 8.7
Ostendunt laceram, crassoque cruore rubentem. 6.5
Ille putans natum laceratum dente ferino, 6.11
Obstupuit miser, & subito calor ossa reliquit: 2.9.
Effusæque genis lachrymæ, & vox excidit ore 6.
Iosephe infelix qua te regione requiram 9.
Amplius haud reducem video Tunc ille senectæ 6.12.
Sera mea requies, pauisti linquere solum 9.

9. Crudelis pne te sub tanta pericula misisti?
9. Affari extremum miserę datur copia patri?
9. Heu terrę ignota canibus data praeda, velursis
9. 12 Alitibus ve jacer; potiuntur corpore tygres?
2.9 Forsitan immanes, non te tua funera mater
9. Produxit, prestitve oculos, aut vulnera lavit
9. Vestet tegens, quę nunc artus avellaque membra
9. 11. Et sanus lacerum tellus habet? ista senectę
11. Debita sors nostrę est, & ru sanctissima conjux
11. Fœlix morte tua, neque in hanc servata dolorem,
12. Contra ego vivendo vici mea fata superstes
11. 1. Vt genitor restarem, & teneque quererer bonis
12. Queis ante ora patrum patriæ sub nocte silebis alis
1.6. Conjugi to potterer; his etenim defuncta sepulchro
14.8 Corpora mandantur; sed tu charissime nobis
5 Nudus in ignota Ioseph tacitus arena
2. Sed quid ego hæc autē nec quicquam ingrata revolvo
2.11. Quidve moror nostri? sint hæc solatia luctus,
12. Quod miseri nati lethō haud crudelio videbam.
10. Stat sua cuique dies brevē & irreparabile tempus
10.12. Omnibus est vitæ; facilis jactura sepulchri.
10.2. Prætera non hæc magno fine numina temnunt
2.6. Et veniunt; quin & stygios regna invia vivis
6.7. Aspiciam lucos, nauticque Acherontis ab imo
7.12. Affabor tursus, non vitæ gaudia quærō
11. Nec fas, sed gnato Manes perferre sub imos.
5.12. Hæc fatus trepidante manu discidit amictus
8.10. Pulvere respersus, pilisque hirsutus & equinis
6.4. Et natum flevit multos ex ordine menses.
6. Ioseph um interea domui præfecit, & illi
9. Curam commisit famulorum Putiphar omnem.
9. 12. Hic erat insigni facie, vultuque decoro
5.4. Cujus amore furit turpique cupidine capta
6. Vxor Putiphari, nocteque diesque sequuta
12.4. Turpes concubitus pueri, solvitque pudorem;
4.9. Ille autem nullis precibus pretioue movetur.

Vt tædas moles, vel solvat jura pudoris. 4.4
Mens immota manet, lachrymæ volvuntur inanes 4.
Sic postquam miseræ vestavit in ossibus ignem G.3.
Durus amor; Pluto furiarum è crinibus anguem 2.2.
Conjicit, inque sinum pectus cordi ad intima subdit 7.
Ille intrat vestes, & læva pectora lapsus 7.
Voluitur attactu nullo, fallitque furentem, 7.
Vipeream inspirans animam; fit tortile collo 7.
Aurum ingens coluber, fit longæ tænia vittæ 7.
Innectitque comas & membris, lubricus errat. 7.
Sævit inops animi mulier, coramque marito 4. 8
Insontem incusat, quasi violare cubile 3.8
Tentasset Domini absentis; vestemque lacertis 4.5
Iasphi avulsam monstrans: hic perfidus inquit 3. 4
Adventa dum nobis illuderet, illicet ædem 4.7.
Clamore implevi, nec voci iræque peperci. 2.
Ille autem trepidans aufugit veste relicta. 4. 10
Talibus insidiis, perjuræ & conjugis arte 2.
Credita res, capitisque dolis, lachrymisq; coactus 2.
Pacihar insontem vinclis & carcere fræna. 2
Posthæc *Ægypti* viridis qui præsidet aruis 2.2.3
In somnis septem præstanti corpore vidit 4.1.
Vescentes per prata boves, & plena secundum 2.2.3.
Flumina, muscus ubi & viridissima gramina ripæ; G. 3.
Mox totidem macie tenuatas, quæque priores 2.2.3.
Corripuere fame rabida; tunc cernit in agro 6.
Culmum qui septem gravidis procumbit aristis; G.1.
Mox alium; hic septem spicas produxit inanes, 2.2.3.
Et subito septem pingues absumpsit aristas. 2.2.2.
Hic rex sollicitus monstris responsa deorum 7. 11.
Consulit, & *Phebi* scitatum oracula mittit. 7.2.
Heu vatum ignaræ mentes, nihil augur *Apollo*, 4.4
Nec responsa valent consulti reddere vates. G.3.
Ah quoties miseros *Phebi* cortina fefellit 12.6.
Dum consulta petunt, vatisq; in limine pendent? 6.
Inconsulti abeunt, vatemq; odere deorum. 3.

Sed juvenis *Ioseph* magnâ cui mentem animumq;
Inspirat pater Omnipotens, spatiique futura ;
Vera cubit; non ille notas & nomina mandat
Frondibus, implicuit quas verso cardine ventus,
Aut antro turbat volitantes junus; non hic
Horrendas canit ambages, antroque remugit
Obscuris falsa involvens ; fruiturve deorum
Falsorum alloquio : sed veri Numinis aura
Affatus *Iosephi* oracula vera canebat.
Hac igitur fama impulsus Rex carcere vatem
Fatidicum educit, manicas atq; arcta levari
Vincla jubet *Pharo*, dictisque ita fatur amicis :
Quisquis es (amissos hinc jam obliviscere patres)
Noster eris ; mihique hæc ediscere vera roganti,
Quid signent, quæ me suspensû insomnia terrent ;
Ipse canas, vocemque volens atque ore resolve.
Nam vates adii, precibusque oracla petivi,
Monstra Deû referês, quæ sit sententia, poscens
Sed falsis animum responsis ludit *Apollo* :
Nulla fides *Pharo*, nulla est prudentia vati.
His dictis narrat *Iosepho* insomnia bina.
Ille autem verum, posita formidine, sensum
Expediens, septem venturos edocet annos
Muneribus *Cereris* plenos; totidemque futuros
In quibus exuret fluentes *Syrius* agros
Arebunt herbæ, & victum sege ægra negabit,
Nec terram *Nilus* nigra occultabit arena.
Hæc ubi protendunt spicæ ventura, boves q;
Proinde (inquit) frumenta legas tectisq; repones,
Dum sulcos onerat proventu & horrea vincit
Venturæq; fames memores, dum exuberat annus
Fructibus, & pecore, & cerealis mergite culmi.
Hæc sunt quæ nostra liceat te voce moneri.
Quæ postquam vates sic ore effatus amico est,
Ex templo variis cumulatur honoribus, auro :
Colla innectuntur, digitus circundatur auro ;

Tegmine cæruleos induitur, curruque secundo 11.2
Subvehitur populis vocis plausuque frementi. 11.3
Sic qui jam deûm fuerat compagibus arctis 5.2
Et ferro inclusus, regna moliturque habenas, 1.13
Sidera jam cœli, jam Solis fraudemque manipli 3.Gr1
Desectis oculis hoc Sanctum sidus adorant. 11.2.
Nam vesana fames patrem natosque subegit, 9.8
Aegyptum petere, & terras tentare repostas. 13.7
Quem contempserunt olim, venerantur, & omnes 2.3
Supplicitet culpam agnoscunt, veniamque precantur 11.
Præcipue *Iudæi* lachrimis pro fratre rumore 2.9
Effusis, quem tum tenebris vinclisque tenebat G.4.
Iosephus, properet crateræ in folle repertum. 9.6
Ille humilis supplexque oculos, dextrásque precanti 12
Procidens, *ea*, equidem meruit, nec deprecor, inquit 12.
Vecte sorte tua; miseri te si qua parentis 12.
Tangeret cura potest oro miserere senectæ, 12.
Et juvenem incolumem patri patriæque remitte; 8.2
Quem jam conficiunt curæ, tot bataque mens est 11.21.
Furiere *Iosephi*; gravior ne nuntius aures 8.
Vulneret, & cogat crudelem abrumpere vitam. 8 8
Nam si non redeam videat, periisse putabit. 23
Tende mihi potius vim duram, & vincula capto. G.4.
Fleblat *Iosephus*, nec se celare volebat 3.9
Amplius, aut tantum potuit perferre dolorem 3 9.
Fraterno ast animum supplex submisit amori; 4.
Oblitus scelerum cunctorum ignoscit, & ultro 4.G.40
Solatur lachrymas verba inter singula fundens, 1.3
Et fratrum factis contraria facta rependens. 11.
Namque omnes variis affecit honoribus, atque 5. 11.
Complexu patris lachrymans colloque pependit; 3.1
Quem proprio vectum curru deduxit in aulam. 12.4.
Haud aliter *Christo Salvatori* invidet arcto 1.41
Gens *Iudæa* hodie; sic olim invidit honori 10.3
Coditus oblato; *Iudæ* hunc vendidit, omnes 12.64
Fratris in exitium conspiravere, sepulchri 8.3

In

In solum absque dominis, sed rerum maximus auctor
Eductum e tenebris super aurea sidera vexit.
Aureum, & ubertim loeis vestivit amictu
Et dedit illi epulis sacris accumbere divum
Nimborumque facit, tempestatumque potentem,
Hic judex rerum fulva de nube futurus
Et levis ætherios pernuper candidus orbes
Flammato invectus curru, tunc maximus orbis
Hunc dominus agnoscet, quin & stirps ipsa Jacobi
Numen adorabit, quod jam contemnit & odit.
Stirpis Edomææ Jobus quoque mœnia cæsa
Condebat Sedome, quem rex Acheronti is avarus
Dentibus invidiæ petit implacabilis ultro.
Jobus erat servans æqui, & justissimus unus.
Qui fuit, Ausitidisque olim ditissimus arvis.
Quinq; greges illi balantum, quina redibant
Armenta, & terram centum vertebat aratri
Hic septem natos, Veneris toc præmia norat;
Et tres præterea excellentes corpore natas.
Tantis ille bonis patriis florebat in agris
Iam senior, placidaque suos in pace regebat.
At subito fortuna fidem mutata fefellit
More suo, namque est varia & mutabile semper.
Dum fratres læti inter se convivia curant,
Vomere dum duro subigebant arva coloni,
Saltibus in vacuis asinæ dum gramina, tondent,
Ecce impacata gentes venere Sabææ,
Quæ vectare solent prædas, & vivere rapto;
Avertuntque asinas, cæsis custodibus, omnes;
Atque boũ armenta, & præstanti corpore tauros.
Abducuntque omnes formæ superante juvencas,
Dumq; pater media nimborum in nocte coruscæ
Fulmina molitur dextra, quo maxima motu
Terra tremit, rupti geminantur nudibus ignes.
Balantum periere greges, ovumque magistri,
Præterea, Chaldæorum gens sæva colonos

Clam superos ferro incautos, alios quoque somno. 1.8
Insuper adversi rapido dum * turbine ventis, 21
Conligunt, Zephyrusque Notusque, & latum Eurus 2.
Eurus equis: cœlis horrendo murmure tectis 3.3
Ingubuere simul, tecumque à sedibus imis 1
Everterе ædem, quæ natos obruit omnes 11. 6
Dum vino indulgent; et scilla veste Iobelus 9.12
Natorum attonitus fatis, ædisque ruinâ; 12.
Canitiem immundo perfusam pulvere turpans. 12.
Tunc dextra crinem secuit, terramque petivit 47.
Submissus, talesque effudit pectore questus: 3.6
Me Genetrix nudum sub luminis edidit auras, 4.8
Hæc eadem accipiet reducē nudumque recondet 3.5
Complectens gremio cineres, atque ossa quieto. 5.5.
Tu mihi quodcunque hoc regni tu sceptra dedisti 1.
Sancte parens, eadem de me nunc jure reposcis; 5.11
Tu mundi imperium natu regis: omnia parent 1.10.
Mandatis Rex magne tuis, qua utrumque recurrens 4.7
Oceanum extremo Phœbus despectat Olympo. 7.7
Ergo tuum vivat magnum & memorabile nomen. 3.4
Sed non contentus pœnas traxisse per istas 5.5
Egregium pietate virum regnator averni; 1.6.
Dum 40 divi domus alta patet, dumque ardnus ipse 10. 10
Sidereis tectis hominum fator atque deorum, 10.11.
Concilium aligerum cœli intra limina cogit 11.
Aurea; conveniunt tectis bipatentibus olli, 11.10
Inter quos Satanas dirarum à sede sororum 6.7.
Apparet, quatiens ventosa horridus alas. 3.12
Tristius haud illo monstrum, nec sævior ulla 3.
Pestis & ira dei stygiis sese exsulit undis. 3.
Hic quamvis cæca tenebrarum regnet in aula, 1.4
Vnde metum & tristes morbos mortalibus ægri 6.12.
Et lætum & curas emittit, & horrida bella, 6.6
Attamen hinc quoties rex annuit ætheris alti, 3.12.
Præpetibus pennis audet se credere ad cœlo. 6
Hic Jovis ad solium, luminique ad limina regis 12.

Accedit,

Accedit, magnaque iussit vocat ira Iehouæ;
Criminibusque novis cumulat, pœnasq; repoſcit
Immeritas, colit hic (inquit) te pectore ſicto
Atque infracta veneratur mente Tonantem
Nempe illum vallo cinxiſti & mœnibus altis
Sin aliquem infandum caſum, triſteſque ruinas
Immittas, cernes quod te execrabimur, ergo.
Pace tua liceat vires tentare Iehobæ.
Annuit, & totum nutu tremeſcit Olympum
Omnipotens, ventamq; dedit corrumpere corpus
Vlcere, & horrentes papulis ardentibus artus.
Ex templo Satanas deſcendit ab æthere ſummo
Ecce volans, celerique ad terram turbine fertur.
Non ſecus ac nervo per nubem impulſa ſagitta
Armatam ſævi *Parthus* quam felle veneni
Parthus, ſive *Cydon* telum immedicabile torſit
Stuidens, & celeres incognita tranſilit umbras
Sic talis rex nocte ſacra demiſſus ab aſtris
Se tulit ætherias, auraſque everberat alis,
Fertque referque ſonans *Iobi* ſe peſtis ad ora.
Illi membra novus ſoluit formidine torpor,
Vt procul horrendum ſtridorem agnovit & alas
Arrectæque horrore comæ, & vox faucibus hæſit
Continuo eſt, alvus colorat ægro, aſperrima vultū
Deformat facies; ſeſe dolor oſſibus ingens
Inſinuat; dira illuvies, immiſſaque barba.
Concreſcunt ſubitæ languentiin corpore cruſtæ;
Et totam tentat ſcabies turpiſſima pellem.
Sed non magnanimo ceſſit fiducia *Iobo*;
Verum animū invictū tabenti in corpore verſat,
Conſidens inter cineres; & olentia tabo
Membra fricans teſta; interea tres ecce tyranni
Vt venere modis cernunt ſqualentia miris
Ora viri, & triſti tenuatum tabe cadaver
Demittere omnes lachrymas gemitumque dederūt
Aſcendunt ſtatim humeris veſtes, & pulvere turpiſſ

Olym

42. *opus*
ſcripſit Iob
Moyſes
ſuæ, hoc
opus, in-
terpre-
tari in ſanct.
Iob vid. Theo-
dor. q. 92. in
Geneſ.

43. *Pelli-*
mur contiſo
ſis cerebrum
adhæſit os
mum & de-
ciditas Ter-
rarum Iobis
cirea dentes
mum. Iob.
19. 20.

XUM

Octus Imbrasides comptos de more capillos A 10.1
Tunc seperin silvas dies mestusque doloris 2.6
Crudeles penas, casumque luctuosus amici. 6.2
Sed nulli propius poterant accedere ad illum 10.
Aut conferre gradum; talis sese ad halitus artis 61
Faucibus effundens, superos ad convexa ferebat 6.
Sed qui debebant misero succurrere Iolæ, 9.
Et solari inopem tot acerbis casibus actum, 9.11
Infandum afflicti tentant renovare dolorem: 2.9
Et duplicant lingua armata felle veneni 8.12.
Vulnera, transadigunt occultis pectora telis. 9.1.
Et fixa in venis (heu) spicula cæca relinquunt. G.4.
Dum scelerum falso incusant, & tanta merentem 2.3.
Supplicia expendisse ferunt; tamen optimus heros 6.2.9.
Haud ulli veterum patrum virtute secundus, 11.
Viribus invictis, animisque ingentibus iras 6.G.4.
Perstulit, & fastum sociorum, atque aspera verba. 3.2.
Irrita sed postquam superavit jurgia regum 11.6.
Atque superba tuli fastidia conjugis, atque 2.2.12
Amissos natos, & opes & regia sceptra 0.4.17
Armorum sumis Satanam, & serpentibus armis 4.
Subjecit pedibus; victori præmia reddit 0.2.15
Tres pater omnipotens forma superante puellas 6.8
Quas mulcre æthereas vicina per opida matres 1.11.
Optavere nurus, natos septem addidit illi, 11.6
Et natos natorum, & qui nascentur ab illis. 1.
Amissas duplicavit opes, armenta, gregesque 8.1
Argentum auri, surii, ac annos; nec tarda senectus 10.9
Debilitat vires animi, mutatve vigorem 9.
Et tandem placida compostus pace quievit. 2.
Sic *Christus* sæva invidia pellacis *Iudæ* 11.2
Afflictus vitam in tenebris luctuque trahebat 2.
In quem turbat *Abiezides*, simul omne tumultu 8.
Conjurat trepido *Latium* sævitque juventus 8.
Effera, nunc falsa sub prodictione *Latini* 8.2
Insontem infando judicio, quia vera docebat. A 8.3

Demisere

Demisere neci duros (heu) mille labores,
Paupertemque, famemq; tulit, cum jussa superbæ
Conjugis *Hebrææ*; sociorum nullus *Iesum*
Audet adire, omnes potuerunt linquere solum
In morte extrema, & sub tanta pericula missum
Et dum luctatur diræ cum morte Magister,
Dum lacerum sanus vorabat sanguine, dumque
Spiritus extremis singultibus ilia pulsat,
Membraque de ligno pendebant pallida tabo:
Insultant hostes, atque impia jurgia jactant,
Nec quicquam *Christi* mortem miseratur iniquus,
Ille tamen sævi vim totam pertulit hostis
Invidiamq; odiumque hominū, & ludibria fratrū
Viribus invictis, strepitumque frementis averni
Subjecit pedibus; quia tum limina Ditis
Perruptit, regemque incendia vana vomentem
Compit in nodum complexus, & angit in hærēs
Elisos oculos, & liccum sanguine guttur.
Tum pater Omnipotens nati duplicavit honores
Atque insignivit radianti regmine lucis.
Ipse caput tonsæ foliis ornatus Olivæ
Sceptra tenēs mundi, & fulgentia vulnera portans
Candenti curru nebularum ascendit ad astra
Panditur ex templo foribus domus alta superbis
Cœlicolum; *Christus* multis cum millibus intrat,
Magna trophæa ferens, deque hoste & morte triumphans.

CHRISTIADOS LIBER. 3.

Argumentum.

Iacobo & Iosepho mortuis, Saras ab Israelitis alienos Pharonis animos, quibus grauia pensa imponit; sed Deus populi sui miseretus, Moysen ad rapem eum manduris misera ut Solymanno ex seruitute, variis editis signis & miraculis liberet. Egypto, multis clades affecta, egre dimittit Israelitas sequitur, in mari submersus, Israelitis inuehentes triumphum; ingressus plateis in varia secuta iudicat, & in fide Dei itam promouet. Lex promulgatur, Manna pluit; subit interdictum, ignis noctu, nubes per desertum monstrat, in qua ob peccata omnes 40. errant; tria millia hominum ob idololatriam occisa; tabernaculum extruitur, pontificis indumenta describuntur. Cotte cum sociis murmurant & conspirant in Moysen; ignibi serpentes mittuntur; Moyses in Pisgah moritur, populus duce Iosua transit Iordanum, describitur terra Chananea, ubi varia bella inter Solymnos & terra Incolas. Tandem Iosua victor euadit, & Chananeos subjugat; vita sanctè exigunt Iudices, qui Solymnum tyrannis invidia sepe ab hostibus oppressi sunt liberarunt. Gedeon tyrannidem hostes in fugam conficit. Iephthe victor deum votum reddens filiam immolat; describitur ecclesia felicitas; & ad Christum ut omnium humani Messiarum applicatio.

POstquam *Iosephus* superis concessit ab oris 2.
Concitat *Abrami* in sobolē rex pluto *Pharos* 7
Qui cæni cumulis onerosis terga fatigat, 9.9
Et nuper natos immergi flumine jussit; 9.3
Sic sperans totam se posse exscindere gentem. 4.9
Sed divum genitor sortem miseratus iniquam, 9.6
Arbusto in virgulti lucem flammaque vomente 0.1.4.d
Apparet *Moysi*; quem post caerecta latentem *Ex.3.*
Flaminis ad ripas invenit filia regis, 7
Fiscella ex molli junco vel (45) cortice clausum 2.10.4.a
* Thermuthis puerum patria nutrivit in aula. 12.4.
Sed *Moysi* postquam maiora adoleverat aetas 12.

(45) Odyssea quoque, gemina, nisi suppicio in obscuram expulsa fuerunt, fiscina, & fiscella dicuntur.

* Ita enim vocatur. Iosephus, lib. 2. c. 5.

Niligeno

11. 12 Nili geno occiso, solis in montibus ævum
11.G.3 Exigit, & viridi pecudes in gramine pascit.
8 Hunc *Amram* genuit, sed *Kaab* edidit *Amram*,
6. At *Kaab* fuerat genitus de sanguine *Levi*.
7 Hunc oratorem Deus alta ad mœnia regis
7. Ire jubet *Moysen*, pacemque exposcere genti
5.2 *Abramidum* oppressæ tot jam labentibus annis;
5.1 Vt tandem liceat miseris excedere regno
5.1 *Aegypti*, & toties promissam attingere terram.
11.12 Nil *Moysi* valuere preces; violentia regis
12.4 Exuperat magis, & placidas Pluto obstruit aures
10.G.3 Tunc Pater Omnipotens iræ dans lora furenti,
(Horrendum dictu) lstices nigrescere Nili
4. Fecit; in obscœnum convertitur unda cruorem;
G.1. Inq; aula veterem vanæ cecinere querelam
G.1. Tum variæ illudunt pestes; ex pulvere terræ
G.4. Nascuntur visenda modis animalia miris;
G.4. Trunca pedum primo, mox & stridentia pennis
G.4. Miscentur, tenuemq; magis magis æra carpunt;
G.4. Donec ut æstivis effusus nubibus imber
G.4. Eripere, aut ut nervo pulsante sagittæ
G.4. Prima leves ineunt si quando prælia *Scuti*.
11.1. Muscarum tempestatem nigrantibus alis
0.2.G.1. Vexit ab Eois undis violentior Eurus.
1.3 Incumbunt herbis, contactuque omnia fædant
3.G.1. Immundo, atque anni spes omnis credita terræ
G 1. Interit; haud potuere seri, nec surgere messes.
G.3. Tunc genus omne neci pecudū dedit, omne ferarū
G.3. Hinc lætis vituli vulgo moriuntur in herbis,
G.3. Et dulces animas plena ad præsepia reddunt.
G.3. Labitur infœlix studiorū atque immemor herbæ
G.3. Victor equus, fontesque avertitur, & pede terrā
G.3. Crebra ferit; duro fumans sub vomere taurus
G.3. Concidit: & mistom spumis vomitore cruorem
G.3. Extremosque ciet gemitus, it tristis arator
G.3. Mœrentem abjungens fraterna morte juvencū.

Atque

Atque opere in medio defixa reliquit aratra. G.3.
Balatu pecorum, & crebris mugitibus amnes, G.3.
Arentesque sonant ripæ, collesque supini. G.3.
Fitque catervatim strages ovium q; boum q; G.3.
In stabulis, sordent dilapsa cadavera tabo. G.3.
Exigui cineres jacta, pecudumque hominumque; G.4.
Ardentes papulæ, atque immundus olentia sudor G.3.
Membra sequebatur, lacer ignis corpora edebat. G.3.
Intonuere poli, & crebris micat ignibus æther. A.1.
Tum multa intectis crepitans salit horrida grando G.1.
Heu male tum mites defendit pampinus uvas. G.1.
Quin etiam immensu cœlo venit agmen aquarum; G.1.
Contristat cœlum terramque nigerrimus Auster, G.3.
Et pluvia ingenti sata læta boumque labores G.1.
Diluit, implentur fossæ, & cava flumina crescunt G.1.
Cum sonitu fervetque fretis spirantibus æquor G.1.
Iamque locustarum nubes glomerantur ab Euro, 12.6.
Aetheraque obscurant pennis mirabile visu; 12.
Frondes & fructus populant, naturaq; farta 6.1.
Nec quisquam absumptis falcem supponit aristis. G.1.
Agricolæ, intereunt hominumq; boumq; labores G.1.
Involuere diem nimbi, & nox humida cœlum A.3.
Abstulit; en densis horrescunt cuncta tenebris. 3.
Tres adeo incertos cæca caligine soles 3.
Aegyptus tegitur, totidem sine sidere noctes. 3.
Nemo diem noctemque valet discernere cœlo 3.
Multaque præterea cladis portenta futuræ 4.
Terribili monitu horrificant; tunc Spiritus ales 4.
Omnes Aegypti primævos ense peremit. 4.
His vero infelix monstris rex territus, ecce 4.
Deficit ingenti luctu; plangoribus ædes 11.
Horrendis resonant; cur barbaraque pectora vulgi 11.
Attonita tantis fatis patriæque ruina. 11.
Multaque sese incusat, qui non demiserit ulvas 11.
Abrumidus rex ipse *Pharo*, jubet omnes omnes 11.
Matres atque viros plusima discedere turba 6.

Collecta

Collecta exilio plebs est miserabile vulgus
Vndique convenere, animis opibusque parati
In quascunque velit Moses deducere terras.
Præcipitare moras odium crudele tyranni,
Et metus acer agit cunctos, rapiuntque ruuntq;
Migrantes cernas, omniq; exurbe ruentes;
Ac veluti ingentem formicæ farris acerum
Cum populant hyemis memores tectoq; reponunt
It nigrum campis agmen, prædamq; per herbas
Conuectant calle angusto: pars grandia trudunt
Obnixæ frumenta humeris; pars agmina cogunt,
Castigantque moras; opere omnis semita fervet.
Iamque viæ auxilium gazas ex hoste superbo
Corripiunt, ignotum argenti pondus & auri.
Vt vero rubri tenuerunt littoris oram,
Pœnituit regem quod sic demisit in vltrò
Abrami sobolem, statuit jam sumere pœnas;
Propterea sociis edicit ut arma capessant;
Vt profugos ferro flammâque sequantur; & ipse
Poscit equos atque arma simul, saltuque superbus
Emicat in currum, & manibus molitur habenas.
Tela manu quatit, & subita spe fervidus ardet.
Vidit ab * aduerso venientes littore Moysen
Videre Abramidæ; gelidusq; per ima cucurrit
Ossa tremor.
At vero vt campos precussit virga liquentes
Legiferi, incipiunt late discedere fluctus,
Et Nereus retro, atque æstu revoluta reforbens
Saxa fugit, littusque vado labente relinquit,
Qua populus gressus inferret; & ecce repente
Sublata in montis faciem supereminet unda,
Accipitque sinu vasto populumque ductosque,
Exposuitque omnes ripæ vltrioris in ora;
Sic nos per mundi fluctus, & sanguinis undam
In ripa exponit patriæ cœlestis beatæ.
Iamque sequebantur male fidis passibus egressi

* *Moyses stat in Littore hostibus aduerso.*

Aegypti proceres, rex ipse, omnisque juventus; 3.8
Cum subito horrenda decurrens murmure pontus 4.11.
Irruit in terras, scopulosque superjacit undam 11.
Spumeus, extremamq; sinu perfundit arenam; 11.
Involuitque æstu rapido curruscque viroscque; 11
Apparent rari nantes in gurgite vasto, 3.
Arma virum, ac fragula, atq; Ægyptia gaza per undas 1.8
Sic tandem Aegypti casus evaserat omnes 6.4.
Abrami soboles; cunctique à littore rubro 8
Ibant æquali numero, Jovamq; canebant, 7
Nube die monstrante vias, & lampade nocte. 3.4
Sed quamvis totam jam viribus occupet orbem 1.
Rex Assyrii, imperiumq; urbis Babylonis ubiq; 6.3
Proferat, assidua tamen implacabilis ira 6.12
Insequitur Solymam per inhospita saxa vagantem 1.5
Quam sæpe in miseros cœlestem concitat iram, 7.7.
Dum suadet sacras leges violare Tonantis; 7.5
Et furiis in regem injustis surgere Moysen? 8.
Ventum erat ad stagnum quod jam perhibetur 6.6
Nã sapor indiciũ fecit manifestus, & ora (amarũ 6.2.
Tristia tentantum sensu torquebat amaro. 6.2.
In Moysen exclamant, ille ocyus arbore ramum 2.6
Discerpsit viridem quo dulcem reddidit undas; 6.6.
Sic animas Christus vitiatas crimine amaro 6.2.11
Fatalis ligni, vera dulcedine movit. 6.11.
Tunc ventris rabies exegit surgere rursus 9.8
In Moysen Abramidis; fovam in vota vocavit. 3.
Protinus aeriæ mannæ cœlestia dona 6.4
Desuper infundis, divum tu maxime rector; 4.9
Et volucrum mistis nubem, turbamque sonantem 7.12
Aquilonis aligeri, quæ obscurant æthera pennis 12.
Haud aliter Christus cœlo demisit ab alto 1.2
Nectar divini verbi purissima mella. 6.4.4
Rursus dum sitiunt, in Moysen jurgia jactant. 6.4.2
Ille autem vitreas è rupibus elicit undas, 2.6.5
Et virga potuit fluvios pectore recentes. 4.6.3

Haud

1. 10. Haud aliter quando *Christi* latus hausit apertum
Ioan. 19. Lancea, fulcis aquæ fluxit de pectore rivus,
Matt. 9. Et rubræ toto descendunt corpore guttæ.
5. Iamque propinquabant *Sinæ*, quando *Amalecæ*
10. Totam acie in *Iudam* rapiunt, & in aggere fistunt.
9. 12. Quam *Moysis* precibus fudit, prædaq; potitur,
1. Dum tendit duplices ad cœli sidera palmas.
1. 6. Sic *Christus* leibo tubas disjecit averni
6. 5. Bina triumphato protendens brachia ligno.
8. Dum *Moysi* montem ascendit, ruere omnia visa
8. 1. Horrifico tonitru, crebris micat ignibus æther,
9. *Sinaque* sublimis concusso vertice nutat.
1. 7. Insonuere tubæ, surgit vapor ater ad auras
6. 1. Terra tremit, fugere feræ, & mortalia corda
6. 1. Per gentes humilis stravit pavor; inde repentè
4. 9 Dum turbæ trepidant; edicta horrenda per auras
4. 9 Cú fremitu de monte ruunt, atq; agmina cõplent
6. Dum vero *Amramides* cum *Iove* in monte moratus
2. 1 Quem perüsse rati correptum turbine & igne
4 6. 1 *Iudæide*, ex auro vitulum conflare volebant.
5. 9 Hoc scelerum Satanas hortator suasit *Aroni*.
6. 2. 4. 1. Iamque dies agitur festus, lætique per herbam
7. Corpora deponunt sub ramis arboris altæ;
6. 4. Et mensis epulis onerant, & pocula ponunt.
1. Postquã exepta fames dapibus, mensæq; remotæ,
4. Consurgunt, mistique fremunt Altaria circum
6. Matres atque viri, pueri, innuptæque puellæ,
6. 1. Floribus, & tortis redimiti temporaramis,
2. 7 Et bovis infœlix simulachrum in vota vocantes,
6. 1. Dant motus incompositos, & carmina dicunt.
12. *Amramides* interea Rex omnipotentis *Olympi*,
12. Dum populum insanum fulva de nube tuetur
4. 2. Alloquitur, mandans meritas ut sanguine pœnas
4. 6. De populo sumat male sano: ille ocius ensem
4. 2 Fulmineum rapuit vagina, atque irruit amens
5. 6. In medium cœtum; huic fratres de sanguine *Levi*

Addant se sacios; tutæque missreinia cædes. 44 40
Secuit hunc ter mille viros, virulenq; refrigit 9. 6.
Infandũ sceleris monumentũ, aras igne cremavit. 6. 7.
Posthæc 46 *Amramides*, ut jussus, mobile temp- 4. G. 1
Erexit donis opulentum & numine *Jovis*. (lum 1
Dona dedere auro gravia, argentique talenta, 3. 5.
Aesque ingens populus *Moysi*, vestesq; hyacinthi; 3.
Gemmas, & bissum, & lanã, & bene olentia ligna 2. 3.
Velleraq; *Assyrio* portant fucata veneno; 4. G. 2.
Et succum *Ambrosiæ*, barbas, incavaq; menta. 12. 0. 3
Hircorum tondent alii, setasq; comantes, G. 3.
Vsum in sacrorum & tuguri velamina sancti. G. 3.
Postquam autem erexit *Jovæ* sacraria *Moysis*, 12.
Ingreditur summus penetralia sancta Sacerdos; 6. 6.
Et jussus pingues pecudes mactavit ad Aras. 4. 4.
Ante *Jovem* in pura media inter * numina veste 4. 12.
Stabat, & in cœlum palmas utrasque tetendit; 3. 6.
Quem morem *Moysis* jubet observare quotannis. 5. 6.
Huic findon tenuis talos defluxit ad imos; 8. 1.
Læna autem super hanc byssо fuit intertexta 4. 8.
Demissa ex humeris, & suave rubens hyacintho. 4. 2. 3.
Aurea quæ sonitum dent tintinabula raucum 7
Malaque de texto pendebant Punica limbo. 5. 4.
Tum picturatã chlamydem 47 peplumve ferebat, 3. 1. 1.
Quod circumtextum bissо velamen & auro 1.
Fulgebat longè. Gemmis auroque vigentem 11. 1.
Thoracem induitur, patrum duodena tenentem 2. G. 1
Nomina *Saracidum*; atque humeris binæ insuper 6
Gemmæ collucẽt inscripex nomina regum. (altis 4. 6. 3.
Fert zonã ex byssо, atq; immania pondera balthei 10.
Quem manus artificum multo intertexuit auro. 10.
Tegmen habet capiti candentem nempe tiaram; 7. 8.
Linea purpurea subnectitur insula vitta 6. 4. 2.
Aureaque insacra radiabat bractea fronte 8. 1. 6
Nomen habens sancti *Jovæ* (hoc effabile dictu 12. 3.
Nulli est) cælatum divini opus *Acholiabi*; 6. 3.

44 Thuribulum Aureum incensi mentionem facit Exod. 30. & hoc videtur habuisse; quum tempore Moysis crederetur in Sanctuario Dei haberi. Nam hoc ollim in Templo Salomonis fuisse, Paralip. 1. 28. manifestum est. Nam & Ezechiel. 10. meminit illius, & Apocalyp. 8. commemorat primi Angeli, qui tuba personuit, & thuribulum aureum habuit, & data sunt ei incensa multa, ut daret de orationibus Sanctorum. Clem. lib. 1. Constitut. Apostolic.

* Chrysostom. in Epistolam ad Hebræos.

47 Peplus teste Donato ad Suetonium vitæ quidem latior Stolarum pertinuit; & viri. Sicuniæ fuse ornatior, habebant & Primum II. 8. erat autem Peplus vestis ornatior.

Et tunicæ [illegible] & habent redimicula mitræ.
Haud aliter *Christus* noster sine fine Sacerdos
Ingressus cœli penetralia, vota precesque
Assidue fundit, queis gratior Hostia nulla est.
Virtutum pinxeus *Christum* velavit amictus.
Purpuream quando ille animam de corpore toto
Evomuit, multa ferrugine fulsit & ostro.
Purpureo sicuit ante aras adopertus amictu,
Sed nunc auraro splendet sub tegmine lucis,
Gemmarum late radians fulgore, suosque
Fert humeris, gremioque fovet, decoratq; corona
Aeterna qualem sublimi vertice gestat
Ipsa Sacerdotum, *Regum*, Vatumque potestas.
Purpurea Mala notant gentes populosque fluentes
Ad *Christum* innumeros, & tintinabula vocem
Argutam eloquii cælestis ubique sonantem,
Vtque Sacerdotis subnectit suulis alvum
Balteus, & laterum juncturas fibula mordet;
Significans castum debere per omnia summum
Esse Sacerdotem, Veneris ne dira cupido
Pertenter sensus, aut vertat in ossibus ignem
Durus amor, castis adolet dum Altaria tædis:
Sic *Christus* nulli potuit succumbere culpæ.
Aſt Illi mens sancta fuit, purusque intebat
Aetherius sensus formoso in corpore: quare
Cingula candenti subnexuit aurea * mammæ.
Christe Deus, Vates, & Rex, & magne Sacerdos;
Protige Rex famulos, amnis illabere Vates,
Funde preces pro me divino ex ore Sacerdos;
Votaq; solve Patri, & meritorum dona tuorum.
Fer, qui cælesti trabea cinctuque decoro
Torus præfulges niyea cui luce coruscat
Insula, me lustra, & longa tege tegmine palla;
Meque humeris impone tuis, me pectore toto
Accipe; fac degam vitam sine labe pudicam,
A tunicæ limbo gentes suspende; serantque

Semina justitiæ, cælum gloriosum in unum : 2.
Vete fare pio, & plena venerantur ab ætra. 8.
Tinnitusq; cie, & tunicæ quate cymbala circum ; G.4.
Fac verbi sonitus crepitantiaque æra sequantur G.5.
Interea *Mosis Jovæ* præcepta sequutus 5.
Exploratores misit, qui littora terræ 12. 7.
Promissæ lustrent, sociisque exacta referent ; 7.8.
Quæ loca, quive habeant homines, ubi mœnia 7.
Illi autẽ referunt ; cum dura prælia gentes (gentis. 2. 11.
Acres esse viros ; errare in montibus altis 11.3.
Infandos *Cyclopas* : habitare hæc littora vulgo 3.
Qui sanie humana se explent, dapibusq; cruentis 3.
His dictis, omnes gemitus longosque ciebant 8.
In cassum flectus, variusque per ora cucurrit 11.
Abrami dum turbata fremor ; mox sæva coorta est 11. 1
Seditio, sævitque animis ignobile vulgus 1.
Fluctus ut in medio cæpit quum albescere ponto G.3.
Longius, ex altoque sinum trahit utque volutus G.3.
Ad terras immane sonat per saxa, nec ipso G.3.
Monte minor procumbit : at imo exæstuat unda G.3.
Vorticibus, nigramque alte subjectat arenam. G.3.
Core cum sociis mortem præsensque minantur 12.
Exitium *Mosi* fratrique : at terra dehiscens 12. 4.
Sedibus infernis sorber, vastoque barathro 8. 3.
Conjuratorum multos, multosque cremavit 9.
Horrida per latos acies Vulcania campos. 10.
Et quia spreverunt toties oracula sancta 4. 7.
Abramidæ, casus omnes renovare coacti 2.
Sunt miseri, rupes inter ; rursusque reverti 3.
Per deserta *Arabum*, & capita objectare periclis 4. 2.
Octo & triginta revolutis mensibus orbes 1. 10.
Magnos errando expleruntper inhospita saxa, 1.5.
Omne revoluentes perplexum iter, ante beatæ 9.1.
Quam terræ intrarent fines sataliaque arva. 1.5.
Dum vero populus furiemibus errat in ævis, 1.2.
Pergit *Abramus* rapis habitata nequalia vestis G.1.

Ad

Ad finem tandem *Commene*, ubi frigidus arvis
Inter opima virum leni fluit agmine *Lycus*;
(Horresco referens) immania corpora circum
Innumeri, in siccum exiliunt è fluctibus anguis,
Et cæcis terræ latebris: hinc ordine longo
Per gramen lapsi, populi ad tentoria tendunt.
Cæruleæ quos terga notæ, maculosus & auro
Squamam incendebat fulgor: ceu nubibus arcus
Mille trahit varios adverso Sole colores;
Ardentesque oculos suffecti sanguine, & igni
Sibila lambebant linguis vibrantibus ora:
Quam multi *Lybico* volvuntur marmore fluctus
Sævus ubi *Orion* hybernis conditur undis.
Vel cum Sole novo densæ torrentur arista;
Aut hirsuti campo, aut *Lyciæ* flaventibus arvis)
Vipeream inspirant animam, spargunt{que} venenum
Per venas; tactos artus sacri ignis edebat.
Sic multi intereunt crudeli funere, multi
Mortem orant, tædet cœli convexa tueri.
Extemplo arrecta *Moysi* præfigit in hasta
In medio cœtu serpentem ex ære rigentem;
Qui soli oppositus lumen projecit abenum;
Horrescit maculis, flammas vomit æreus anguis;
Cujus conspectu fugit omnis corpore pestis,
Atque omnis flexu sinuoso elabitur anguis
In terræ cuevas populo plaudente latebras.
Sic Satanas olim Paradisi in saltibus anguem
Induit, & primos infecit peste parentes,
Lubrica convolvens sublato pectore terga;
Ille quidem potis est formas se vertere in omnes;
Ignemq{ue} horribilemq{ue} feram fluviumq{ue}, liquentem
Fit lupus & subito sus horridus, atraq{ue} tigris,
Squamosusq{ue} draco, & fulva cervice leæna.
Ille ergo in species novas animemor arte, in anguem
Vertitur, & priscæque suam vestitur{que} reponit
Atque notis longam jam ductus gressibus alvum

1. Ophiusa nunc nullum non habens genus pestiferum, Nihil humani de iis dicentes, quod caput in humano corpore, et vis habeat ops. vid.

Invadit matrem, & lingua micat ore trisulca 4.2.
Pertentans sensus in membra agit atra venena 1.G.2.
Morsibus occultis; & spicula cæca relinquit G. 4.
Affixa in venis: penitusque in viscera lapsum
Serpentis furiale malum: totumque perurat 7.
Humanum genus, & miseros depascitur artus. 1.2.
Sed *Christus* serpens malo suspensus ab alto 7. 5.
Aereus, horrendam jactat sub nubila lucem; 7.
Agmina serpentum totis exterrita terris 4. G. 3
Diffugiunt, trepidoq; gradu sub Tartara tendunt. 4. 6.
Cujus conspectus nostri medicina furoris. 1.E.10
Auxiliumque fuit, quo non præsentius ullum G. 2.
Mortifera è nostris contagia tollere membris 6.G. 3
Posquam per flammas, & mille sequentia tela 6.
Per freta, per terras varias & inhospita saxa 5.
Eripuit socios, medioque ex Hoste recepit 6
Moyses, qui tandem fugientis prenderat oras 6.
Judææ; in *Pisgæ* sublimis collitur; inde 2.10.
Stans procul excelso reiratur vertice montis 5.
Campos, & valles, urbes, & mœnia terræ;
Sic demum placide superis concessit ab oris. 1.2.
Quem *Pater* Omnipotens secreta in sede recondit 10.1.
Cernere ne quis eum, neu quis contingere possit 1.
Armipotens belli præses tunc. *Iesus* istit 11.6.
Post longa exilia, & per tot discrimina plebem 2.1.
Sedibus optatis. Summis tum *Jordan* abundans 6.11.
Spumabat tripis, tantus se nubibus imber 11.
Ruperat, & gelidus canis de montibus humor 11.G.1
Implevit late fossas liquefactus & amnes. 6.1.6.
Hic gemina auratus taurino cornua vultu G. 4.
Arva *Palestinæ* nitreis interluit undis 3.G.4.
Jordanis, quo non alius per pinguia culta G. 4.
In mare purpureum violentior influit amnis. G. 4.
Jamq; Sacerdotes fluvio populusq; propinquat. 1.6.
Qui simul ac pedibus tetigerunt rapida fluenta. V 4.
Discedunt undæ, refluæque exterrita amnis 6.10

Qua populis metos gressus inferret; ut olim
Curvata in montis faciem circumstetit unda,
Diuq; mare per medium *Moysi* fluctusq; nitentes
Ferret iter celeres, nec tingeret æquore plantas.
Sic jam * sulphureis retro fugit amnis ab undis
Ad caput; assurgit cumulo præruptus aquæ mons,
Destituens nudos, ceu naufraga corpora pisces
Arenti in limo: timidis haud passibus heros
Josua trans fluvium incolumes matresque virosq;
Aggere grammineo, ripâque exponit in alta
Et mox vicinas multa vidirnit urbes.
Nobilis hæc illa est, multas memorata per oras
Terra *Palæstinæ* promissa nepotibus *Abræ*;
Terra antiqua, potens armis, atque ubere glebæ;
Hæc loca non tauri spirantes naribus ignem
Invertere, satis immanis dentibus hydri;
Nec galeis, densisq; virum seges horruit hastis.
Sed gravidæ fruges, & lati munera *Bacchi*
Implevere; tenent oleæque armentaque læta;
Hic liquidi fontes, semperque virentia prata
Adsunt, & tremuli lambentes gramina rivi.
Dulcia mella fluunt, hic largi copia lactis.
Quâ magis exhausto spumaverit ubere mulctro
Læta magis pressis manabunt flumina mammis;
Quid tibi odorato referam sudantia ligno
Balsamaque & baccas semper frondentis acanthi?
Quidue tot egregias urbes, portusque lacusque
Fluminaque antiquos subter labentia muros;
Et mare *Sidonium* fitridens refluentibus undis;
Et rigidas ferri venas, æriscque metalla?
Hic unda haud tergo ferratos sustinet orbes,
Hospita nunc plaustris patulis quæ puppibus
Aeraq; non hic dissiliit, vestesq; rigescunt ante:
Indutæ: cæduntque securibus humida vina:
Stiriaque impexis induruit horrida barbis.
Nec contra, hic sterilis exurit *Syrias* agros,

Nec meritæ victo rapidi fuit ansa bovi. Ec. 9.
Liber pampineas non collibus invidet uuas, Ec. 9.
Nec victum segnes agris negat mellaribus unquã. 3.
Lentibus at fabris, *Zephyrique* tepentibus auris, 9.4.9.21
Hanc sũ fortunarum cœli indulgentia terram 9.2.9.18
Reddit, ubi haud meruit surgẽtes pãpinus austros, G. 2.
Aut ictum cœlo magnis æquilonibus imbrem; G. 2.
Nec serum æstatẽ increpitat, *Zephyrosq;* monantes G. 4.
Rusticus, aut queritur spirantes frigora *Cauros* 9.2.G.3.
Namque hiemen contingit equis *Sol* tardius illic, G. 2.
Atque cito trudit sub terram, luce recludens G. 4.
Aestiva cœli sũ portas, & sũ cornibus annum 9.2.9.2.
Auratis referens, & prata coloribus ornans. 9.1.9.4.
At rabidæ hic tygres adsunt; & sæva leonum G. 3.
Semina quin miseros fallunt aconita legentes; G. 2.
Et lupus insidias explorat ovilia circum; G. 3.
Et gregibus nocturnus obũbulat: hic quoq; multa 9.3.G.3.
Funera deformes ursæ stragemq; dedere. G. 3.
Hæc genus acre virum, *Geticum* & *Sauromata* ferox G. 2.
Affluxisse; malo *Iethen*, & *Sauga* & *Rhod* (tem G. 2.
Extulit: hæc regem *Davidem*, & fulmina belli 9.2.2.2.
Nempe *Matthæum*; *Salomonem* in pace regentem 7.
Affuerim bello populum, & te maxime *Christe* 7.G.2.
Qui sæpe extremis terrarum victor in oris G. 2.
Imbelles *Turcas* à nostris arcibus arces. 9.2.4.1.
Silvæ magna parens frugum *Chananæa* tellus G. 2.
Magna virum, cœlo quondã gratissima, sed nunc 9.2.2.2.
Perfidiæ in dominũ meritas das improba pœnas A.9.4
Irrita, & sine honore jaces perculsa ruina. 5. 21.
At dominus dictis nigro sopor extulit ortco. 6.1.
Abyssidas moliri arces, & sidere terræ 7.
Promissæ aspiciens, rabida fremit improbus ira: 2.1.
Atque illos mediis acies, mediisque per undas 2.
Invenisse viam scelus indignatur, & omnes 7.2.
Evocat ex orco furias, armasq; venenis. 6.7.
It comes his scissa gaudens discordia palla, 6.8.

Quam

Quam cunctanti non Cognitor Italus flagello
Inque Palæstinas Assyrius se concitet alis
Ira frequens, magnis implens clamoribus urbes.
Sanguineam volvens aciem, maculisq; tremendus
Interfusa genas, flammato corde rubescens.
Verum has præcedit veluti Dux agminis, atrum
Invidiæ pestis macie confecta suprema,
Visceribus propriis demens & sanguine vescens;
Et cui victa situ, verique effœta senectus!
Pallida, proluvie ventris fœdissima, nuptæ
Omnia contactu immundo; crās lingua palato
Nigra subest udo, transversa tuentibus hircis
Incedit, spargens (heu nescia) per oppida virus
Armarique jubet pubem, portisque moveri
Suadet in arma duces, ferroque excindere gentem
E patria profugam tot jam labentibus annis.
Hisque metus tremulis incedens passibus addit
Se sociam, toto cui fluxit corpore sudor,
Arrectæque stetere comæ, & vox faucibus hæsit.
Fama malum pedibus celere, & pernicibus alis
Ante volans, nigrum comitum præcesserat agmen
Terribile; hæc simul arua fuga simul æquora vertit
Finitimas in bella ciet rumoribus urbes; (rens
Prædonum turbas assuetas vivere rapto,
Ægypti desertores, nunc fluminis pulchro
Consedisse ferens, passimque per ora susurrans
Frigidus ut quondam sylvis immurmurat Auster,
Vt mare sollicitum stridet refluentibus undis.
Concilium extemplo vicina per oppida regis
Cogunt, & dubiis regni de rebus agebant.
Multa inter sese vario sermone serentes.
Quæ vires tamen ad bellum, contra agmina tanta
Sufficerent, qui ductores, quæ quemque sequantur
Complentes campos acies, qui mœnia servent,
Quique aditus urbis firmem, turresque coæclatas.
Denique inter sese cæpta conferre precibus

Quid

Quid faceret, magno cheruscis per ardua nimbis 14.
Nuncius ecce ruens urbes terroribus implet: 15.
Instructos acie *Iordanis* à flumine *Hebræos*, 11.
Armatosque equites totis descendere campis. 9. 11.
Extemplo turbati animi, conciliaque vulgi 11.
Pectora, & arrectæ stimulis haud mollibus iræ. 11.
Arma manu trepidi poscunt, fremit arma juventus, 11.
Finitimi reges sese exhortantur ad arma, 7. 7.
Tutari patriam, depellere finibus hostem; 7.
Accipiunt, redduntq; fidē, & socia agmina jungūt 8. 8.
Et totos late vastant cultoribus agros. 8.
Pars pedes ire parat campis, pars arduus altis 7.
Pulverulentus equis furit; omnes arma requirunt. 7.
Pars leves clypeos, & lucida spicula tergent 7.
Arvina pingui, subigunt que in cote secures 7.
Classes jamque sonant, it bello tessera signum. 7.
Hic galeam tectis trepidus capit, ille frementes 7
Ad juga cogit equos, clypeumq; auroque trilicem 7.
Loricam induitur, fidoque accingitur ense: 7.
Direxere acies; equitum præcesserat ordo; 7.
Insequitur nimbus peditum; clypeataq; totis 7.
Agmina densantur campis; mucronibus horret 7. 12.
Ferrea districtis seges, & æraq; lævia fulgent 12. 7.
Sole lacessita, & lucem sub nubila jactant: 7.
Quam multa in sylvis avium se millia condunt, G. 4.
Vesper ubi aut hybernus agit de montibus imber; G. 4.
Nec minus interea patriis dux sævus in armis 12.
Nuncius acuit Martem, & se suscitat ira, 12.
Atque avidus pugnæ suras incluserat ære 10.
Hinc atque hinc, oditque moras, hastāq; coruscat. 10.
Iamq; duces *Cæsar*, peditumq; exercitus omnis 11.
Adventum, equites horrentes ære propinquant, 11. 7.
Compositi numero in turmas; fremit æthere toto 11.
Insultans sonipes, & prælis pugnax habenis; 11.
Huc obversus & huc, tum late ferreus hastis 11.
Horret ager, campiq; armis sublimibus ardent. 12.

Nec

Nec non *Numidæ* contra, sobolesq; *Iacobi*
Adversi campo apparent, hastaque reductis
Protendunt longe dextris, & spicula vibrant,
Adversumque virum fremitusq; ardescit *equorum*
Iamque intra jactum teli progressus uterque
Subsisterat, subito erumpit clamore, fremensq;
Exhortantur equos, fundunt simul undiq; tela.
Crebra nivis ritu, cœlumque obtexitur umbra:
Quantus ab Occasu veniens pluvialibus hœdis
Verberat imber humum, quã multa grandine nimbus
In vada præcipitant, cũ *Iupiter* horridus austris (bi
Torquet aquosã hyemẽ, & cœlo cava nubila rumpit
Continuò adversis *Chananæus* & acer *Iudæ*
Connixi incurrunt hastis, primiq; ruinam
Dant sonitu ingenti, præfractaq; quadrupedantũ
Pectora pectoribus rumpunt; pugna aspera surgit
Ac veluti magno discordes æthere venti
Prælia cum tollunt animis & viribus æquis,
Non ipsi inter se, non nubila, non mare cædit;
Anceps pugna diu, stant obnixi omnia contra.
Haud aliter *Chananæa* acies, acieq; *Iacobi*
Concurrunt, hæret pede pes, densusq; viro vir.
Tum vero & gemitus morientũ, & sanguine in
Armaq; corporaq; & permixti cæde virorũ (alto,
Semi-animes volvuntur equi, cruor ater ubique
Funditur, & diro miscetur murmure campus.
Iam gravis æquabat luctus, & munus *Mavors*
Funera, cædebant pariter, pariterq; ruebant
Victores, victiq; nec his fuga nota nec illis.
Ast inter cædes, cædentiaq; agmina Ductor
Iosua fertur equo, atque instigat vocibus alas;
Nunc prece, nunc dictis virtutem accendit amaris
Nomine quemq; vocans, resicitq; in prælia pulsos
Tum magis increscunt animis discordibus iræ;
Collectiq; iterum *Abyssides* glomerantur ecdẽ,
Prosq; quisque viri summa ninitur, opum vi.

*Nat

Nat

Nec mora, nec requies, vasto certamine tendunt; 32.
Et cursu rapido conjectis eminus hastis 32.
Invadunt *Martem* clypeis, atque ære sonoro 32.
Dat gemitum tellus, tum crebros ensibus ictus 32.
Conjeminant, armorum ingens fragor æthera 32. 33
Extemplo turbatæ acies, parmæque tyranni (cõplet 34.
Rejiciunt, trepidæque fugã dant terga per agros. 33. 34
Dijectique duces, desolatique manipli 35.
Tuta petunt, & equos averti ad mœnia tendunt, 35.
Abrumpit nemo instantes, lethumque ferentes 35
Sustentare valet telis, aut sistere contra; 36.
Sed læsos referunt humeris languentibus arcus. 35.
Quadrupedúmque putrem cursu quatit ungula campũ 35.
Volvitur ad muros caligine turbidus atra 35.
Pulvis, & ẽlpeculis percussæ pectora matres 35.
Fœmineum clamorem ad cœli sidera tollunt. 35.
Interea magno miscẽri murmure cœlum 4
Incipit, insequitur commixta grandine nimbus, 4.
Quæ crepitans salit in campis, & pondere vasto 4.
Sternit humi juvenes dum vertunt terga per agros 4. 39.
Speluncam reges trepida formidine eandem 4.6
Deveniunt; fulsere ignes, & conscius æther 4.
Iræ divinæ in *Chananeos*; *Iosue Nave* 6.
Interea toto dæsævit in æquore victor, 10.
Vtsemel intepuit mucro; quin turbinis atri 10. 10
More furens, edit per totos funera campos. 10.
Vestigat trepidos disjecta per agmina reges: 33.
Hos aditus, hasque hos aditus, omnemque pererrat 12.
Vndiq; circuitum, & certã quatit impiger hastã. 11.
Hinc *Sol*, hinc contra spectat *Latonia* virgo; 10. 11
Nec *Sol* discedens crescentes duplicat umbras, *Ec. 4.*
Nec valet invito procedere vesper *Olympo*, *Ec. 6.*
Donec quos cæcis cohibet spelunca latebris 38.
Proceres in medios *Nimidæ*, qui pede collis 1. 16.
Impello, reges malo suspendit ab aleo. 38.
Vigilius pingui [illegible] 8. 16.
[illegible] *Nepeian*

11. *Nubium*, & populo ingentem ferat fama tumultum
11, 11. Delectas tot regum acies, cecidisse phalanges
8, 8. Spem patriæ, & reges indigna morte peremptos;
11. Ingruere infensos hostes, & *Marte* secundo
11. Omnia corripuisse, metum jam ad mœnia ferri.
8. Vota metu duplicant matres propiusq; periclo
8. Ire timor, & major Martis jam apparet imago.
8. Continuo trepido conjuravere tumultu
7.8 Gentes vicinæ, & legiones undique cogunt;
3.7 Qui 55 *Libani* juga celsa cadunt, qui roscida rivis
7.7 Rura *Palestinæ*, & quos culta *Samaria* pascit;
7. Qui *Galilæa* altos exercent vomere colles;
7.2 Quique lacú *Merotis* potant, & qui mare magnú
7. 6.3 Iuxtá habitant, & quos *Iordanus* flexibus errans
7.7 Alluit; atque illos vitreis quos irrigat undis
7. *Tyberias*, raptis concurrunt undique telis
7. 2 Indomiti agricolæ, & strictis mucronibus horrẽt.
6.9 Quatuor & viginti adsunt fulgentibus armis
7.6 Finitimi reges, sequitur quos maxima turba.
12. Infrænant alii currus, aut corpora saltu
12.11. Subjiciunt in equos, & strictis ensibus ardent.
7 Nec quisquam æratas acies ex agmine tanto
7. Misceri putet, aeream sed gurgite ab alto
7. Vrgeri volucrum raucarum ad littora nubem.
6.1. 6.2 Quis valet exactum numerum cõprendere versu?
6.2. Quem qui scire velit Lybici velit æquoris idem
6.2. Discere, quam multæ *Zephyro* turbentur arenæ;
6.2. Aut ubi navigijs violentior incidit *Eurus*,
6. 2. Nosce quot *Iunii* veniant ad littora fluctus.
9. Iamque omnis campis exercitus ibat apertis
9. Dives equum, dives picta vestis & auri;
7. Scuta sonant, pulsuq; pedum tremit excita tellus:
11. *Nimbus* vero fumantes pulvere campos
11. Prospexit longe, *Clamantius*; agmina vidit,
11. Adventumque pedum, strepitusq; audivit equorum;
12. Obstupuere omnes, gelidusq; per ima cucurrit

Gelo

11. Regum 11. libri sunt duo, in quorum Chronicorum compositis ea omnia diligenter scripta sunt, quæ ad hæc usq; tempora gesta sunt.

Ossa tremor, nigro ut glomerari pulvere nubem 12.9
Videre *Abramide*, ac tenebras insurgere campis. 11.9.
Talibus Omnipotens dictis affatur *Josum*: 4.11
Ne trepidato meam Ductor defendere gentem: 9.
Neve armare manus contra tot millia vestras. 9.12
Quid dubitas? nunc tempus equos nunc poscere 9.
Ne pedibus fidas, ferro rupenda per hostes scam? 10
Est via, qua globus ille virum densissimus urget 10.
Numina nulla premunt, mortali urgeris ab hoste 10.
Mortalis; sunt & vobis animæque manusque 10.
Interitæ, cur indecores in limine primo 11.
Deficitis? cur ante tubam tremor occupat artus! 11.
Crastina lux (mea si non irrita dicta putaris) 10.
Ingentes *Philistim* spectabit cædis acervos: 10.
Surge age, & Aurora socios veniente vocari 10.
Primus in arma jube & clypeum cape, quem tibi 10.
Invictus *Mosis*, atque oras ambiit auro. (liquit 10.
Poplite quadrupedum succiso sora memento, 9.3
Atque leves currus crepitantibus urere flammis: 6.1.
Rumpe moras omnes, & turbata arripe castra. 9
Hæc ubi dicta dedit nubi se immiscuit atræ. 1.10.
Miratur princeps, animos tamen omine tollit. 10.
Qui postquã est super aspectans convexa precatr 10.
Principio sociis edicit, signa sequantur 11.
Atque animos optent armis, pugnæque parent se. 10.
Procedit legio *Abramidum*, pilataque plenis 12.
Agmina se fundunt castris, arma ærea longe 12.
Horrendum sonuere, tremunt in vertice cristæ 9.
Sanguineæ, totum stat denso pulvere cœlum. 9.12
Ductores auro volitant, ostroque decori: 12.
Accenduntque animos sociorum in prælia tandé 6.10.
Nunides jaculum intorquens emittit in auras 9.
Principium pugnæ, & campo sese arduus infert. 9.
Clamore excipiunt socii, fremitumque sequuntur 9.
Horrisono, magnis animis & viribus ambæ 9.10
Concurrunt acies; it toto turbida cœlo 11.14

Tempestas

Tempestas telorum, ac ferrens ingruit imber.
Tela manu jaciunt: quales sub nubibus auris
Strymonis dant signa grues, atque æthera tranant
Cum sonitu, fugiuntque notos clamore secundo.
Cornua rauca sonant, it tristis ad æthera clamor
Bellantum juvenum, & duro sub Marte cadentum
Irruit in mediis Dux ipse & *Mars* secundo
Terribilis, sævam nullo discrimine cædem
Suscitat, irarumque omnes effundit habenas;
Proxima quæque metens gladio, latumq; per agmē
Ardens limitem agit ferro; tunc plurima fusa
Sanguine terra madet, stridentq; hastilibus auræ:
In segetem veluti cum flamma furentibus austris
Incidit, aut rapidus montano flumine torrens
Sternit agros, sternit sata læta, boumq; labores,
Præcipitesque trahit sylvas.
At tantas vires, adversaque Numina ferre
Cum nequeant hostes, paulatim exredere pugnā,
Et trepidare metu, pedibusque fugacibus omnes
Fidere projectis armis: Dux fervidus instat:
Multa virūm volitans dat fortia corpora lætho;
Semi-neces volvit multos, aut agmina curru
Protenit, aut rapeas fugientibus ingerit hastas:
Qualis apud gelidi nuper cum flumina *Rheni*
Gætorum increpuit clypeo *Mars*, atque furentes
Bella movens immisit equos: illi æquore aperto
Ante Notos, *Zephyrūq;* volant: gemit excita pulsu
Terra pedum: circumque atræ formidinis ora
Irazque, insidiæque ducis comitatus aguntur.
Talis equos alacer media inter prælia * *Iesus*
Fumantes sudore quatit (miserabile) cæsis
Regibus insultans: spargit rapida ungula rores
Sanguineos, mistaque cruor calcatur arena.
Sic postquam hostiles prostravit *Mavis* phalanges,
Totque tyrannorum terris sceptrisque potitus
Victor; tunc prædam socios partitur in omnes:

* *Iesus, Iesus*

Pastibus æquando justis vel sorte trahendo ; .9
Haud aliter Christus per mille sequentia tela 6.6.
Duxit nos miseros Baptismi ad fluminis undas. 5.6
Incolumes ; omnes trans amnē exponit in altis 6.
Promissæ terræ ripis, ubi frigida Tempe Ec. 6. G.
Et gelidi fontes, & mollia prata virescunt. Ec. 10
Ducit in apricis hic collibus uva colorem ; Ec. 9.
Hicque thymo saturantur apes, & fronde capellæ Ec. 10.
Et cytiso pastæ distentant ubera vaccæ Ec. 9.
Sciant & juniperi, & castaneæ hirsutæ ; Ec. 7.
Strata jacent passim sua quæq; sub arbore poma. Ec. 7.
Quam dives nivei pecoris, quam lactis abundat Ec. 2
Hæc regio ? ut passi ludunt per prata juvenci ? 1. Ec. 5
Vt segetes hic luxuriant in pinguibus arvis ? G. 1. 2.
Errant secretæ cælsis in montibus agnæ. 3. Ec. 1.
Hic nonquam magnos metuunt armenta leones, Ec. 4.
Necrapit immensos orbes per humū, neq; tanto G. 2.
Squameus in spiram tractu se colligit anguis. G. 2.
Triste lupus stabulis nō est, nec frugibus umbræ, 2. G. 2.
Nec venti arboribus, nec grando vitibus, aſt hic 2. G. 1.
Torua leæna lupum fugit, & lupus ipse capellā. Ec. 2.
Quin etiam timidæ damæ cruique fugaces, 4. G. 3.
Hic interque canes, & circum tecta vagantur. G. 3.
Occidit & serpens, & fallax herba veneni. Ec. 4.
Hic quoq; mella fluūt, fert & rubus asper amomū Ec. 3.
Aurea mala ferunt quercus, stant sentibus uvæ, 2. Ec. 4.
Pinguia corticibus sudant electra myricæ. Ec. 8.
Hic tristis non sævit hyems, nec frigore rumpit G. 4.
Saxa, nec hic glacie cursus frænantur aquarum; G. 4.
Sed ver purpureum, & virgulta sonantia sylvis, 2. 4. 4.
Arvaque perpetuo fragrantia suavibus herbis; 2. 4. 2.
Atque inter virides decurrunt flumina valles, 2. 4. 1.
Et semper resonant avibus virgulta canoris. G. 2.
His volvet nostros Christus considere regnis 8.
Hostibus ejectis, debellatoque barathro. 4. 8
Conveniunt furiarum acies atque omnibus una, 10.

Vna,

Ad Homeri. vis in his figuris, quibus Poeta ad declarandam rem quamlibet utitur, & ad ornandam orationem, dicam quod sentio. Quæ ad rem illustrandam pertinent, ea ad Poeticen non pertinent. Quæ ad ornandam orationem, ea ad Poeticen pertinent. Quare Homerus, qui ad rem illustrandam plurima per similitudines dicit, ad ornandam orationem pauca, ea ad Poeticen pertinet, quæ ad ornandam orationem, non quæ ad rem illustrandam.

10. Vnà ollisque viro, telisque frequentibus instat:
10. Ille ensem stupefactus vim vertice dentis cepit
12. 12. Pergo hostes, per tela ruens fugit agmina ferrit,
9. 12. Insultisq; fugam cunctis ac fit æthera tramans
12. Littoreas ejectat aves, turbatque sonantem
12. 2 Agminis aligeri cœlo *Iovis* ales aperto.
10. 3. Tunc regis pede colla premit captiva triumphis
1. 6. Et postquam regnum in Socios divisit ovantes,
6. 2. 12. Terris excessit, penitusque in nubila fugit.
11. Iam postquam volucres vicum disperdit in au-
11. 6. *Nimidis* Ductor: *Iude* pulcherrima proles (rat
7. Insignis fama, nec non fortibus armis
3. Successit; *Saleo* multa vi cœpit, & ipsum
1. *Bergeiorum* dominum, populosque feroces
1. 9. Servitio pressit victor, sceptrisque potitur.
5. 9 Sed quia consilia, & torica mandata Tonantis
4. 9 Sprevere *Abramide*, Satana suadente; *Iehova*
12. Cuncta suo qui bella pater sub numine torquet
12. Hostes permisit nova regna lacessere ferro;
12. Et sæpe in *Iude* sobolem ferre arma rebelles,
12. 1. Et sinit indignas patriis consistere in oris;
4. 3 Sed quia pertæsi & scelerum, dominumq; potentes
3. 1 Suppliciter votis superant, veniaq; requirunt;
8. 10 Præstantes virtute duces *Deus* armat in hostes,
2. 9. Sufficit his vires, animisque audacibus implet:
11. 10 Ne nimium insultet *Babylon*, dum cædit amicos
7. 6 Cœlestium vis magna, malisque exercet, & orco
6, 6. 4. Detrudit, quos vult super ignea sidera mundi
4. Tollere, & in regni cœlestis parte locare. (illis
7. 2. Hic domus, hic patria est quam *Christus* destinat
6. Qui *Salymam* ob patriam pugnando vulnera passi
1. 2. Oppressam bello patriam Dux inclytus armis
4. 6. 4 Vindicat *Othoniel*; confidentissimus *Aod*
6. Illi succedit, ferro hic sub veste latentes
10. Egregium *Eglonem* latus inter & ilia figit;
11. Sanguinis ille vomens rivos cadit, atque cruenti

Mandit humú, moriensq; suo se in vulnere versat 11.
Hunc subiens *Shamgar* duros conciamat agrestes; 6.7
Improvisi adsunt; hic torre armatus obuito, 7.
Scipitis hic gravidi nodis, quod cuique reperium 7.
Rimanti telum irafacit; certamine agresti 7.7
Stipitibusque fugant hostes, subitisq; præsultis. 7.
Ipse paleſtinos Ductor sub tartara misit 11.
Sexcentos stimulo; sequitur, tunc *Debora* vates, 10.6.
Auſpiciis cujus *Iabin* Exercitus ingens 6.11.
Deletur, cecidit Ductor mulieribus armis 11.11.
Sisera, quem *Iael* clavo confixit acuto 2.3.
Trajecto cerebro; ferrum it per tempus utrumq; 9.9.
Post hanc non armis *Gedeon* aſt artibus usus 4.11.
Opprimit incautos hostes, somnoq; quietos 9.
Ter centum rapuit juvenes; hos ære canoro 10.9
Inſtructos, nec non ſeſtis ardentibus omnes 11.G.1
Nocte ſuper media ſub caſtra hoſtilia duxit. 9.3.
Tunc ſubito ſonuere tubæ, teſtæque refractæ 9.6
Lucem inſperatam oſtendunt; *Madiana* juventus 8.
Arma amens rapuit, nec ſat Rationis in armis: 2.
In ſua nam propias convertunt viſcera vires; 6.
Mutuaq; inter ſe, ſubito turbante tumultu 6.1.Ad.
Vulnera jactabant, oriturq; miſerrima cædes 5.2
Seſe defendentum armis inque arma ruentum. 11.
Turbati fugiunt alii formidine turpi; 11.2.
Hos *Gideon* curſu pariter teloque ſequutus 9.
Proterit, & raptas fugientibus ingerit haſtas. 12.
Tum magis increſcunt animis diſcordibus iræ, 9.
Etjam collecti *Abramide* glomerantur eodem, 9.
Et conferre manú, & procurrere longius audent. 9.
Orebum & Zebum proceres ſtravere, duorumque 12.
Abſcindunt capita, & rorantia ſanguine portant 12.
Sublime arrectis viſu mirabile in haſtis. 9.
Poſt hunc 57. *Thola* regit ſocios in pace; *Jairus* 8.
Hunc ſubit; hunc *Jephthe* ſequitur fortiſſimus heros 6.6
Otò, qui rupit patriæ, reſidesque movebat 6.11.

6. Dostne in arma vires, & jam de fratre triumphis?
6.11. Agnusta; qui dextra dederas tot strage nocivos;
23. Sed perquam gnatam patriis sanctam ad aras,
2. Sanguine sic votum firmans, & Virgine cæsa;
6. Infœlix, utcunque ferum ea fata manebant,
6. Vicit amor vos laudumque immensa cupido.
G.4. Namq; inter socias dum mollia vellera Nymphas
G.4. Carpit concharum fatuo fucata colore,
G.1. Et cantu longum solatur Virgo laborem;
7. Nuncius adventans hostes cecidisse reportat,
11. Et reducem patrem magno comitante triumpho.
G.4. Rejicit extemplò cum fusis mollia pensa
4.6. Infœlix virgo, & patri fert obvia gressus;
1 9. Exercetq; ignara choros, & tympana pulsat.
4.3. Quæ simulac genitor venientem conspicit, amæ
3.12. Diriguit, trepidaq; manu discidit amictus.
G.4. Ahlcur me miserum, & te perdis filia, dixit?
6. 10. Excidit ore meo votum irrevocabile, nempe
12. Si nostrum annuerit nobis victoria *Martem*,
3.6 Me mactaturum quod primo occurrerit: at Tu
1.11 Obvia sis nobis sed non fœlicibus Eheu
11. Auspiciis Inatæ funus crudele videbo,
Et Patrias maculabo manus in sanguine proli?
6. An cogar crudum in mea viscera vertere ferrum?
12. Cum gemitu accepit vocem pia virgo parentis,
12. Flagrantes perfusa genas, lachrimisq; madentes:
2. In me nulla mora est pater, inquit, solve Tonanti
6. Vota, nec ob natam violes promissa, fidemq;
12. Et quoniam virtute Dei victoria cessit
G.3. Nobis, & valido rapuisti ex hoste trophæa;
G.4. Me macta, & sacrum jugulo demitte cruorem.
12. Verum age quandoquidem fatis urgentur acerbis
6.G.4. Unum oro, liceat binos ex ordine menses
4. Montibus in Solis sterilem deflere juventam,
4. Quæ dulces natos veneris nec prægnans nescis;
4.G.4. Tempus inane mihi Nymphis sociabus ero.

Dixit eram me miserum docerat fortuna dolore; 4.
Extremum hanc oro veniam, miserere precantis, 4.
Qui mihi cum dederis cumulatã morte relinquã. 6.
Talibus orabat, talesque miserrima fletus 4.
Fundebat virgo; at genitor lachrymasq; genasq; 3. 10
Osculaq; libavit natæ, veniamq; petenti 3.
Annuit, ut menses in montibus exigat altis. 1. 11.
Ah virgo infelix tu nunc in montibus erras Ec. 6.
Horrentes inter dumos & lustra ferarum, 11.
Quam nullæ accipiunt tectis, nec mœnibus urbes 11.
Inter apros secura manes, interque Leones; 1.
At secura domi non es, quam destinat aræ 2.
Crudelis genitor superans feritate Leones. 4. 11
Ismaria, aut *Rhodope* genuere in coribus illum E. 8.
Qui natæ patriam fœdavit funere dextram. 2.
Iamque dies infanda aderat, jam sacra parantur, 2.
Et salsæ fruges, & circum tempora vittæ: 2.
Constitit ante aram virgo, maculisque trementes 4
Interfusa genas, & pallida morte futura; 4.
Quæ postquam lances, pateras, fœvasque secures 6
Conspexit, paulum lachrymis & mente morata, 4
Extremum affatur miseros mox tura parentes: 9. 12
Chaste pater, tuq; ô genetrix dulcissima, quæ me
Invisam fatis genuisti, lactea cujus G 4.
Sæpe infans eneris secavimus ubera labris; 11. E. 3
Sanguinis Authores olim, nunc funeris este. 8
Invisam ferro quam primum abrumpite lucem: 4.
Et capite hanc miseram qui ex vobis hauserimus 3. 4
Nãq; diu res si qua diu mortalibus ulla est (aur. 12.
Vivimus, & veniet cum sanguine gloria nobis 10. 12.
Gloria quam nunquam seræ est tacitura vetustas.
Cœlicolæ comites quos prima ab origine vitæ 2.
Custodes habui dum fata Deusque sinebant, 4.
Accipite hanc animam, meque his exolvite curis: 4.
Vixi, & quem dederat cursum natura peregi, 4.
Ite meæ magnæ mentis sub tecta ibis imago. 4.

Hostes

Hostia delectæ vidi, sacrisque recepta,
Servitio crepitam patriam, rediturus, parentis;
Fœlix, heu nimium felix si limina tantum
Non ingressa domus nequè extra tecta resilisset.
At genetrix hymenæa furens abscidit amictus
Flavenusque comas, & nudis pectora pugnis,
Et tremulos lanitos genas; heu sola senectæ
Spes inquit, sequiturque meæ, mea sola voluptas,
Et sola in quam omnis domus inclinata recubat;
Eripiare mihi? sinemusne fundere sanguis
Insontis natæ crudelis imbuet aras? (munus
Quid loquor, aut ubi sum quæ nefarea infausta
Infœlix mater, nunc te facta impia cinguunt.
Labentem aspicies natam, repidumque trucem
Ore rejectantem, & morientia lumina condet.
Tene ergo miseranda Iphi, quum læta venires
Invidit fortuna mihi, ne nostra videres
Gaudia, nec patriis frueretis virgo trophæis?
Hi nostri reditus, expectatique triumphi?
Hæc tua magna fides genitor crudelior ursis?
Ah si qua est pietas, precibus si flectere ullis,
Parce nuo generi, insontis misereare puellæ;
Nec nostra spe omnes manibus mactato cruentis.
Sed si nulla via est infandum evadere mortem,
Si nec noster amor, nec te data dextera quondam,
Nec moritura movet crudeli funere virgo:
Me fige, & primam fatali absumito ferro;
Aut tu magne Pater divum miserere, tuoque
Invisum hoc detrude caput sub tartara telo,
Quando aliter nequeo crudelem abrumpere vitam.
Dum te nata meo mea sola & sera voluptas
Complexu teneo gravior ne nuntius aures
Vulneret; hæc genetrix dicebat dicta suprema
Fundebatque famula collapsam in tecta ferebant.
Hoc fletu concussi animi, mœstique per omnes
Fit gemitus, Iphidemque sororem miseratur in omnem.

Multa putans, sæuæ; hinc animum nunc dividit illinc 6.4.
Heu quid agat? quo nunc uxorem ambire furenti 4.
Audeat affatu? & quæ prima exordia sumat? 4.
Illinc turbat amor, figitque in Virgine vultus, 12.
Hinc urget promissa fides, votumq; sacrandum 6.8
Sanguine virgineo: subit illa morte peremptæ 11.6.
Haud superesse ullam spem stirpis, namq; paternæ 9:
Sola Domum, & tantas servabat filia sedes. 7.
Obstupuit varia confusus imagine rerum, 12.
Et tacito stetit obtutu, curasque sub æquo 12.1
Corde premit; tandem falsa formidine voti 1
Exuit humanam mentem, vultumque paternum; 7
Dixisses mammis nutritum & lacte ferino. 11.
Stat mesta ante Aras manibus post terga revinctis 3. 2.
Cæruleis virgo vittis, gemmisque decora, 3.
Et tunica molli mater quam neverat auro, 10.
Arguto tenues percurrens pectine telas 7.
Nunc olim, at non hoc quæ situm munus in usus; 4.
Et circa comites crinem de more solutæ 3
Purpureus spargunt flores, ululamq; furentes. 6.7
Ipsa solo fixos oculos immota tenebat. 1.6
Dum vero natæ vultus obnubit amictu 11.
Crudelis genitor, dextraque tremente securim 4.2.
Accipit immanè, gemitu tectum omne remugit. 5.
Bis conatus erat ferro obtruncare puellam, 6.3
Bis patriæ cecidere manus; sed tertia postquam 6.3
(Eloquar an fileam?) sublata est dextra, puellam 3.
Collapsam afficiunt comites, terramq; cruore 4.
Spumantem, sparsasque aras: it clamor ad alta 4.
Atria, concussam bacchatur fama per urbem 4.
Lamentis; gemituq; & fœmineo ululatu 4.
Tecta fremunt, resonat magnis plangoribus æther 4.
At chorus æqualis *Dryadum* clamore supremos 6.4.
Implerunt montes, gelidis flevere sub antris 6.4.
Nymphæ *Iphin*; *Iphim* referebant flumine ripæ. 6.4.
Sed *Deus* has aras humana cæde rubentes 8.

Rejicit

Rejicit, versisque fugit; non Ille cruorem
Virgineum potat, non membra fluentia rabo
Mandit; sed Pluto nostrum genus omne perosus
Humana gaudet sanie, dapibusque cruentis.
At Deus ipse malis hominum mitescere discit;
Propterea clausum demisit ab æthere Natum
Qui proprio patrias sparsurus sanguine flammas
Se morti opposuit, nullo cogente, suumque
Objecit caput; & nostrum scelus omne piavit
Cæde sua, & regem nigri tremefecit averni.
Victima sola hæc est supremo grata Tonanti
Funditur in nostris cruor hic altaribus; hic est
Quem nos *Christiade* pateris *libamus* & auro,
Quacunq; immensum Sol circumvolvitur axem
Tunc *Ibzan, Elon, Abdon* in Pace regebant
Abramidas; donec Rector fulgentis Olympi
Ira irritatus crudeli prodidit hosti.
Sed quando ingemuit populus, dominumq; petivit
Suppliciter precibus, miserans succurrit amicis,
Et *Sampson* mittit socios qui liberet armis.

CHRISTIADOS

Liber. 4.

Argumentum.

Interea Samplon dum nouum parat, leuium in vla ciuitatis vsus exhorret, inter redeundum aluearium reperit. Hic Iudæa fudit Philistæum frumentum turmas, qui fusis Plæumin eum consurgunt, & ligant, illa autem rupit vincula: mille hostes Asini maxilla ferrit, & portas Gazæ aufert; postea blandiloquæ Dalilæ allectus, illi robur suum prodidit, & capillos amisit; & sic in hostium potestatem deuenit, qui oculis effossis ipsi primum dant. Dum vero postea Dagonis sacrum peragunt, Samplonem in templum huiusce Dei quæ introducit, iubente, qui euersores virium (quæ iam eius capillis creuerant) intumescens templum deinde, hostes omnes & ipsum illa ruina obruit. Dagonis solemitas describitur; Eli, qui Samsoni successit, audita clade Israelitarum & filiorum morte subita expirat; Samuel qui Saulum in regem petente populo; Saulus illum habuit legatum Dauidi charissimum, qui Philistæo in pugnam euocatori, Dauid à nouo Goliah Philistæum ducem qui ipsum ad monomachiam prouocauerat, lapsu ferit, & hostes fugat; postea Saulus Dauidem vanitus regnum affectare infestus sectat & necare statuit, sed frustra; semper enim inuolumis euasit: interea Saulus sollicitus de bellii eventu inter ipsum & Philistæos consulit Sagam, quæ ostendit illi Samuelis spectrum, ex quo didicit se ipsum cum filiis in prælio cæsurum; quod segnanti ita contigit. David autem salus regno potitus hostes multosque domuit, multas urbes deditione cepit: sed domestica seditionibus vexatus est, præcipue Absolonis quem Ioab occidit. Demo tandem confectus rex Solomonem successorem designat qui Templum cuius magnificentia hic describitur, condidit, & pacem exhibit quæ erat in Christum quadrat.

Hic *Samſon* vaſtis membris & mole valebat: 5.
Dumque iter accelerans ad *Timnah* tendit in- 7
Seque petit thalamo natæ ſociare *Philiſtæ*; certis 7.9
Impaſſus ſtabula alta leo tunc forte peragrans 10.
Veſtigat capream, aut ſurgentem in cornua cervũ 10.
Dentibus infrendens juvenem petit ore cruento. 10. 12

Ille

Ille autem Imperiosus sine telo, sine ense leonem
Prostravit dextra, lacerumque reliquit arena,
Postea dum *Tiresiæ* repetebat conjugia virgo;
En subitum ac dictu vidit mirabile monstrum;
Exanimis liquefacta feræ per viscera, toto
Stridere apes utero, & supris effluere costis,
Immensasque trahi nubes; mox cerea regna
Invâsit *Sanguine*, & plenas nectare cellas,
Diripuitque aulas & Dædala tecta favorum;
Atque fame rabida mandit puriſſima mella.
Illæ autem denso fremitu, pennisque coruscis
Prædonem circum volitant, pugnamque lacessunt
Morsibus, & rostris, & spicula cæca relinquunt
Affixa in venis, animasque in vulnere ponunt.
Post hæc triginta mactavit corpora dextra
Ascalaphi eram, spoliisque superbus ovabat,
Atque Idem junxit vulpes, caudisque plicatis
Alligat arabustos torres, segetesque per altas
Immittit *Philistæ*; subitoque exit ardine una
Horrida per latos acies *Palæstia* campos.
Erigit ad cœlum nigra caligine nubem
Tempestas, glomeratque ferens incendia ventus.
Ille sedens victor flammas despectat ovantes.

At variis curis nec quicquam exercitus Orci
Rex *Pluto* vereus ne *Sanguine* mœnia Ditis
Destruat, & *Sabyne* murorum attollere molem
Fatales tentet; stygiis emissi ab undis
Invidiæ pestem armatam serpentibus atris.
Protinus hinc fuscis tristis dea tollitur alis,
Atque *Palæstinæ* terras urbesque revisit
Præcipiti delata Noto, tot mundque venenum
Offibus immittit, penitusque in viscera lapsa reflat.
Ergo *Palæstinæ* diversa gentibus, omnes
Armati convenerunt; infanda furentem
Regem ad supplicium pessumi *Marte* repoſcunt.
Correptum *Adrasto* manibus vinctisq; trahebat,

Atque

Atque *Philistæi* undant; illi undique circum 3.
Vna fundantur, certantque illudere capto; 3.2.
Atque omnes vasto circum clamore fremebant 6.
Quo ruperes rebosat, Sylvæq; & magnus Olympus 6.4.
Non tulit hoc *Samson*, sed stupea vincula rumpit 2.2.
Acrior ad pugnam venit, & vim sumit ira; (pens 5.
Tum pudor incendit vires, & conscia virtus, 5.
Præcipitesque hostes ardens agit æquore toto 5.
Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra; 5.
Atq; omnes glomeratos circa, hinc cominus atq; 9.
Proturbans asini mala dat perfida lectio (hinc 9.12.
Corpora mille virum: furit asper & improbus ira: 8.9.
Immanis veluti pecora inter inertia tygris: 9.
Mox sudore fluens rapido quærebat in æstu 5.E.2.
Dulcis aquæ saliente sitim restringere rivo; Ec 5.
Ecce canæ vitreo sudant humore latebræ G.2.
Fatalis malæ, fons duro ex osse repente 6.1.
Profluit, ærentes quo *Samsonis* temperat artus. 6.1.4.

Tum portas *Gazæ* magna vi concitus auferet 9.
Et vectem ingentem, postesque à cardine rupit 10.2.
Obnoxus latis humeris; nam morte necare 9.8.
Monades cives conjuravere; sed ipse 8.
Mox ubi prima quies medio jam noctis abactæ 8.
Cuniculo expulerat somnum surrexit, & urbis 8.
Limina perrumpens, portas cum postibus altis 2.3.
Extulit & cœlo cursu petit ardua montis. 8.

Iamq; dolos dirumq; nefas in pectore versans 4.
Dalila he loquitur, thalamoq; hæc conjugis alto 8.
Incipit, & dictis fallacem inspirat amorem. E.9.
Mene colis Conjux, vel me misereris amantem? 4.4.
Cur ergo arcanos non vis mihi credere sensus? 4.
Ah cur me toties decepeam fallere pergis? 4.
Iam tandem doctus in quo tua vivida virtus 1.11.
Consistat, quæ te manicæ vel Vincla tenebunt? 1.G.4
Sum conjux, mihi fas animam tentare precando. 4.
Si mihi quæ quondam fuerat quamq; esse decebat. 10.

Vis

10. Vis in amore foret; non hoc mihi nama; negares;
10. Per te, per, qui te talem genuere, parentes
12. Annue jam tandem, precibusq; inflectere nostris;
4. Extremum hoc oro, miseræ da munus amanti.
8. Dixerat, & niveis hinc atq; hinc blanda lacertis
8. Cunctantem amplexu molli fovet; ille repente
8. Accepit Solitam flammam, notusque medullas
8. Intravit calor, & labefacta per ossa cucurrit.
8. Sensit læta dolos, & formæ conscia coniux.
8,12. Tum pater infando devinctus amore fatetur
10.4. Ignarus *Dalilam* simulata mente loquutam)
10.6. Invictum robur fatali in crine latere.
2.8. Quo salvo non posse ligari, ea verba loquutus
8. Optatos dedit amplexus, placidumque petivit
8. Conjugis infusus gremio per membra soporem.
6.7. Egregia interea conjux dum nocte quietem
7.9. Carpebat *Samsonis*, famulum vocat; ille jacentem
9.7. Aggreditur, dextra crinem secat; ista repente
6. Intra tecta vocat *Philistæ*, & limina pandit;
6. Scilicet id magnum sperans fore munus amicis,
6. Et causam extingui veterum sic posse malorum.
6.4. Quid moror? irrupunt, thalamo rapiuntq; trahuntq;
1.6. Effodiuntq; oculos misero, vinctisq; coercet (que
4.12. Sed simulac crines crevere, in pristina vires
12.9. Sic redierе novæ, sibi mox, cunctisq; futuræ
9.8. Hostibus exitio, quamvis delubra *Dagonis*
8. Lætitia; ludisque viæ, plausuque fremebant;
10. Nescia mens hominum fati sortisque futuræ,
10. Et servare modum rebus sublata secundis.
8. Namque die solennem illo de more vetusto
4.8. Tritoni *Philistæa* gens læta ferebat, honorem.
1.8. Hic ille immanis *Triton*, cui cærula concha
10. Exterrens freta; cui laterum tenus hispida nanci
10. Frons hominem præfert, in *Pristin* desinit alnus.
10. Principio delubra adeunt, tum victe sacratas
4.12. In flammam jugulant pecudes, & viscera vivis

Eripiunt;

1. Dagon i. vox Hebr. quod piscem significat, ideo quia Tritonis, vel Neptuni,

Eripiunt, cumulantque oneratis lancibus Aras:
Thure calent Aræ sertisque recentibus halant.
Tum lecti juvenes, purpuraque ipse veste sacerdos
Viscera tosta ferunt taurorum, onerantq; canistra
Lancibus, & libis, & vina liquentia fundunt.
Tum Sabiad cantus incensa altaria circum
Populeis jo adsunt evincti tempora ramis:
Hic juvenũ chorus, ille senũ, qui carmine laudes
Factaque Neptuni tollunt, ut prima frementem
Fudit equum magno tellus percussa Tridenti;
Vtque illi imperium pelagi, prolisque marinæ
Sorte datum, ut turpes paleis sub gurgite phocas
Vtque feras jungit curru, spumantiaq; addit
Frænapater, manibusq; omnes effundit habenas,
Cum glauco per summa levis volat æquora curru
Nereidum comitatus chorus; utq; immania cete
Nisæq; Spioque, Thaliaque, Cymodoceque
Atque alia centum facies mandata capessunt.
Tẽperat ut fluctus, quũ personat æquora cõch
Tarentum patres es natorum, teque parentem
Venerium referunt: peperit tibi cærula conjux
Omnia sub magna labentia flumina terra.
Tu fidum evexti Delphinum ad fidera, cujus
Causa Arionios vinclo tibi junctus jugali est.
Structas tuis manibus perjuræ mœnia Troiæ;
Tu nautas curas vastum maris æquor arantes.
Defer ia optatos portus, dare tura per undas
Vela tibi licear, curru da lora secundo
Salve magne Iovis frater, Saturnia proles,
Et nos, & tua dextra pari pede faveat secundo.
Talia carminibus celebrant, super omnia divũ
Prædonem adjiciunt, cæsumq; expetq; malorũ
Tarentinorum patriæ pœnitus, jam sub juga missum.
Templa sonant, vocemq; offensæ resultat imago.
Tandem perfectis divinis rebus, in ædes
Mansuadem inducunt, ut cæsum lumine ludant.

Ille

19 Populeum Hercule: Populo alborem quod pollet. Quod opus sit Neptuno tali, & tam vili munere dicitur, & quomodo illorum mentis Neptunum capiendum.

Ille autem ad templum vastæ se mole movebat.
Trunca manum pinus regit, & vestigia firmat.
Vulneris impatiens inhonesti maximus heres;
Nec sufferre valet sævæ ludibria gentis:
Exarsere ignes animo, subit ira cadentem
Vlcisci patriam, & sceleratas sumere pœnas.
Suspiciens cœlum tandem sic voce precatur.
Summe Deum præsens nostro succurre labori;
Et fine me ulcisci meritæ nunc morte cruoris
Luminis effossi, sceleratam exscindere gentem
Vno eodemq; ictu liceat; stat quicquid acerbi est
Morte pati, nec me indecorem *Iudea* videbit
Dixit, opemque Dei non cassa in vota vocavit;
Nam Pater Omnipotens animi virtesq; precanti
Addidit, & stimulos acres sub pectore vertit.
Incumbens geminis; multa vi postibus imis
Avulsis solvit radicibus, inde repente
Impulit, impulsi quo templi culmen in hostes
Procubuit subito, & cœlum tonat omne fragore.
Semi-neces ad terram immani mole sequuntur.
Occumbunt omnes pariter populiq; patresque,
Matres, atque viri, pueri, innuptæque puellæ.
Exanimes hostes inter jacet obrutus ingens
Manoades, placidæque ibi demum morte quiescit.
Sic *Christus* veniens dilectam invisere sponsam
Mactavit stygium validis virtute leonem:
Hinc velut ex apium tectis & crate favorum,
Aerii extraxit mellis cælestia dona.
Ille omnes pestes domuit, vincla omnia rupit,
Et tandem atroci moriens animam abstulit hosti.
Post *Sampson* fasces populi dux accipit *Eli*;
Et scelere infælix natorum, & morte cruenta.
Nam simulac patrias impleffet nuncius aures,
Ambos in pugna cæsos, arcamque *Iehovæ*
Amissam, & totas acies cecidisse *Israhi*;
Decidit exanimis, animamque exhalat in auras.

Hunc

Hunc sequitur *Samuel*, cujus trecentus Olympus
Increpuit precibus, micuere & nubibus ignes;
Irruit, & nigrans commista grandine nimbus,
Qui densas acies *Philistum* conterruit, atque
Agminibus totis versos dare terga coegit.
Regē. *Agagum Samuel* 40 altaria ad ipsa trementē
Pertrahit, & sublatum altē consurgit in ensem
Et mediam ferro gemina inter tempora frontem
Dividit; impubesque immani vulnere malas.
Fit sonus, ingenti concussa est pondere tellus.
Collapsos artus, atque arma cruenta cerebro
Sternit humi moriens: atque illi partibus æquis
Hùc caput atq; illùc humero ex utroq; pependit;
Tunc laceros artus, avulsaq; membra rejecit.
Sed jam Iudicibus populus parere recusat
Amplius, expoſcit regem, Pater ætheris alti
Annuit, & *Saulo Judæa* capescere regna
Jus dedit; huic *Samuel* oleo labente capillos
Vngit, & ambrosiæ liquidum diffundit odorem;
Dat sceptrum, & trabeam, atq; insignia cætera
Osula libavit Regi, Regemq; salutant (regni;
Clamore adstantes; medio Rex agmine *Saulus*
Vertitur arma tenens, & toto vertice supra est:
Ceu septem surgens sedatis omnibus altus
Per tacitum *Ganges*, aut pingui flumine *Nilus*
Cum refluit campis, & jam se condidit alueo.
Filius huic fuerat *Jonathas* acerrimus armis;
Agmina qui *Philistûm* subita formidine stravit;
Ante alios omnes *Davidi* charus, & illum
Est solitus socium summis adjungere rebus.
His amor unus erat pariterq; in bella ruebant;
Huic habilē *Jonathas* humeris suspenderat arcū:
Dat propriam tunicā, lateriq; accommodat ensē.
Aurea quin humeris circundat cingula bullis,
Cunctaq; *Davidi* pandit secreta parentis.
Cumque iter a Regis *David* fugiebat, amici

Complexus

40. Patuit 1. Samuelis l. 1. c. 15. dicitur duobus enarrandum, id est contemporaneis, quod figmentis Dei permissis.

Complectus dextram, dulcique affatus amore est;
Hæsit inexpletum lachrymans, atq; oscula fixit
Cum vero ingratem, atq; ingenti vulnere victū
In pugna audisset; scissa flet veste sodalem
Exhumē, & lachrymās cecinit miserabile carmē
Sed *Christus* longe *Ionathæ* superavit amore;
Nam chlamydē nobis meritorū aptavit, & ensē
Divini verbi lateri circundidit, atq; ne
Omnia cœlestis pandit secreta parentis.
Nec tantum *David* deflevit fata sodalis,
Quantum res hominum *Christus* miseratur *Iesus*.
Nec *David* voluit fatis occumbere, verum
Christus pro nobis indigna morte peremptus;
Solus hic infandos casus miseratus *Adami*,
Solus hic hostili voluit succedere dextræ.
Stabat acuta silex præcisis undiq; * saxis
Spelunceæ dorso insurgens, altissima visu,
Dirarum, nidis domus opportuna, volucrum;
Hunc scopulū ascensu *Ionathas* superavit, & hostis
Prospectat propius, qui nunc in vertice montis
Consîdunt, ubi planities, tutiq; receptus
Seu dextra, lævaque velis occurrere pugnæ,
Sive instare jugis, & grandia volvere saxa.
Huc juvenis fertur nota regione viarum,
Et manibus montis fastigia prensat, & hostes
Armigero comitante petit; primosque trucidat
Sopitos somno; hic trepidum per castra tumultū
Excitat, immittitq; fugam, subitumque timorem;
Illi inter sese multa vi vulnera miscent,
Dum sese insidiis captos, totamque putarent
Abramidum irrupisse aciem: sub nocte silenti
Dum fugiunt, multi scopulis volvuntur ab altis;
Præcipites, multi pedibus calcantur equorum.
Attulit *Abramides* cæcis terroribus aura
Commistum clamorem, arrectasq; impulit aures
Confusi sonus hostis, & illætabilis murmur.

* alii saxis; unde dat. a.

Sed

Sed postquam sæverus hostes fugisse, latebris 2. 81.
Exiliunt, telisque premunt, cursuque sequuntur 6. 1. 2.
Palantes magnus furiosum conversus ad ipsa 12. 9.
Corpora, semineces; viros, tepidaque recentem 9.
Cæde locum, & plenos spumanti sanguine rivos. 9.

At rex tartareis dispersos undique cives 6. 12.
Dilectæ Babylon, rursus collegit in arma, 12.
Discissosque duces, desolatosque manipulos 12.
Vocibus hortatus varijs, ac talibus infit: 11. 10.
O Philistæ quæ tanta animis ignavia venit? 11.
Quis metus o nunquã dolituri, ô semper inertes, 14.
Palantes Sorathos agit, atq; hæc agmina vertit? 15.
Quo ferũ, quidne hæc gentis tela irrita dextris? 11.
At non in Teucros segnes nocturnaq; bella, 11.
Aut ubi curva choros indixit tibia Bacchi; 11.
Expectare dapes, & plenæ pocula mensæ 11.
Hic amor, hoc studium; dum sacra secundus aruspex 11.
Nunciet, ac lucos, vocet hostia pinguis in altos. 11.
Talibus accensi firmantur, & agmine denso 9.
Undique collecti coeunt. 2.
Nec minus è Regni diversis partibus adsunt 12.
Abramidæ, explicuitque suas armata cohortes 6. 2.
Vuraq; jam legio, & campo steuit agmen aperto; 6. 4. 6.
Directæq; acies, ac late fluctuat omnis 6. 2.
Aere remidenti tellus: nec dum horrida miscent 6. 2.
Prælia, sed dubiis medius Mars errat in armis. 6. 2.
Ecce Philistæus vasta se mole movebat 3.
Nomine Goliad; & magnis cum viribus effert 3.
Ora gygas, magnoq; virum se murmure tollit; 3.
Aere caput tegitur, thoraca indutus ahenis 11. 11.
Horrebat squamis, suraque incluserat ære: 11.
Ardet apex capiti, tristisq; à vertice flamma 10.
Funditur, & vastis clypeus micat ignibus ingens. 10. 11
Hic summus referens animosam montibus orsi, 10.
Aut quercum ægeum, vel conferum cyparissum, 3.
Turbidus ingreditur campo, clypeumq; sinistra 10. 11

Exsulis

10. Extulit ardentē, & dextra quatit improbus hastā;
5. Ostenditq; humeros latos, alternaq; jactat
5. Brachia protendens, & verberat ictibus auras.
5. Talis prima gygas caput altum in prælia tollit.
5. Quæritur huic alius, nec quisquā ex aginine *Iudæ*
5.11. Audet adire virum, manibusq; lacessere pugnam,
9. Sed potius jaculo, & longe fallente sagitta,
9.10 Quam conferre manū, & stricto cōcurrere ferro.
10. At velut ille canum morsu de montibus altis
10. Actus aper multos Vesulus quem pinifer annos
10. Defendit, multosq; palus laurentia sylva
10. Pastus arundineæ; postquā intra retia ventū est,
10. Substitit, infremuitq; ferox, & inhorruit armos:
10. Nec cuiquam iratsci, propiusve accedere virtus;
10. Sed jaculis tutisque procul clamoribus instant.
11. At non hæc nullis, hominum sator atq; deorū,
11. Observans oculis summo sedet altus olympo;
11. *Iessiadem* genitor *Davidem* in prælia sæva
11. Suscitat, & stimulis haud mollibus incitat iras.
44. Hunc genuit *Iesse*, *Iesten* suscepit *Obedus*,
8. Quem *Ruth* ex *Boaz* conceptum candida fudit.
5. Hic *David* forma insignis viridique juventa,
38. Lanigerum custos ovium: qui ex ore leonis
9.13. Eripuit pecudem, atque informem perculit ursam
12.5. Fervidus, & fulva moribundam exendit arena;
2. Cujus tres fratres primis hunc misit ab annis
2. Pauper in arma pater; rediens ab ovilibus, ipsos
2.11. Visendi studio accedit, læusque salutat.
49. Ecce iterum ingenti sese clamore ferebat
3.12. In medio Cyclops campo, telumq; coruscat
12. Ingens arboreum, & fervo sic pectore fatur:
5.5. An nemo ex vobis audet se credere pugnæ
9.9. Ignavi *Abramida*? quæ vos dementia adegit
13. Bellum importunum toties cum gente deorum
11.11. Invictisq; viris gerere? an non funera fusi
15.12. Sat vidistis adhuc? en quantas civibus urbes,

Et quoties ferro vastavimus arva colonis! 8. 11.
Si scelerum penas suis expendisse merentes 11. 3.
Creditis, & ne armis concurrant arma cavetis; 2. 11.
Sique aliquem infandum casum *Judea* vereris, 8.
Si matres, miseræque nurus, & chara sororum 11.
Pectora mœrentum, puerique parentibus orbi 11.
Dirum execrantur bellum Patriæque ruinas; 11.
Me finite, atque auferte metus, ego fœdera faxo 12.
Firma manu; mihi jus soli contendere. Sed quis 12. 4.
Ex vobis audet soli concurrere ferro 11. 12.
Abramide, & sævis discernere eminus armis. 11. 12.
Qui quibus imperitent? si me spoliaverit hostis 5. 11.
Palmam habeat, regni primes sibi sumat honores; 4. 3.
Quin patres populique mei victique penates 11. 4.
Vobis parebunt dominis, & justa capescent: 8. 4.
Aut ego si victor fuero, parete volentes 8. 4.
Cedite jus proprium nobis, & regia Sceptra; 11. 7.
Oretis pacem, & dextras tendatis inermes. 11.
Aut animæ viles, & inertia corda, quid ultra 11. 3.
Provehar? an nemo est ex toto hoc agmine, nemo 3. 11.
Qui solidi quid *Martis* habet? cui vivida virtus. 11.
Qui miscere manus manibus nunc audeat? omnes 5.
Deficitis, torpent infractæ ad prælia vires. 9.
En ego vos, vestrumque deum nunc execror, ite 3. 9.
Desidiæ cordi quibus, indulgete choreis 9.
Semiviri, finite arma viris & cedite ferro. 12. 9.
Talia jactantem dictis, ac dira canentem 9.
Non tulit *Ifacides*, ad regem admittier orat; 9. 9.
Suppliciter venerans demisso lumine fatur: 12.
Maxime Rex, nostris hæc ne spectentur ab annis 9.
Quæ ferimus tibi nunc, neq; enim, fortissime credo, 9 10.
Justa aliena pati, & dominos dignabere tales; 10.
Aut pugnâ, aut aliquid jamdudum invadere magnū 9.
Mens agitat mihi, nec placida contenta quiete est; 9.
Namq; hodie victor spolia illa cruenta gygantis 10.
Et caput hirsutum referam, nostrique doloris 10.

ultor

10.2. Ulter ero, aut stami certe succumbere morti.
11. Audiris Rex hæc placido sic reddidit ore:
12. O præstans animi juvenis, quantum ipse ferocí
13. Virtute exuperas, tanto me impensius æquum est
12. Consulere, atq; omnes meritè expendere casus.
5.12. Inconsus puer es, longe impar viribus illi;
12. Pubentes malæ, & juvenili in corpore candor
5.8. Ostendunt te sub pullo toleraſſe magistro
8. Militiâ & grave *Martis* opus; quin corpore parvo es
5. Nec membris nec mole vales; at ille *Goliab*
9.11. Arma tenens, socios humero supereminet omnes.
3. Nec visu facilis nec dictu affabilis ulli.
1.11. Est etiam bello egregius, nunc aspice quantus
11. In clypeum assurgat, quo turbine torqueat hastam.
1. Tunc puer tali audebis concurrere monstro?
G3.4.12. Respondit *David*; pecudes dum forte paternas
G2.&1. Montibus in solis pascebam, & rupe sub alta
G2.4.1. Solabar longos cythera cantuque labores;
9.10. Asper, acerba tuens, pecudem leo dente fugacem
10. Raptat hiatus immane, comasque arrexit, & hæret
10.8. Visceribus super accumbens; ego fervidus ira
8.4. Arma manu rapui, tremulumq; ex unguib⁹ agnum
8.11. Avulsi, & propsio prostravi *Marte* Leonem;
11.12. Sic ursam mea dextra neci dedit, anne verebor
8.7. Semihominé *Cyclopem*, tot cælimina vana vomentē?
12. Aut caput infandū hac dextra sub tartara mittam,
3.12. Monstrum horrendum, ingens; sedeant spectentq;
12. Et solus ferro crimen commune fefellam: (*Philista*,
12.8. Aut habeat victos, cedat sibi regia *Judæ*.
5. Hæc fatus propriam ex humeris dejecit amictum,
2. Et *Sauli* galeam, clypeique insigne deorum
2. Induitur, lateriq; aurata accommodat ensem
9. Aurea tum bullis cælatis cingula lætus
7. Accipit, aptus humeris nec quicquid fortibus aptet;
1.7. Nam vasta ærumnarum tabulata pondere rursus
1.9. Exuit, & leves lapides è flumine tollit.

Stridentemq; rapit dura in certamina fundam, 9.6.
Et pastoralem præfixa cuspide quercum. 7.
Cui breviter *Saulus*: nunc debellare superbum 1.6.
Aggredere, & dominus cæptis ingentibus adfit; 4.10
Præmia digna feres; fundis opibusq; juvabo, 9.1.
Insuper & gnatam thalamo sociatus habebis. 9.
Hæc ubi dixisset, *David* fortissimus heros 11.9.
Constitit ante deum supplex per vota precatus: 9.
O Pater Omnipotens, audacibus annue cæptis, 9.
Et concede meis aboleri hoc dedecus armis. 11.
Tu mihi nunc pugnæ princeps, turite propinques 10.
Auxilium, nobisque adsis pede, quæso, secundo. 8.10
Qui mea jamdudum direxti tela manusque, 1.6.
Vrsam in villosam, corpusque immane leonis: 8.7.
Semiferi Cyclopis saxo da sternere corpus 8.12.
Loricamque manu valida lacerare revulsam; 12.
Cernat semineci sibi ne rapere arma cruenta, 10.
Victoremq; ferant morientia lumina Monstri. 10.
Ipse tibi ad tua templa feram solennia dona, 9.
Et statuam ante aras aurata fronte juvencum 9.
Candentem, pariterq; caput cum matre ferentē, 9.
Iam cornu petat, & pedibus qui spargat arenam 9.
His dictis, alacris summa decurrit ab 61 arce, 6.2.
Exultatque animis, & spe jam præcipit hostem: 11.
Qualis ubi abruptis fugit præsepia vinclis 11.
Tandem liber equus, campoq; potitus aperto: 11.
Aut ille in pastus, armentaq; tenit equarum, 11.
Aut assuetus aquæ perfundi flumine noto 11.
Emicat, arrectisque fremit cervicibus alte 11.
Luxuriatq; jubamq; jubæ per colla, per armos. 11.
Tum e *David* omnem penitus decedere valle 5.
Insuper populum, & campos jubet esse patentes. 5.
Discesserē omnes medii, spatiumque dedere 12.
Præcipitesque pedes nequeunt prævertere ire 12.10.
Cominus: utq; leo speculo cum vidit in alto 12.
Stare procul campis medi tantem prælia tauru 10.

Adv[illegible]

61 Id est a summitate colli is in collibus fuit uterq; exercitus, valle quadam inter utrosq; e intercedente *Isaiæ cap. 16.* collis autem & montes arces dicebantur ab arcendo, vel ab *Arcadibus*, quod montissimos colles sub Ly æo rege tenuerint.

Advolat haud alia est juvenis venientis imago.
Obvius ire parat *Cyclops* hastamq; tremendam
Concutit, insultans, horrendumq; intonat armis:
Quantus *Athos*, aut quantus *Eryx*, aut ipse coruscis
Quum fremit ilicibus, quantus gaudetq; nivali
Vertice se attollens pater *Apenninus* ad auras.
Sed simulac propius juvenem conspexit inermē
Insignem facie, & formoso corpore, secum
Indignans puerum increpitat, pueroq; minatur;
Quo, moriture, ruis, majoraque viribus audes?
Fallit te incautum pietas tua, robore cocto
Me petis? anne virum puer impar viribus audes
Irritare? animo spem turbidus hauris inanem
Infœlix, nec ferre vides tua gaudia ventos.
An tibi cum canibus res est, quos stipite cædas?
Diiq; Deæq; meæ perdant te, perfide; certe
Efficiam posthac ne quemquam voce lacessas.
Haud tibi cum *Salymis* rem fano & pube *Gamum*
Esse puta, longo domuit quos *Iosua* bello:
Hanc totis hastam adverso sub pectore condam
Viribus, atque atro tua membra fluentia tabo
Mox canibus lanianda dabo, non optima mater
Condet humi laceros artus, avulsaque membra:
Alitibus linquere feris, aut gurgite mersum
Vnda feret, piscesq; impasti vulnera lambent.
His agitur furijs, oculis micat acribus ignis.
Mugitus veluti cum prima in prælia taurus
Terrificos ciet, atq; irasci in cornua tentat,
Arboris obnixus trunco, ventosque lacessit
Ictibus, & spatia ad pugnam præludit arena.
At *David* vultum immanem, vocesq; superbas,
Miratus stupet in monstro, corpusq; per ingens
Luminaa volvit, ubiq;, truci procul omnia visu.
Talibus & dictis it contra dicta tyranni.
Hostis amare, quid increpitas, mortēq; minaris?
Nullum in cæde nefas, nec sic ad prælia vocni:

Nec tua dicta fero: nec terrent fervida, quamvis 5.
Armatis clypeo, fidoque accingeris ense; 5. 7.
Telli immane manu quatiens procedis in æquor, 12. 11.
Aft ego divino auxilio *Jovis* Arripotentis 8. 6.
Fretus quem dictis lacessas; in prælia veni, 5. 10.
Non vereor faciem invisam, atq; immania tela; 9.
Aft animam mea dextra tuam detrudet ad orcum, 9. 12.
Offaque dispergam cerebro permista cruento; 10.
Atque tuo gladio caput à cervice revellam, 9. 5.
Alitibusq; feris tua membra opulenta relinquam; 9. 4.
Inque canes *Philistæa* spargam. 10.
Tum vero *Cyclops* furiis exarserat atro 8. 1.
Felle dolor, dentes infrendet, pectoq; propinquat; 8. 10.
At *David* rapido cursu fuit obvius illi. 12. 8.
Hinc acies *Philistæa* spectant, hinc agmina *Judæ*; 10.
Quis pugnæ eventus, quibus aut victoria cedat, 10. 12.
Intenti expectant cuncti: exultantisque hanrit 5.
Corda pavor pulsans, laudamq; erecta cupido; 5.
Ac velut ingenti *Syla*, summovet *Taburno* 12.
Quum duo conversis inimica in prælia tauri 12.
Frontibus incurrunt, pavidi cessere Magistri, 12.
Stat pecus omne metu mutum, mussantq; juvencæ 12.
Quis pecori imperitet, quæ tota armenta sequantur 12.
Corripit extemplo *David* sub veste lapillum, 6. 6.
Et fundam tereti circum caput egit habena 11.
Altius insurgens, & cursu concitus heros 12.
Eminus intorquet, murali concita numquam 11.
Torumento sic saxa fremunt, nec fulmine tanti 11.
Dissultant crepitus, volat atri turbinis instar 12.
Saxum fatale, & genuina inter tempora frontem 9. 8.
Dividit, effractumque effundit in arma cerebrum. 5. 11.
Ipse gravis, graviterque ad terram pondere vasto 5.
Concidit, ut quondâ cava concidit, aut *Erymantho* 5.
Aut Ida in magna, radicibus eruta pinus; 5.
Dat tellus gemitu, & clypeû super inconat ingens: 9.
Qualis in *Eubœo Baiarum* littore quondam 9.

Saxea

9. Saxea pila cadit, magnis quam molibus ante
9. Constructam jactunt ponto: sic illa ruinam
9. Prona trahit, penitusque vadis illisa recumbit;
9. Miscent se maria, & nigræ attolluntur arenæ.
9. Tum senim *Brychyte* alta tremit, durumque cubile
9. Inarime, *Jovis* imperiis imposta *Typhœo*.
12. Consurgunt gemini *Phlisthum*, torusque remugit
12. Mons circũ, & vocem late nemora alta remittunt.
12.10. Advolat *Ishsides*, lapsoque supervenit; ensemque
10. Eripit à femore, & morienti fervidus instat:
10.12. Tum super assistens lævo pede colla repressit
12. Imam inter galeam, summi thoracis & oras
12. Abstulit ense caput, truncumque reliquit arena.
11. Extemplo turbatæ acies, versique *Philistæ*
12. Pulverulenta fuga trepida dant terga per agros:
9. *Abramide* hos cursu pariter telisque sequuntur;
11. Funditur ater ubique cruor, fugientia sternunt
12.12. Corpora multa virũm, stridentq; hastilibus auræ.
11.3. Semianimes volvuntur equi, ferit æthera clamor
12. Palantum juvenum, & duro sub *Marte* cadentum.
6.12. Sic tandem puero victoria cessit inermi.
1.6.4. Haud aliter genus humanum Regnator *Averni*
11. Terrebat, mortem cunctis atque arma minatus:
1.10. Sed *Christus* magni patris justissima cura
&c.5. Formosi pecoris custos, formosior ipse,
4.8. A *Jove* missus erat charos invisere fratres;
3.11. Haud mora, descendit gressumq; ad castra ferebat;
12. Sed non armatus clypeo, non ære sonoro:
8. Terribilem cristis galeam, flammasq; vomentem
5. Noluit, aut cælatam argento ferre bipennem;
8.9. Ille crucis robur nodis & cortice crudo
1.11. Horrens, tum verbi fundam cælestis, & alea
2.8. Vulnera quinq; gerens, pro duris quinq; lapillis
2. Descendit ducente deo flammam inter & hostes;
9. *Cyclopem* petit, in solo *Cyclope* moratur;
9. Quem ferit, atque uno dejectum cominus ictu

Proterit, & nigro perfectum extendit in antro. 10.9.
Avulsitq; humeris caput, & quatit agmina Ditis; 9.12.
Immissitq; fugam cunctis, strumq; timorem: 9.
Ac velut *Edmi Boreæ*, quum spirit[us] alto M 12.
Insonat *Aegæo*, sequiturq; ad littora fluctus T 12.
Qua veni incubuere, fugam dant nubila cælo; 12.
Sic *Christus* quacunq; viam secat, agmina cedunt, 10.
Conversæque ruunt acies graveolentis averni. 12.6.
Sed bene qui meruit *David* de Rege superbo 4.11.
Invidiæ stimulis, odiisq; agitatur amari. 11.
Nam Rex infensus *Davidem* observat, & illi 1.6
Intentans mortem formidine crimen accubat, 1.11.
Nempe affectati Regni, violentia *Saulo* 3.12.
Gliscit, & insontem terris agitavit & undis. 2.15.
Cumq; ferebatur furiata mente tyrannis, 2.
In juvenem totis stridentem viribus hastam 10.
Conjicit; ille ictum venientem à vertice velox 5.
Prævidit, celeriq; elapsus corpore cessit: 5.
In ventum *Saulus* vires effudit & iras. 5.
Sic olim scelerum furiis vexatus eundem 4.4.
Musarum accersit comitem, (cui carmina semper 9.
Et citharæ cordi, numerosq; intendere nervis: 9.
Semper equos, atq; arma virûm *Iovemq;* canebat) 9.
Solando ut tristem pellat testudine morbum. 4.G.4.
Ille autem cantu ferventes mitigat iras G.1.A.5.
Regis, & arguto demulcet pectine mentem. G.1.A.6.
Sed postquam rursus fontem succincta flagello 6.
Tisiphone quatit insultans, torvosque siniſtra 6.
Irritantans angues, vocat agmina sæva sororum; 6.
Flectere quod nequeat superos, *Achiuia* movere 7.
Incipit, & magicas accingitur impius artes, 4.
Nocturnosq; ciet *Manes*, animasq; sepulchro 4.3.
Evocat ex imo *Samuelis*, ut omine fatmo 4.2.
Venturum expediat bellum, eventusque secundet. G 4.
Nam *Saga* nube cava tenuem sine viribus umbrã 10.
In faciem vatis (visu mirabile monstrum) 10.

Tegm-

Tegmine vestivit pallæ; tunc Indale albos
Cum vitta crines; propexam in pectore barbam
Divini assimulat capitis; dat inania verba,
Dat sine mente sonum, gressusq; effingit euntis.
Multa modis simulacra videt volitantia miris,
Dum levis è terræ latebris ascendit imago,
Quæ *Saulo* trepidanti hæc tristia dicta reportat:
Cur me sollicitas placida jam morte quietum?
Deq; loco umbrarum, somni, noctisq; soporæ
Cur revocas? an ut fatorum arcana revolvens
Expediam tristes casus, ventura q; bella?
Tum graviter frendens: Sic fatis irata resolvit;
En te terribiles exorent numinis iræ;
Magna lues commissa, ideo dus improbe, pœnas.
Fers animum cælo, spe multum captus inani,
Canitiemq; tibi, & regnum promittis, & annos:
Sed tibi jamdudum deus adversatur, & hostis
Est factus, jussitq; tuo succedere Regno
Davidem, quia sprevisti mandata *Jehovæ*,
Nec voluisti *Amalek* sceleratâ excindere gente,
Quin etiam tibi fila legunt extrema sorores;
Cras stygias inhumatus aquas, amnemq; severum
Eurymedon mecum aspicies, manesq; profundos;
Et ferruginea nabis cum prole carina.
Dixit: & ex oculis subito, ceu fumus in auras
Commistus tenues, fugit diversus; & alter (labat
Dum prensat, nequicquam umbras & multa vo-
Dicere, defecit luctu, calor ossa reliquit.
At vero, infœlix docuit post, exitus illum
Non perturbandos cineres, *Manesque* sepultos;
Nec contemnendum stellati numen Olympi.
Namque ingens orta est cædes, deletaq; tota
Abrahidûm fugientûm acies; cecidere cruenta
Tres Regis nati in pugna: Rex ipse fugæ
Saucius infesta fugit; sed vulnere cardus
Sævit, & infracta lustratur arundine telum

Eripere;

Eripere; at tantum impatiens sufferre laborem, 12.
n sese mucrone ob tantum dedecus amens 10.
Induit, & crudum per costas exigit ensem. 10.
Illum expirantem socii, atq; extrema gementem 11.
Obliti ignoti compotem in pulvere linquunt. 11.
Accurunt *Philistiæ*, spoliantque calentia membra; 12.
Dumq; hi per campos ferro quæ fusa jacebant, 11.
Corpora nudabant, *Saulem* quoq; morte peremptum 11.
Inveniunt, armis spoliant, cristasque rubentes 11.11.
Sanguine corripiant; caput à cervice revulsum 6.6.
Hastæ præfigunt multo clamore sequentes. 9.
Quin etiam ingemē muris fine nomine truncum 2.
Affigunt; sic jam pectmur corpore & armis. 12.
Verum *Israelis* glomerati nocte cadaver 9.2
Diripuere, pyraque struunt, & corpora *Saulis* 12.11.
Nec non natorum subjectis ignibus urunt, 11.
Ossaque infra virum terræ infodere sub alta 6.11.
Arbore lugentes, ululatuque ore dedere. 11.
Hic finis *Saulis* fatorum, hic exitus illum 2.
Et *Israhel* fraterque ruit, fortissima frustra 2.
Pectora quæ toties domuerunt *Marte* secundo 2.11.
Infidos hostes, genus intractabile bello. 1.
Heu nihil invito fas quicquam fidere *Jove*! 2.
Post *Saulem*, *David Judæ* Sceptera capescit. 8.
Terrenam hic *Solymos* multa vi cœpit, & arcem 6.11.
Inculit ingenti pompa; namque ipse præibat 11.5.
Auratam pulsans cytharam, pedibusque choreas 1.6.
Plaudendo, *Jove* resonabat carmine laudes. 6.7.
Innumeras urbes bello disjecit, & hostes 8.
Undique perdomuit dextra, & fœlicibus armis. 7.
Non ullæ hunc facies, non terruit ipse *Goliah* 8.
Arduus, arma tenens; non hunc rationis egentem 8.
Experti *Philistiæ*, *Iebus*, civesque *Damasci*; 11.
Et quos mille die victor sub tartara misit. 11.
Hic voluit *Jove* solido de marmore templum 6.5.
Condere, sed prohibent *Nathan* oracula vatis. 2.7.

Nam

2. Nam bello è tanto digressum, & cæde recenti,
22. Ædificare nefas sapremo templa Tonanti;
6.7. Hoc *Salomon* opus fecit *Pacifica* voce canebat.
8.8. Sed variis curis & mille laboribus illum
8.11. Rex exercetias flagrat, dum turbidus *Absur*
11.11. Seditione potens *Israelitas* ad sceptra vocavit.
5. Dumque *Iudæ* lacer expulso renat abscidit ensem
11. *Abner* postquam rex hunc sibi fœdere junxit.
6. Dum Regi nefandum *Bethsabe* invidere plum,
2. Atque nefi insontem fraude demittere *Priam*;
4. Dumque *Amnon* vidat germanæ jura pudoris;
7. Quem frater scelere ante alios immanior omnes
1 *Absalon* ad mensam ferro superavit inertem.
11. Consul: *Achitophel* habitus non fidelis author
11.6. Consiliis juveni, patrem detrudere regno,
6.10. Atq; immane nefas filiarum incestare noverca
9.4.6.1. Et cui regnandi incestit tam dira cupido
8.8. Patris in exitium consurat deinde nefando
3. Consilio; quid non mortalia pectora cogis
3.10. Regni sacra fames, sed divum æterna potestas
9. Omnia discerpens, & nubibus irrita donans
1. Consilia, hos ventos humi, & humida æquora pla-
3.1. Et Regi superare dedit discrimina cuncta. (cat;
12.10. Nam nodo informis Lethi vocamur animamq;
10. Ipse sibi *Achitophel* caput; mox *Absalon* Ipse
2. Pro scelere immani in patrem, pro talibus ausis,
14.9 Occidit, & meritas calido dat sanguine pœnas.
6. Egregium forma juvenem, & fulgentibus armis
1.10. *Absalon* annales referunt; non corpore toto
12.7. Quod candore nives æquabat, fuga reperta est.
7. Ora puer prima signans jactonia juventa
6.4. Cæsariem effudit nitidam per candida colla.
10. Ast audax animus fuerat, patiensque periclis
9. Hic postquam vidit socios cæsedere pugna,
12. Hostes victores nullo discrimine cædem
11. Edere, postque duces vitam dispedere in auras;

* malagy numeri.

Hand

Haud mora, conversis fugiens auferrur habenis. 11.
Qui dum quadrupedem ferrata calce fatigat 11.
Per sylvas, late dumis atq; ilice nigra 9.
Horrentes, dederanq; comam diffundere ventis. 9.11
(Nam galeam fudore madens abjecit inanem) 4.5.
Ah puer infœlix annosæ brachia quercus 3.6.
Vibratis calido ferro, myrrheq; madentes 12.
Implicuere comas; ramo frondente pependit 2.7.
Terram inter cælumq; miser, hunc tela Iudæa 4.3.
Pectore in adverso juveni tria condidit olli. 9.
Vna eademq; via sanguis aq; anima usq; sequuntur, 10.
Reddita hic pax est cæde hac patriæque, patriq. 2.6.
Haud aliter dominus noster, quo pulchrior alter 4.9.
Non fuit in rerris, sublimis in aere pendet 2. Q.1.
Inter latrones velut inter Lilia spinas, 12.
Alba ligustra velut juxta vaccinia nigra; 6.2.
Cujus prævalidum transit præcordia ferrum, 6.2.10.
Spiramenta animæ lædhali vulnere rumpens; 9.
Sanguinis hinc spumans in terrã labitur amnis; 11.6.
Hoc sacro miseros mortales fonte lavabat, 11.2.3.
Et genus humanum morte hac à morte reduxit. 1.4.
Sic cædes Christi fuit inviolabile pignus 2.11.
Pacis, & æterni nobiscum fœderis, ergo 8.11.
Morte hujus vivens alieno vulnere servor. 11.
Iamq; nova in Regem sives Dux Sichi rebelles 11.12.
Seditione movet, ferro hunc ultrice Iudæa 11.4.
Insequitur magna juvenum comitante phalange. 1.1.
Ille Amasam Incautum crudeli vulnere sternit, 1.6.
Dum tener amplexum, dumq; oscula figit amico; 8.1.
Nam subito validum per costas exigit ensem. 10.
Sanguinis ille vomens rivos cadit, atq; cruentã 11.
Mandit humum, moriensq; suo se in vulnere versat. 11.
Iam sese muris portãq; inclusit Abelis 8 9.
Sheba diuens eamposse credere, protinus instant 9.1.
Judæi, atque animis pariter certantibus, omnes 12.
Dant cuneum, magnaq; ad muros mole feruntur; 11.

Sheban

8. *Shebam* ad supplicium præsenti *Marte* repoſcunt:
11.12. Ni reddant, urbi excidium flammaſq; minantur;
9. Accelerant acta pariter teſtudine cuncti,
9. Et foſſas implere parant, & velleré murum;
9. Quærunt pars adium, & ſcalis aſcendere muros
11.7. Mœnia pars urbis vallant, atq; aggere cingunt.
12. Exoritur trepidos inter diſcordia ciues,
12. Urbem alii reſerare jubent, & pandere portas
12. *Iudæis*, alii pergunt defendere muros.
12. Incluſas ut quum latebroſo in pumice paſtor,
12. Veſtigavit apes: fumoq; implevit amaro:
12. Illæ intus trepidæ rerum per cerea caſtra
12. Diſcurrunt, magniſque acuunt ſtridoribus iras;
12. Voluitur aeer odor cectis, tum murmure cæco
12. Intus ſaxa ſonant: vacuas it fumus ad auras.
9. Hic annis gravis atque animi matura virago
5.1. Pectora permulcet dictis, & temperat iras
G.4 A 5. Ductoris; *Shebæ* caput à cervice reciſſum
8.7. Dejicit è muris, ſic bello liberat urbem.
8. Iamq; *Paleſtini* rurſus bellare parabant:
11 9. Vndiq; convenere, ipſi in certamina rurſus
9. Succedunt, animasq; in aperta pericula mittunt.
6.6. Quatuor hos inter vaſta de ſtirpe gygantum,
9. Abjectibus patriis juvenes & montibus æqui,
9. Fratrum armis, ulcroq; invitant vocibus hoſtem;
9. Armati ferro, & criſtis capita alta concuſci;
9. Quales æriæ liquentia flumina circum
9. Sive ex *Dea* ripis, *Tamiſin* ſeu propter amœnum
9. Quatuor aſſurgunt querceæ, intonſaq; exlo
9. Attollunt capita, & ſublimi vertice nutant.
11.3. Hos acies, atq; hos juvenes victricibus armis
11.7. Diſecta *Davidi*; vicinas undiq; gentes,
12. Et circumjacentes recipere, & victas parere coegit.
Multa belli *Davidi* vitæ diſcrimina, Chriſtus
Et paſſus graviora, dedit: Deus his quoq; finem.
12.6. Nam ſtygiam rabiem domuit, regna invia vivis
Aſperxit;

61 Amnis Germaniæ fluvius ſalmonum piſcium abundans, celebris propter Ausonium.

Aspexit; tenebras, somnum, noctemq; soporam 6.6.
Et *Chaos*, & *Phlegiæ* is æquat, virtute subegit. 6 6.
At caligabat *Davidis* lumina, frons que 6.4.
Horrebat rugis, humeros infusa tegebat 7.4.
Nix, & purpureus quondam color ora reliquit. 11.
Et quia jam morbi subeunt, tristisque senectus 6.3.
Delibitat vires animi; mutatque vigorem: 9.
Vngitur in Regem *Salomon*, quem regia mula 6.12.
Mœnia prædaro invexit *Solymæ* triumpho. 6.4.12.
Lætitia, lusdisque viæ, plausuque fremebant; 8.
Claudit ur interea barathri domus atra profundi, 8.3.
Et centum æratis vincitur Pluto catenis, 1.8.
Ne bello *Solymæ* pacem, vel fœdera rumpat, 12.
Aurea dum *Salomon* molitur tecta Tonanti. 6.7.
Dumq; frúebatur jucundo hoc lumine, diræ 4.6.
Clausæ sunt belli portæ compagibus ærctis; 1.
Hicque status *Solymæ* fuit umbra & imago futuræ 7.8.
Sub *Christo Solymæ* quæ nupe *Ecclesia* dicta est,
In qua summa quies, & pax æterna vigebit. 6.12.
Dum *Salomon* placida populos in pace regebat 8.
Templum immane, ingens, variis Sublime columnis 1.7.
Extruxit donis opulentum, & numine *Iovæ*. 4.7.
Instar montis erat nivei spectantibus, utque 2.8.
Sole repercusso radiabat candida nubes 8.8.
Marmor, & auratis ardebant culmina tectis. 10 6.3.
At domus interior quis Majestate refulsit? 1.12.
Argenti atq; Æris memorē quid mulea Talenta? 10.
Quidue Auri facti atq; infecti pondera dicam? 10.
63 Cratera magnos, mobiles, lancesq; 63 coronas; 1.5.

63 Cratera magnos, mobiles, lancesq; 63 coronas; 1.5.

63 Cratera] Vasa genus poculo similia, quibus in Convivijs vinum miscebatur. Hinc Cratera Bacchi, pro vino. Virg. 1. Georg. *Et Cratera duplex Dionæi Naxia Bacchi.* Ovid. 3. Fast. 66 Non ea dedicationum pluralitas domui soli exhibita, sed omnes, illæ quæ exercitu fulsit, aureæ vel argenteæ; item, quæ Regibus præsidio olivæ ornatæ, utte. Plinius de Claudio 7. 61 coronis aureis ornatum Templi. 1 Machab. 4. 57. Quo quia infecta pro fragilitate, & corporibus humanis mollia

XUM

3.1. Et picturatas 65 vestes, ostroque rigentes,
5. Palmas, & cedrum; variosq; ex ære lebetes,
5. Poculaq; argento perfecta atque aspera signis;
2. Barbarico postes auroq; atque ære superbos;
6.7. Auratasque trabes, gemmas, pictosque tapetas.
6.4. Præterea stabant duo magna Altaria, quorum
7.2. Hoc auro tectum fuit, illud ære coruſco.
8.5. Insuper & labrum bis senis bobus ahenum
1.6. Subnixum, ramos, auratasq; brachia pandens.
4.9. Lampas per Templum flammarum fulgura spargit
6.2. Aligerum formæ juvenum fulgentibus hærent
2.6.4. Parietibus, lucent alæ, & fulgore coruscant.
6.4.2.1. Ardent cuncta auro, flores cælantur in auro
8.5. Auratus forceps, auratæ thuris acerræ,
3.6. Aurea textilibus fulgent penetralia donis.
1.1. Tectaque prætereà Regali splendida luxu
3.6.2. Amplis porticibus, thalamis, foribusq; superbis,
2.1. Auratis trabibus, lagunaribus insuper aureis
10.1. Templo cõtigua, & 66 *Paria* de marmore struxit.
7. Hinc sceptra accipere, & primos attollere fasces
7. Regibus omen erat, hoc illis curia 67 Templum;
7.5. Mos fuit & populo patribus dare jura vocatis
7. Hæ sacris sedes epulis, hic ariete cæso,
7. Pet petuis soliti patres considere mensis;
7. Hic clypei leves, hic lucida spicula pendent,
7.7. Aeraque micant pelte, curusque secures,
7.3. Enses, & hastæ, galeæ, crista que comantes,
7.8. Et scuta, & ligna, & phareræ *lyciique* sagittæ,
7. Affixit sacris hæc omnia postibus arma
8. Sic *Christus* postquam posito certamine gentes
6.4. Pacavit, templum vivo de marmore struxit.
1.4. Hic vel in labro liquidis nos abluit undis;

65 Non solum tapetibus abundavit, sed vestibus etiam polymitis & variegatis; & variis picturis florum & animalium ornatis, qualis fuit vestis palmata & paludamentum apud Romanos.

66 Hic marmor *parium* pro præstantissimo: sic *lyncus* sagittas, fumo namque speciem pro genere.

67 Domum Regis templo fuisse conjunctam colligitur ex *versu 9. l. 1. Reg. c. 7.* ubi extenditur usque ad atrium Templi majus, seu exterius, domus autem Regis

domus *Saltus Libani*, & domus Regis *Aegyptiæ* non figurarie dicitur, sed simul in tres partes distinctum ut Probat *Pradus & Orcius Salomon. l. 3. c. 6.* Hic loca erant designata ad conviviandum, ad convivia, sed anima cum collocata, hinc fit ut templum & palatium, & quum ad cœnas forsan agendas, & inter easdem negotia consilia, &c. in medio ædes quadratæ, &c. in ea vibrant magnificentia tibi flet, sed nobilitat. *Sylvest. l. 2. c. 5.*

His

Hic fulvum vitæ inculpatæ fulgurat aurum. 10.2.
Non *Salomonis* opes, Templive opulentia desint: 7.
Non lampas totum collustrans lumine Templum, 4.3.
Agminis aligeri non aurea turba, nec arma: 11.
Non libæ, & lances, & plenæ pocula mensæ; 9.1.4.2
Non epulæ luxu regali ante ora paratæ; 6.
Hic quoq; fulve pio, & plena veneramur aceerra 5.
Annua vota etiam, solennesq; ordine pompas 5.
Exequimur, struimusq; suis altaria donis. 5.
Hic est casta fides, hic curia legibus æquis; 1.11.
Iura Magistratusq; vigent, sanctusq; senatus. 1.
Si referam *Salomonis* opes, & multa talenta 10.10.
Argenti atq; auri, electriq; æriq; metalla, 10 8.
Et famulos famulasq; quibus fuit ordine longo 1.
Cura penum struere, & flammis adolere penates, 1.
Et dapibus mensas onerare, & fundere vinum: 1.5.
Ante diem clauso componet vesper Olympo. 1.
Quid dicam uxores, thalamos, lectosque jugales, 4.
Innumeras urbes, æquatas nubibus ædes, 6.4.
Et varios croceis halantes floribus hortos, 6.4.
Et gentes quas tum magna ditione tenebat? 2.
Quid picturatas vestes, quid tegmina dicam 3.
Aurea? tú croceas chlamydes q; 68 sinuq; crepantes 11.
Carbaseos, tyrioq; ardentes murice 69 lænas, 11.4.
Et tunicas molli 70 *Miphis* quas nevit aurо. 10.
Tum trabeas variis gemmis ostroq; micantes, 7.1.
71 Vxorú quas turba operú haud ignara *Minervæ* 5.
Pinxit acu, & tenui telas discreverat auro. 11.10.

68 Ad vehementem magnificentiam probabile est *Salomonem* habuisse omnia vestium genera, quæ res *Ægyptiis* byssus vel sericum bombyx à peculiare, aut *Tyrus, Sidon, Sarepta* aliæque provinciæ peregrinæ exhibere possunt. 69 Læna vestis genus quo *Romani* uti solebant inter sacrificandum. *Cic. de haru. resp.* Chlamys autem vestis militaris pallio brevior, ipse agmine *Pallo* in medio chlamyde, & pictis conspectus in armis. *Virg. Aen. I.* 70 Ob vestes pictas & variegatas olim celebres fuere *Babylon* & *Ægyptus* hinc ibi *Memphis* nobilis dat munera; vide & peculiare opus *Babylonicum* acus *Martiali*. 71 Quum ipse uxores & concubinas habuerit *Salomon*. *Tyrius Ambros.* lanui & lanitia vestium conficiendis intentas; sed & alias delicatiores illi vestes à peculiares.

Adde

G.1. Adde tot egregias arces operumq; laborem;
G.1. Tot congesta manu præruptis oppida saxis.
G.2. Tum saltus, vivosq; lacus, & frigida Tempe,
G.2. Stagnaq; piscosa, & fontes, lucosq; sonantes.
3. Præterea variis lustravit classibus æquor;
11. Ipsaq; præscripsit numerumq; modumq; carinis.
1.9. Est in secessu Zephyri locus undiq; densis
7. Arboribus clausus circũ, atq; hortentibus umbris;
6.8. Haud procul hinc urbs est in rubro littore dicta
3. 72 Berenice, salsa spumant aspergine muri;
3. Portus ab accessu ventorum immotus, & aptus
3.4. Navigiis statio, nec non navalibus, omnis
11. Materies quippe ad littus jacet; huc Salomoni
2 1. Mittit Hirã artifices qui scirẽt stringere remos
1,11. Et sylvis aptare trabes, & texere naves.
1.6. Instant ardentes Tyrii, stabula alta ferarum
G.2. Antiquasque domos avium cum stirpibus imis
G 2. Et nemora evertunt multos ignava per annos.
6. Procumbunt pini, sonat icta securibus ilex,
6. Fraxineæque trabes: cunis & fissile robur
G.2. Scinditur: hi pandas ratibus posuere carinas,
5.2. Illi transtra novant, hi secto robore costas
2 5. Intexunt, aptant alii remosq; rudentesq;
3.5. Ergo omnes postquam pelagus tenuere carinæ,
3. Prosequitur surgens à puppi ventus euntes.
8. Olli remigio noctesq; diesq; fatigant:
8.3. Et vario superant flexus, variisq; relinquunt
3. Vrbes & portus, diversaq; littora radunt,
3. Atque sinus, crebrisq; legunt freta consita terris.
G.2.G.2 Est alio sub sole jacens ditissima terra,
G.2. Quæ nempe argenti rivos æriscq; metalla
G.2. Ostendit venis, atq; auro plurima fluxit,
G.1. Hic medium luci atq; umbris Sol dividit orbem;
G.1. Atq; die somniq; pares hic conficit horas:
G 1. Nos; ubi primus equis Oriens affluvit anhelis,
G 1. Illic sera rubens accendit lumina vesper,

72 Absalon tempore Iosaphat Berenice dicta est, antiq. l. 8. c. 2. sic eam Ortelius vocat in tabula maris rubri.

Hic ver assiduum, atq; alienis mensibus æstas; G.2.
Bis gravidæ pecudes, bis pomis utilis arbos. G.2.
Hic urbes habitant magnas, uberrima regna, 3.
Has Salomon sualit terras tentare repostas 3.
Tandem post varios terrarq; mariq; labores 2.3.
Auriferæ classis 73. Sunaire allabitur oris. 6.6.
Obvertunt pelago proras, tum dente tenaci 6.
Anchora fundabat naves, & littora curvæ 6.
Præterunt puppes, juvenū manus emicat ardens 6.
Litus in optatum: pars auri quærit arenas, 6.G.2.
Atq; alia in terræ venis abstrusa metalla: 6.8.
Pars 74 ebur, ac ebenū nigrū, gemmasq; micantes G.2. 20.
Navibus aurū ingēs stipant, sectumq; elephantū 3.
Argenti ignotum pondus, viridesq; 75 volucres 1.3.
Quæ raucos sine mente sonos & inania verba 10.
Edunt, quæq; homines referunt animalia vulu. 2.4.
Interea classis dum tertia vertitur æstas 5.5.
Mercibus his onerata redit, portuq; subivit; 13.
Puppibus & læti nautæ imposuere coronas. 4.
Ergo rex Salomon fuerat ditissimus omnium, 7 6.
Dives equum, dives pictai vestis & auri, 9.
Innumeros habuit currus, lectosq; jugales 6.7.
Semine ab æthereo, spirantes naribus ignem, 7.
Qui candore nives anteirent, cursibus auras. 12.
Quid memorē aurigas, quiq; in præsepibus altis 6.7.
Quadrupedesq; citos curant, manibusq; lacessunt 11.12.
Pectora plausa cavis, & colla comantia pectunt 12.
Alipidum stratorum ostro pictisq; tapetis. 7.
O forminatum regem cui misit ab Euro G.1. A.1.
Extremi sinus orbis opes; cui vellera Seres G.1. G.2.
Depectunt foliis; cui 76 Tharsis servit & Ophir; G.2. G.1.

73 Quidam hanc volunt esse vicinam Trapobanæ alii Taliæ Indiam magnam, quidam in nostra Christiana Ophir collocant, & ego hic malim quam in Tyro.

74 Per ebur dentes elephantinos, per lectum, elephantum ossa elephantina in laminas secta intelligo vide plin. l. 8. c. 3. datur etiam ebur fossile Plin. l. 36. c. 18. dentes hippopotami ebori pares, imo præstantiores Sanct. exercit. 187. 2.

75 Plerique addunt avorum Thukkiim pavones, alii simiarum quoddam genus, alii Psittacum interpretantur, Iosephus Archiopica mancipia. 76. Tharsis & Ophir sunt diversæ regiones, illa in Africa, hæc in India; ex illa Psittaci, Simiæ, dentes elephantini, argentum delata Salomoni, ex hac autem ligna pretiosa, & gemmæ. de Tharsis & illius divitiis vide 1. Reg. 10, 22. & 2. par. 1. 9. 21. de Ophir vide 1. Reg. 10. 11. 2 Chron. 9. 10.

G.1. India mittit ebur, molles sua thura 77 *Sabæi*;
8. Dant 78 *Arabes* gemmas *Ægyptus* carbasa, *Iudæ*
G.2. Donat odorato sudantia balsama ligno.
1.11. Sex sulcum gradibus soleum lucebat eburnum,
1.5. Septũ armis, exuuiq; hoſtiũ clipeis amplectitur aurũ;
G.1.11.8 Tum gradibus duodena horrebant ora leonum.
7. Illinc more dabat populis Rex jura vocatis.
6.3. Magna fuit Regis *Salomonis* gloria, magni
1 G.1. Thesauri, at longe major prudentia rerum.
7. Hinc fama illustri multis memoratur in oris;
7.9. Quæ circum late volitans allabitur aures
1.6. Regina *Æthiopum* 79 *Candaces*, cujus ad *Indos*,
G.1.4.6 *Eusapen Arabes* longe latèq; patebat
4.2. Regnũ, & ô thuriferos tenuit ditione *Sabæos*,
5.6. Hæc cupiens pompam *Salomonis* & ora videri,
2. Compellare virum, & doctas expromere voces;
1.1. Contendit *Solymos* magna stipante caterva
7.11. Dona ferens; casiam, gemmas, auriq; talenta.

77 Varii leguntur *Sabæi*, apud *Africanos*, *Æthiopes* apud *Indos*, *Arabes*, & *Persas*.
78 Solis opere, virtuteque lapides naturæ variæ tum colore, tum splendore in *Arabia* fieri scribit *Diod. l.3.c.12.*
79 Hoc fuisse commune nomen reginarum in insula *Meroe* asserit *Plinius l.6.c.29.* Probabile est *reginas Æthiopum* hoc nomine vocatas: *Strabo l.17.* Petronii bellum refert cum *Candace* regina *Æthiopum* monomota, de alterâ *Candace* reginâ in actis *Apost. c.8.* Κανδακὴ βασίλισσα Αἰθιόπων τῆς πολλὴν δύναμιν ἐπέχουσης, ut habent Græca scholia. *Æthiopiam* autem hic intelligo *Arabiam*, quæ etiam Regio *Sabæa* dicitur, & *Indica*. Omnes enim qui ejus fuere in *Indorum* & circa habitarunt *Indi*, ut *Curtio* vocantur *l.9.* 80 Tanta hic, fuit thuris & aromatum abundantia, ut pro fumentis & cetera ignis faciendi materia, cinnamomo, casia, cæterisque uruntur. *Strabo. l.16.*

CHRISTIADOS

LIBER. 5.

Argumentum.

Regina *Sabæ Iudæam* ingressa, oratores *Salomonis* cum muneribus ad *Salomonem* mittit: qui cognita ex iis adventus reginæ causa, ut nempe sapientiam suam audiret, & aulæ magnificentiam videret; regina cum ingenti pompa obviam fit, quam benigne hospitio excepit, eique aulæ suæ splendorem, & urbis variâ monumenta ostendit, illa autem admirata tantam sapientiam & gloriam domum revertitur; regnum *Salomonis* cum *Christi* regno comparatur, *Christiani* ad pacem inter se, & bellum cum Turca exhortantur. *Salomone* mortuo regnum ipsius dividitur sub filio *Roboam*; & *Solymam* expugnat Rex Ægypti. *Abiæ* filius *Roboami* urbem bello vicit, Abiæ vero filius *Asa Æthiopes* superavit. *Iosaphat* cum *Achabo* a Syris superatus, elapsis quatuor in *Iudæam* missuris erat, submersa est. Precibus hostes devicit. *Ioram* Idololatra fratres occidit; *Achasiam Iehu* peremit: *Athalia* regnum invadit; *Achasiæ, Amasiæ*, Vzziæ, *Iothami, Achasi, Ezechiæ, Manassæ, Iosiæ, Ioachasi, Ioacimi Ioachin*, & *Sedechiæ* vitæ breviter describuntur. *Iudith Holofernem* somno vinoque obrutum obtruncat, & patriam obsessam liberat. *Chaldæi Solymam* expugnant, & funditus eius Templo everunt: *Iudæi* autem captivi *Babylonem* ducuntur, ubi 70 annos manserunt; quo tempore Prophetæ Deus ad illos misit, qui de *Christo* liberatore vaticinantur.

POstquam *Iudææ* tetigerunt arva *Sabæi*,	9.
Regina extemplo delectos ordine ab omni	7.
Centum oratores augusta ad mœnia regis	7.
Ire Iubet, ramis velatos *Palladis* omnes;	7.
Donaq; ferre viro, causasq; exprimere cursus.	7.2.
Haud mora; festinant iussi, rapidisq; feruntur	7.
Passibus, ipsa gradu sequitur regina remisso;	7.4.
Iamq; ascendebant montem, qui plurimus urbi	1.
Imminet, adversasq; adspectant desuper arces.	1.
Tum muros, turresq; procul, & celsa *Sionis*	8.

Templa

8. Templa vident, quæ nunc *Judæa* potentis cælo
Æquavit.
7. Ante urbem pueri, & primævo flore juventus
7. Exercentur equis, domitantq; in pulvere currus,
7. Aut acres tendunt arcus aut lenta lacertis
7. Spicula contorquent, cursuq; ictuq; lacessunt.
7. Quum provectus equo *Salomæus* regis ad aures
7. Nuncius ingentes ignota in veste reportat.
7. Adveniſſe viros, ille intra tecta vocari
7. Imperat, & ſolio medius conſedit eburno.
7. Atque hæc ingreſſis placido prior edidit ore:
7. Dicite nũc *Arabes* (neq; enim neſcimus & urbes
7. Et genus *Æthiopum*) quæ cauſa, aut cuius egentes
7.6. Ad *Iudæ* terras, & noſtra ad limina vexit,
2.10.1.6 Tam procul a patria? quæ vos fortuna fatigat,
7.8. Quove tenetis iter? pacemne huc fertis an arma?
7. Dixerat, & dicta *Æthiopes* ſic voce ſequuntur:
7.1. Rex genus egregium *Davidis* condere templum
10.1. Cui pater omnipotẽs dedit, & frænare ſuperbas
11.1. Iuſtitia gentes, non huc aut vertere prædas
7. Venimus, aut caſu veſtris ſuccedimus oris,
7. Nec fidus regione viæ limuſq; fefellit;
7. Conſilio hanc omnes animiſq; volentibus urbẽ
7.8. Afferimus; terris tua dedita fama ſubegit
6.3.1.7 Saxa per & ſcopulos veſtras exquirere terras.
8.1. Regina *Æthiopum* terris armiſq; potentum
7. Regnatrix *Arabum*, tua nos ad limina miſit.
6.4.1.1 Hæc nunc in veſtris cunctatur finibus; illam
7.1. Aura tuæ famæ totum vulgata per orbem,
1.6. Sedibus à patriis hæc uſq; ad limina vexit:
2.4. Flagitat aſpectum veſtrum, quæq; auribus hauſit
2.6 Nunc oculis luſtrare cupit; datur ora tueri
6. Rex tua, tum doctas audire & reddere voces.
7.1. Dat tibi præterea centum & bis dena talenta
7.6.2. Fulvi auri, & gemmas, & noſtri ruris odores;
7.3. Munera parva quidẽ, at magnũ teſtantur amorẽ.

Tum rex legatis dictis respondit amicis;
Anne ergo regina Arabum nocissima fama
Fœmina, dignatur nostras invisere terras?
Et nostri causa tanto indulgere labori,
Per tot terrarum & pontus, aeriq; hospitis æstus,
Sole sub ardenti, & rabidi sub sidere cancri?
Non equidem juvenes tali me dignor honore;
Sed si tantus amor terras cognoscere nostras,
Atque animi dotes, nostri si tanta cupido est;
Si jungi hospitio properat sociumq; videre,
Adveniat vultus neve exhorrescat amicos.
Pars mihi pacis erit dextram tetigisse Sibyllæ.
Munera nec sperno; nec vos cerealia spicea
Officio pigeat, reginam agnoscimus Austri,
Accipimusq; libens, sociamq; in regna vocamus,
Si modo vult mecū his pariter considere regnis.
Non obtusa adeo gestamus pectora Hebræi,
Nec tā aversus equos Solymis sol jungit ab urbe,
Vt simus immemores gratæ persolvere dignas
Pro tanto officio, vel præmia digna referre.
Hæc effatus equos numero pater eligit omni
Mille citos, & qui gressus glomerare superbos
Edocti, pedibusq; solo insultare sub armis.
His lux quum primum terris se crastina reddet,
Instituit magna reginæ occurrere pompa.
Ergo mille equites qui se comitentur in armis
Esse jubet, quorum colla alba innexuit auro,
Loricasq; auro & squalentes albo orichalco
Circundans, humeris enses suspendit eburnos.
Oceanum interea surgens aurora reliquit.
Cunctanté thalamo *Salomonem* ad limina primi
Saracidum expectant, veste atq; insignibus armis
Fulgentes, ardent tremulæ de vertice cristæ;
Stant picturatis phaleris & murice strati
Æripedes, volvunt collectum naribus ignem
Aurea pectoribus demissa monilia pendent

Testi

21 Regina Saba cupidissima fuisse una ex sibyllis, ob singularem sapientiam & rerum peritiam. Cedrenus in hist. compendio. *Pausanias.* Lib. 10.

74. Tecti auro, fulvum mandunt sub dentibus aurū
44. Egreditur tandem regum pulcherrimus ipse
88. Totus collucens gemmis, auroq; recocto.
82. Filius hunc sequitur magnæ spes altera *Judæ*,
9. Pictus acu chlamydē & 82 ferrugine clarus Ibera
82. Poscit equos; gaudetq; tuens ante ora frementes
5.11. Præcedunt juvenū turmæ & longo ordine cuncti
5.8. Frænatis lucent in equis, quos deinde 83. *Roborm*
30. Subsequitur, fusos cervix cui lactea crines
10. Accipit, & molli subnectit circulus auro.
6.5. Egregius forma juvenis, quem Ægyptius albis
5. Portat equus bicolor maculis: vestigia primi
5. Alba pedis, frontemq; ostentans arduus album.
5. Rex ipse extremus, relerum circundatus armis
12. 4. Quadriiugo vehitur curru; stant turribus altis
6.11. Matres atq; viri, & muros cinxere corona.
12.8. Quidam se fundunt portis, oculisq; sequuntur
8. Pulverea m nubem, & florentes ære catervas.
8. Ossi per dumos qua proxima meta viarum
1. 2. Contendunt, montes resonant clangore tubarū;
8. Quadrupedāte putré sonitu quatit ungula campū
30.2. At parte ex alia ductbus comitata Sabæis,
11. Subvehitur magna matrum regina caterva
8.1. Pilento in molli, rutilis circundata gemmis,
8.1. Totaq; præfulgens auro; cui vertice odorem
1.7. Spiravere comæ, micat aurum tortile collo:
1. Vertice fert duplicem baccis auroq; coronam
61. Quæ simulac regem venientem conspicit, aureo
11. Desiluit curru, & vultus de jecta decoros
11. Incessit, quam tota cohors imitata relictis
11. Ad terram defluxit equis, domināq; sequuta est
1.3. Talis per medios graditur regina cohortes:
1. Qualis in Eurotæ ripis, aut per juga Cynthi
1. Exercet 84 *Dianæ* choros: quam mille sequutæ

82 Per ferruginem Iberam purpuram ferrugine coloris præstantissimam intelligo.

83 *Roboam* ex matre *Naama* genitus sub primum regni *Salomonis* annum invenis 17. vel 18. annorum, vel eo circiter.

84 Per *Dianæ* exercentem choros in Insula *Cynthi* Insulæ intelligo inter minores sidera vagantem tertiæ ab insulis fuit *Cynthus* mons ut *Cui* & *Lunæ* decantatus in insulis vallibus videretur vertices conjungere, & in eo subvere hinc orta est fabula de amore *Lunæ*. Hanc ob

eandem stellas Oreades voco, quod videantur intuentibus e profundis vallibus montibus degere: eam reginam inter comites, velut inter stellas *Lunam* videre.

Hinc atq; hinc glomerantur Oreades, illa pharetra 1.
Fert humero gradiensq; deas superemine omnes 1.
Nec non hebræi comites, juvenisque *Tobias* 4.
Occurrunt, ipse ante alios pulcherrimus omnes. 4.
Infert se socium *Salomon*, atq; agmina jungit: 4.
By *Salomon* is understood Christ, to whom the Soul is compared. *Lycia* & *Xanthus* are Cities in Asia, famous for the Temples of *Delos*, *Apollo*, and *Diana*. Quales ubi hybernam Lyciam Xanthiq; fluenta 4.
Deserit, ac Delum maternam invisit & Apollo, 4.
Instauratq; choros, mistoq; altaria circum 4.
Cretesq; Dryopesq; fremunt, picti q; *Agathyrsi*: 4.
Ipse jugis *Cynthi* graditur, molliq; fluentem 4.
Frondē premit crinē fingens, atq; implicat auro, 4.
Tela sonant humeris; haud illo segnior ibat 4.
Rex *Salomon*, tantum egregio decus enitet ore. 4.
Postquam congressi, & coram data copia fandi, 1.
Adventus regina sui pulcherrima causas 8.4.
Commemorat, simul & naturæ arcana requirit. G.4. A.6
Illa potestates herbarum, usumq; medendi 12.
Scire cupit; tunc ut magnum per inane coacta 12. Ee.6.
Semina, terrarumq; animæq; marisq; fuissent, Ee.6.
Et liquidi simul ignis: ut his exordia primis Ee.6.
Omnia, & ipse tener mundi concreverit orbis; Ee.6.
Tum durare solum, & discludere Nerea ponto Ee.6.
Cæperit & rerum paulatim sumere formas. Ee.6.
Unde tremor terris, quā vi sparia alta timescant G.2.
Obicibus ruptis, rursusq; in se ipsa residant. G.2.
Unde hominū genus & pecudū, unde imber & ig- G.2.
Quid tantum oceano properent se tingere Soles G.2.
Hyberni, vel quæ tardis mora noctibus obstet. G.2.
Omnia quæ *Salomon* repetens ab origine pandit. 1.
Nam rerum causas prudens cognovit, & omnia G.2. A.4.
Quæ sunt, quæ fuerāt, quæ mox ventura trahātur. G.4
Sed primo statuit reginam ducere ad urbem. 1. Ee.1.
Tandem procedunt ingenti mole *Sionis* 12.12.
Ad muros, comitem reginam ad regia ducit 7.1.
Tecta, simul *Iovæ* templis indicit honorem. 1.4.
Ante aras terram cæli stravere juvenes. 8.

Aulai

Aulæ in medio lætus convivia curat
Regibus fluxu; strato discumbitur ostro
Aurata subeunt laquearibus; inde per urbis
Compita reginam, & secum per mœnia ducit,
Ingentesq; ostentat opes, templumq; paratum,
Atque forum, & portus, turres, castella, minasq;
Murorum ingentes, æquataq; culmina cælo.
Lætitia, ludiq; viæ, plausiq; fremebant.
Mirantur molem *Asbupes* magalia quondam,
Mirantur portas, strepitumq; & strata viarum;
Mirantur facilesq; oculos fert omnia circum
Candaces, capitutq; locis, & singula lætæ
Exquirit; auditq; virûm monumenta priorum.
Tum *Salomon* princeps *Judæa* conditor arcis;
Hæc loca *Melchisedec* olim ditione tenebat;
Inde *Jebusæi* gens dura atq; aspera cultu.
Hic pater *Abramus* natum mactasset ad aras,
Ni signum cælo deus ipse dedisset aperto,
Se nolle humano maculari altaria tabo;
Nec patrem scelerare manus in sanguine nati.
Angelus hic terras inter cælumq; volabat
Sanguineo flagrans gladio, & cælestibus armis;
Dum æthereo tractu infecto miseranda chorea est
Tempestas, & dirarum, hæc nomine *Salem*
Urbs vetus, & *Moriæ* pars sacro vertice collis
Cessit *Benjaminis*, sed montem *Juda Sionem*
Sorte habet, & parte *Moria* quæ vergit ad *austrum*.
Hæc duo quæ cernis sublimibus oppida muris
Aurea nunc, olim sylvestribus horrida dumis,
Cum vox de cælo pavidum terrebat *Abramum*
In flammam mandans natum jugulare sacratum.
Hanc *David* pater, hanc *Salus* Rex condidit urbe
Hostibus ejectis. Spolia hic sunt illa *Goliæ*,
Et caput abscissum, genitor quod sanguine rorans
Intulit huc, statuitq; erepta ex hoste trophæa.
Tunc pater egregio invectus *Solymæ* triumpho

Mœnia,

Mœnia, Jehoue vocum immoriale sacravit 9.
Hæc ubi dixisset conversus solis ad ortum 6.
Monstrat Oliveti nimbosa cacumina montis, 8.3.
Christus ubi ætherias fuerat sublatus in auras 6.2.
Et terra excedens vestigia sacra reliquit. 6.3.
Hic quoq; dum sancti celebrabant annua sacra, 12.1.
Prisca quidem fides facto, sed fama perennis, 9.
In summo tremulæ fulserunt vertice flammæ. 12.8.
Tum curvo anfractu vallem, direre Gehennam 11.3.
Abrunide, hic lucus fuerat lætissima umbra, 1.
Relligione gravi late sacer, undique colles 8.
Incluserе cavi, in medio viridissima floret 8. 6. 3.
Planities, liquidasq; bibit de fontibus undas. 11. 6. 4.
Æreus hic olim miro *Saturnus* honore 4.
Cultus erat; pueros candentibus ille lacertis 12.8.
Amplexu in mœro, & crudeli morte necavit, 8.
Cultores medium freti pietate per ignem 11.
Incedunt, multaq; premunt vestigia pruna; 11.
Imponitq; regi 87 juvenes ante ora parentum 6.
Horrendos gemitus ad cæli sidera tollunt. 2.
Sed ne forte aures hoc illetabile murmur 6.4.4.n
Matremas forlas, Corybantia tympana pulsant. 3.9.
Hinc ad labentem conversus lumina solem, 12.
Ostendit montem cui nunc Calvaria nomen, 6.2.
Quod defunctorum totus mos ossibus albet. 6.12.
Nobilis hic fama multis memoratus in oris, 7.
Ex quo cœlesti torsit sanguine Christ, 11.8.
Creditur hic cineres ipsius & ossa parentis 5.
Condita primævi; quin ipsum ad sidera rursus 7.7.
Ætheria & superas cœli venisse sub auras; 7.
Non illis revocatum herbis sed amore magistri, 7.
Qui voluit patrias explere hic sanguine pœnas; 7.
Et lapsum ex fovea miserans attollere amicum. 5.
Sic demum tota passim regione vagantur 6.
In campis urbes & propugnacula sustrant, 6.1.
Reliquiasq; veterumq; vident monumenta virorũ 8.

Atque

a Vide Lactantium ad annum Christi 34.

b Moloch seu Molech regem significat. Rex autem fuit *Saturnus*, ex genere eum sacrificiorum colligitur quod *Saturno* idem fuit qui *Moloch*, nam pueri immolabantur, & tympana pulsabantur, in *Saturni* sacris; qui mos deravit usq; ad proconsulatum *Tiberii*. vide *Tertull. in Apologet. c. 9.*

87 Achaz 2 Reg. 16. 3. & Manasses 2 Reg. 21. 6. nuncupatum filios per ignem, alii in brachia candentis idoli pueros exanimandos, immisere.

1. 12. Atq; navas iustis *Salome* quas condidit aceris,
6. Qui postquam regnis Acabum per singula duxit
8. Multa dolos, reliquæ animum fœminæ lavellet
2. 1. 11 Ad patrios fines multo comitatur honore
4. 3. Illa autem paulum digressa moesta superno
11. 3. Subsistit, & regi demissa sese loquitur sic.
4. 8. Credo equidé, hoc vana fides Rex optime regi,
3. 1. Quod tandem vera est virtutum fama murum.
3. 4. Multa quidé in patria de nostra attexitur nulla,
3. 6. Mulaq; de ingenio ac cœlibus, nec credere quivi;
3. 6. Sed vix dimidium ætherias audire virorum
3. 12. Contigit, his oculis longe plus luminis; ergo
2. 9. Quamvis clatescat totum sua fama per orbem,
1. 7. Fama tamen certis longe est obscurior ô Rex
3. 1. Maste tua virtute! O terq; quaterq; beatos
3. 1. Quos ante ora datur sancti conspicere regis,
11. 12. Exq; tuo alloquio virtutem discere veram.
2. Qui regit æterno imperio divosq; hominesque
4. Te voluit gravidam impellere bellaq; frementé
4. *Iudeam* regere, & sub pacis munere leges;
3. 1. Ex pube enim indomitam valido compescere freno
14. Iustitiæ, ep quamvis in dam dilexit amore!
12. Hæc alti dicta dedit patriam remeare ad urbem.
2. 6. Sed fuerant fuit *Salomonis* gloria, tanta
3. 11. Pax & justitia, & rerum prudentia; Christe
11. 1. O decus humanæ gentis, lux aurea mundi,
11. 8. Præsidium miseris, spes & solatia nobis:
11. 11. In te quanta fuit majestas, quantaq; virtus
6. 5. Gloria divini, quæ luce retexerat orbem;
4. Humentemq; polo nostro dimoverat umbram!
1. 6. Gemmis ille quidem, & puro fulgebat in auro:
3. 12. Sed tu divinis fulges virtutibus; ille
6. 7. Candenti splendens elephanto regia sedes;
10. Sed tibi fidarea est sedes, unde aurea mones
2. 6. Aspectus terras, populos, camposque liquentes,
4. 3. Marmoreis *Salomon* habitavit in ædibus, at tu

Templa

Templo tenes cæli stellis ardentibus apti. 5.4
Illum turba ducum cinxit fulgentibus armis, 11.4
Te vero ætherix cingunt sine imagine formæ, 8.6
Stantes æquatæ numero, regemque canentes. 7.
Largus opum, & lingua melior non futilis author 11.
Consiliis habitus *Salomon* fuit, at tua, Christe, 11.
Persarum superat gazas opulentia, & undas 2.7.
Hermi flaventes auri qui torquet arenas. 6.3.
Tu tonitru eloquii quatis alta cacumina terræ, 11.3.
Et tua per totum prudentia fulgurat orbem. 6.4. 10.
Ejus fama ruit mundi vulgata per oras; 9.8.
Sed tu fama ingens, meritis ingentior, omnes 11.1.
Pervolitas terras, hinc usq; ad sidera notus. 8.8.5.
Huic gnatum egregio genero dignisq; hymenæis 11.
Rex dedit *Ægypti*; at cæli pulcherrima proles 11.6.
Christus avis atavisq; potens, connubia formæ 7.4.
Reppulit angelicæ, & miro poperavit amore 4.7.
Conjugio sibi naturam subjungere nostram. 7 G.4.
Reginam *Æthiopum Salomonis* fama Sionem 6.4.
E patrio regno per tot discrimina traxit: 3.1.
Sed tua tres reges pharetrata è *Perside* stella G.4.A.2.
Perduxit *Bethlem*: teq; in præsepe supremum G 4.4.7
Agnoscunt regem, & cæli omnipotentis alumnū, 10 6.
Muneribus cumulant magnis, & numen adorāt. 6.2.
Dum patriam fugis, ac odium crudele tyranni, E 1.A.1
Accipit hospitio gens fortunata *Cæsopi* 1.G 4.
Quæ colit effuso stagnantem flumine *Nilum*, G 4.
Et circum pictis vehitur sua rura phaselis. G 4.
Quæ regio in terris, quæ gens tam barbara, cujus 1.1.
Nominis aura tui nondum pervenit ad aures? 7.3.
Tu *Nomadum* genti, & discinctis cognitus *Asiæ*: 8.
Et *Lelatis*, *Carisque*, fagitti ferisq; *Getarum*. 8.
Inter hyperboreas glacies, *Tanaimque* nivalem G.4.
Arvaq; *Riphæis* nunquam viduata pruinis G.4.
Illustris tua fama viget; venerantur Iesum 7.5
Extremiq; hominum *Marini*, *Rhenusq*; bicornis: 8.

Indomitiq;

Indomitiq; *Dani*, & ponum indignatus *Araxi*,
E.1 G.3 *Ismarus* & *Rhodope* medium porrecta sub axem,
3.2 *Bruntesium* tellus *Neptunia*, ubi turgidus arva
2. Inter opima virum *Tomeſa* fluit agmine lenis.
5 G.3 Sed non contentum his angustis finibus, orbis
8. Omnia pervolitat late loca nomen *Ieſu*,
G.1. Qua vertex mundi hic semper sublimis, & illum
G 1. Qua nox sub pedibus cernit, manesq; profundi.
G.3. Solis ab exortu qua primum discutit umbras,
4 Ad fines usq; oceani solemq; cadentem.
6. Nec vero *Alcides* tantum tellaris obivit
6. Fixerit æripedem cervam licet, aut *Erymanthi*
6. Placarit nemora, & *Lernam* tremefecerit arcu.
6. Nec qui Pampineis victor juga flectit habenis
6. *Liber* agens celso *Nyſæ* de vertice tigres;
6. Et dubitamus adhuc virtutem extendere factis,
6. Aut metus in *Sybica* prohibet consistere terra?
11. Christiadæ miseri quæ vos fortuna quietos
11. Sollicitans, suadet tot amica lacessere bella?
11. Bellum importunum cives cum civibus, atque
8. 11. Viribus indomitis geritis, quos nulla fatigant
11. Prælia, nec victi possunt absistere ferro.
10. Abnuerat Christus bello concurrere cives:
10. Quæ cõtra vetitũ discordia? quis metus aut hos,
10. Aut hos arma sequi, ferrumq; lacessere suasit?
G.1. Ergo inter vosmet paribus concurrere telis
9.11. Non pudet, O nunquam doliturj? nonne videtis
2. Alterum in alterius mactatos sanguine, passim
E.1 A.12 Oppida strata jacent, recalet *Germania* nostro
12. Sanguine adhuc, campiq; ingentes ossibus albet.
G.1. Scilicet & tempus veniet quum finibus illis,
G.1. Agricola incurvo terram molitus aratro
G.1. Exesa inveniet scabra rubigine pila:
G.1. Aut gravibus rastris galeas pulsabit inanes.
G.1. Grandiaq; effossis mirabitur ossa sepulchris.
4 1. O tu qui tanti sparsisti incendia belli,

Cujus

Cujus ob auspitium infelix, mortisque sinistra 12.
Lumina vos cecidere deum, malaque vidimus 12.
Consedisse urbes luctu: jam desine tandem, 12.
Quisquis es, qui supplex venio, & miserere mortis 12.
Pone animos, & pulsis abi, sic fumera fusi 12.
Vidimus, ingentes & desedimus urbes. 12.
Gerulisti quas nave jacent pertusa tuba: 12.
Ante oculos, interque manus sunt oppida vestras. 12.
O tandem quassa gentis miserescite vestræ, 1.
Neu patriæ validas in viscera vertite vires. 6.
Tuque prior ne pares gentis qui ducis ab Austro 6.
Projice tela manu, sanguis divum. 6.
Sed si tantus habet animos & pectora belli 12.
Ardor, & insano juvat indulgere labori, 6.
Experiare licet quid possit vivida virtus. 12.
Non longe nobis quærendi fœdera hostes: 12.
Turres Christiadum circumstant undique muros. 12.
Aude atque adversum fidens fer pectus in hostes. 12.
Frange manu telum Scythici prædonis, & ipsum 12.
Pronum sterne solo, portisque effunde sub altis. 12.
Sunt & opes nobis, & adhuc intacta juventus; 12.
Auxilioque urbes variæ populique supersunt. 12.
Propterea desiste manum committere amicis, 12.
Inque hostes Christi rapidum converte furorem. 9.12.
Qui vos si pellant patriis, nihil absore crédunt 8.
Quin omne Europæ penitus sub jugo tractum. 8.
Sed si est adeo gelu sed isque effœtus senectus 8.
Invidet imperium hoc, ferroque ad fortia vires. 8.
Exhortare tuum gnatum, & quos integer ævi 8.12.
Sanguis alit, solidoque suo stant robore vires. 2.
Postquam rex *Sabæi* homines lucemque reliquit: 10.
Obicibus barathri rupeis, fractisque catenis, 6.4.12.
Vectus equo nigrante volat Rex *Ditis* per omnes 12.6.
Atra cavernarum cæcus odiorum incendia spargens. 5.10.
Illi tarda ream nox intempesta * Megæram 12.
Addiderat socium, vesanisque addidit alas, 6.12.

Impli-

* *pro* adjunxerat hoc loco fig. tolerare.

2. 4. Impliuitq; eosmas uris serpentibus, illos
6. 11. Spargens in populum: invidia stimulavit & ira
Abrami de gente tribus bis quinque potentem.
Adversus *Iudæ* sobolem regemque *Roboam*.
11. Cujus ob auspicium infœlix moresque siniſtros,
4. Divisum est regnum *Salomonis*: quippe remanſit
6. Cum *Benjamin* solum *Judæa* propago.
1. Namq; *Jeroboam* reliquos ditione tenebat.
1. 11. Post habitis *Solymis Babylonis* regna capeſſunt,
8. 3. Contemnuntq; deûm, & vitulorûm numen adorant:
4. 8. Illius obliti qui ejectos littore rubro
4. Excepit patres, totiesq; a morte reduxit,
4. Et tandem *Solyma* unos in monte locavit.
4. Quin bello audacis populi vexatur & armis
10 3. Ipſe *Roboamus*, quod sprevit juſſa Tonantis.
3. 1. Nam Rex Ægypti *Solymas* expugnat, & auro
1. 4. Ni potitur, templum ſpoliat, veteresq; recludit
8. 6. Theſauros *Salomonis* opes, secumq; reportat;
6. Sic deus imperium regum caſtigat iniquum.
Filius in regnum patrum ſucceſſit *Abiam*.
7. Hic *Judæ* reſides populos, deſuetaq; bello
11. Agmina in arma vocat ſubito, ferrumq; retractat
6 3. Atq; *Jeroboam* ſuperavit Marte ſecundo.
1. 6. Aſa ſubit patri poſtquam lux alma receſſit;
11. Inſignis pietate fuit, duxq; inclytus armis:
12. Æthiopum ingentes acies delevit, & urbes
2. Condidit inſignes, fregit ſimulacra deorum;
6. Et populum antiqua ſub relligione tuetur.
16. *Jehoſophat* ſequitur pietate inſignis & armis.
11. 11. Illum vicinæ gentes ſibi fœdere jungunt.
11. Munera portantes argenti, aurique talenta;
63. Lanigeroſq; greges; hirceoſque. At furiis Adadus
94. Vt ſecum adverſus Syrios in bella profectus
8. 12. Jungere caſtra paret, coeuntque in fœdera firma;
109. Annuit, atque ambo reges in bella ruebant.
12. At Syrii nullum dignantur ſternere miſeri

Abiam

Abramidum, solum densa in caligine *Achabus* 12.
Vestigant, solum regem in certamina poscunt. 12.
Ille autem regis politis insignibus, arma 11.
Et vestes mutat, communi adopertus amictu; 3.3.
Tangere, nequis eum, neu quis dignoscere possit. 1.
Dum vero *Syris* turbata per agmina clamant, 11.
Vestigantq; virum: volucrem nunc forte sagittã 12.11.
Quidam deprompsit pharetra, cornuq; tetendit, 11.
Et duxit longe donec curvata coirent 11.
Inter se capita, & manibus jam tangeret æquis 11.
Læva aciem ferri, dextra nervoq; papillam. 11.
Extremo tell stridorem, auraq; sonantes 11.
Vidit *Achab* pavitans, hæretq; in corpore cuspis 11.
Incertum qua pulsa manu, quo turbine adacta: 12.
Quis tantam *Syriis* laudem sine cæde suorum 12.
Attulerit; pressa est insignis gloria facti. 12.
Aurigam alloquitur rex currũ & lora regentẽ: 12.
Diversos fac inquit, equos currumq; referri 12.
Ocyus è campo, nam me jam vulnus acerbum 11.
Conficit, & tenebris rigrescunt omnia circum. 11.
Dixit & exolvit paulatim corpore sese, 11.
Undantiq; animam diffundit in arma cruore. 10.
Iehosaphat rediit classem missurus ad *Indos*.
Sed subito exorta est stridés Aquilone procella, 1.
Quæ pelago incumbit, fluctusq; ad sidera tollit; 1.1.
Exultantq; vada, atque æstu miscentur arenæ. 3.
Continuo naves demersis æquora rostris 9.
Ima petunt, laxis laterum compagibus, omnes 9.1.
Accipiunt inimicum imbrem, rimisq; fatiscunt. 1.
Dumq; *Maub* regi exitium mortemq; minatur, 12.
Ille deum votis precibusq; lacessit ut hostes 3.
Obruat; & populum docuit celebrare *Iehovam*. 5.
His frenis telis memorandâ clade represit 8.10.
Hostes fulgentes armis, & vana tumentes. 11.
Post hunc suscepit *Judææ* regna *Iehoram* 4.
Fillius, hic sparsis fraternâ cæde penates; 4.

Con-

8. C. 4 Contemnitq; deum, simulachraq; luce carentem
3 7. Muneribus votisq; colit, stirps tota virilis
12. 7. Occidit, excepto nato iuniore paterni
Imperii, neenon vitiorum hærede * suorum
6. Nomine *Achazia*, quem *Iehu* morte peremit.
Hinc genetrix *Athalia* furit, toramq; trucidat
Davidis stirpem, regniq; capessit habenas.
Unus *Achazie* natorum evaserat, illum
5. Regem declarat præconis voce *Ioadus*.
5. Excipiunt plausu pueruin, gaudentq; tuentes
5. *Abramide*, regisq; agnoscunt ora parentis;
4 11. Et scelerum regina dedit mox sanguine pœnas.
4. Cuncta *Iovis* monumenta jubet delere *Iosias*,
12. Diripuitq; aras 88 Solis, simulachraq; cuncta:
3. Et coluit casta sub relligione *Iehovam*.
2 6. Sed postquam fatis concessit fidus *Achatis*,
In scelus omne ruit præceps, temnitq; Tonantē.
6. Pontificis natum crudeli morte peremit.
5. Oblitus decoris, sui fidiq; parentis;
1. Qui illi quodcunq; hoc regni, qui sceptra dedisq;
9 11. Concilians, tumidam arrepto præcordia regno
4. Occidit reginam, ipsumq; a morte reduxit.
4. Quā male apud multos veteris stat gratia facti:
7. Sed mox sacrilego persolvit sanguine pœnas;
Nam *Iudæ* invasit *Syriorum* exercitus, agros
11. Vastavit late, & viduavit civibus urbes.
4 6. Dumq; thoro incubuit morbo rex ipse gravatus,
6. 2. Irrumpunt thalamo famuli, dominumq; trucidāt
9 8. Hunc *Amasia* subit patriæ qui maximus ultor
11. Cædis, & ingentes acies delevit *Edomi*.
5. Quorum præcipites scopulo detrahat ab alto
6. Mille decem, totidem ferro demisit ad umbras.
12. Ast illum subita turbavit clade *Ioasus*
5. Rex 89 *Simeon*, qui terga fugæ nudare coegit
3 5. Hostiles acies, * regemq; abduxit ad urbem
12. Immunem tanti belli, atq; impune quietam.

* Id est progenitorum: ut sæpe apud *Virgilium*.

88 2 *Chron.* 24. *Baal* vocatur; hic fuit Deus *Phœnicum* quem *Basilianos* vocant, id est cæli dominum; *Graci* vero, *Iovem*. *Euseb. de præp. Evang. l. 1. c. 7.* omnes deos referri ad solem, testis est *Macrobius Saturn. l. 1. c. 17.*

89 *Samaria* a *Simeon*, vel *Semeron* monte, quem *Semer* Hebræis vocabidir.

* *Amasiam* abduxit *Ioasus*.

I Dilecti

Dissecit muros, argenti pondus & auri 8.1.
Abstulerit in Regem conjurayere Sicyo 8.
Cives, quem captum læthali vulnere sternunt. 9.
Filius Pyrrhi bello præclarus & armis 8.7.
Proculit imperium Iuda, marosq; novavit. 6.4.
Extruxit castella, actasq; ad sidera turres. 5.11.
Inseruitq; pyros, posuitq; ex ordine vites. Ec.1.
Huic studium vinulos fuit atq; armenta tueri, G.2.
Et fœtus ovium, atque urentes cuncta capellas. G.2.
Effodit puteos, rivos diducit in agros; G.1.
Ne liquidi gregibus fontes aut gramina desint. G.2.
Tormenta invenit muralia, at impius audet 12.
Thura dare, & manibus cõtingere sacra profanis. 8.6.
Hinc deus iratus lepra percussit, eumq;
Ejecit templo, atque exclusit mœnibus urbis. 9.
Ille infœlicem vitam expiravit, & omne 3.2.
Ius regni natõ cessit; fœlicibus ille 11.11.
Auspiciis, patrii regni susceptt habenas, 11.
Et Iovæ semper coluit Sathanus honores. 11.
Illum omnes hostes metuebant, atq; quotannis 8.6.
Pendebant auri atq; argenti multa talenta. 11.
Castrorum in morem pinnis atq; aggere cingit 7.
Oppida, tum condit varias in montibus arces.
Cumq; caput lœtho posuit rex, sceptra reliquit 11.
Achaso, qui nil patriæ virtutis habebat, 11.
Nil solidi martis, nil relligionis avitæ. 11.7.
Corpora viva (nefas) natorum, more nefando 6.8.
Phœnicum solitus subjectis urere flammis. 2.
Ille sacerdotes Salomonis ab ædibus arcet, G4.
Atq; urbem vetitis divorum altaribus implet. 10 7.
Hinc hostes, atq; hinc hostes à numine læso 9.2.
Missi, Judæam populant victricibus armis. 4.7.
Assur in auxilium implorat, cui munera mittit 8.11.
Thesauros ignotum argenti pondus & auri 1.
Achasius trepidans; verum nihil omnibus actum 11.
Tantorum impensis operum; nil dona, nec aurũ, 11.

Nec

11. Nec magnæ valuere preces; namq; urbe *Damasco*
9 1. Expugnatâ *Assur Iudæam* vastat opimam:
2. Gnatus *Ezechiæ* vir servantissimus æqui
1.13. Post hunc septra tenet, templũ reseravit, & una
4.24.5. Restituit patrium cultum; solennia vota
3. Cœlicolũm regi solvit *Salomonis* in æde.
6. Tunc grege de intacto septeni mactare juvencos
6. Instituit, totidem lectas de more bidentes.
8. Septem agnos, septem villoso corpore capros.
12 2. Diripuitq; aras, simulachraq; vana deorum.
11. Evertit lucos, ferro sonat alta bipenni
21. Fraxinus, excinditq; actas ad sidera pinus.
8. Serpentem cui solennes reddebat honores
4.12. Pertida gens, fregit; variis exercitus armis
2.1. *Senacherib Iudam* invasit, *Solymæq;* minatur.
11. At rex ut primum fumantes pulvere campos
11. Prospexit longe, fulgentiaq; agmina vidit,
11. Adventumq; pedum, flatusq; audivit equorum;
11. Continuo ad templũ & summas *Salomonis* ad arces
1. Incedit magnâ procerum comitante catervâ;
3.11. Incenditq; aras votis & thure vaporat.
11. Et mœstas alto fundit de limine voces.
7 8. Dum *Jovis* auxiliũ implorat cõtra agmina tanta,
12 Præfodiunt alii portas, aut saxa sudesq;
11. Subjiciunt; muros variâ cinxere coronâ
11. Matronæ puericq; vocat labor ultimus omnes.
Dum vero *Assyriorum* ingens exercitus alam
11. Confidunt castris ante urbem, & mœnia vallant.
En pater omnipotens demisit ad æthere servum
Aligerum qui nocte unâ tot millia stravit,
3.12. Vimq; omnẽ hostilẽ atq; ipsũ deus abstulit omnẽ
7. Filius hinc septrum attollit fasceſq; *Manasses*,
9 2. Diffimilis patri, scelerumq; inventor; hic ille est
4.11. Inferni regis coluit qui sævus honores,
2 8. Qui *Solymam* cœdes humano sanguine tinxit,
11.9. Injecitq; rogis natos, vivosq; cremavit,

Cunctaq; cæruleo venerans sidera cœlo: 23.
Effigiemq; locat luci *Salomonis* in æde; 4.
Consulit & manes imos *Acherontis* averni. 77.
Observat volucrum linguas, atq; omina pennæ, 3.
Observataq; dies vetitos, pecudumq; recluſis 4.
Pectoribus inhians spirantia consulit exta. 4.
Nec vitiis positurus erat numerumve modumve; 7. 11.
Si non captivus *Babylonem* abductus, & arctis. 2.1.
Vinclis inclusus culpam agnovisset, & ultro 1.8.
Rex patrium numen supplex humiliſq; vocasset. 4.12.
Omnipotens scelerum tantorum oblitus, ab alto 2.4.
Audivit cœlo gemitus & verba vocantis. 4.
Ignovit tandem, & regem in sua regna remisit. 2.
Tunc rex evertit divorum altaria, lucos 7.
Eruit, & templum *Salomonis* lustrat & urbem. 12.6.
At sceleratorum sequitur vestigia patrum 9.
Sævus *Amon*, divos venerantur lumine cassos. 2.
Hujus in exitium conjuravere ministri, 8.
Quorum mucrones multâ rex morte recepit, 9.
Evomuitq; animam miseram; tunc sceptra *Iosias* 9.
Accipit, hic patrum nulli pietate secundus 11.
Effigies, aras, monumentaq; cuncta deorum 4.6.
Destruit, & *Iove* magnum præoc numen adorat; 3.
Præterea supplex aris imponit honorem. 1.
Ossa sacerdotum tumulis effossa cremavit. 6.1.
Cum legem audisset, proprios discidit amictus; 12.
Instaurat templum, lætus convivia cutat 5 6 1.
Paschatis, innumeros hœdos partitur & agnos 1.
In populum, quibus addiderat ter mille juvécos 1.5.
Munera lætitiæq; dei. 1.
Nec non & proceres, quæ cuiq; est copia, læti 5
Dona ferunt, onerantq; aras, mactantq; juvencos; 5.
Levitæ & sacræ imponunt libamina flammæ. 6.
Rite Sacerdotes spargentes sanguine postes 11.
Ordine ahena locant alii, flammasq; ministrant. 5 1.
Posthæc dum *Iochanie* regem invasisset iniquo

Consili-

Iochanis in sacris *Osiridis* vocatur *Osiris Egyptiis* & ab *Ebræis* *Chanis*

1. Consilio, medijs pugnantem in millibus, eheu
9.12 Horrendum stridens alis allapsa sagitta
99. Trajicit, & regem læthali vulnere sternit.
10. O dolor atq; decus magnum rediture Sioni.
10. Hæc te prima dies bello dedit, hæc eadé ausert,
10. Quum tamen ingétes* Pharios linquis acervos.
11. Et jam fama volans tanti prænuntia luctus
12.4. Concussit Solymam, incendijq; ululatibus urbem;
4. Tecta fremũt, resonat magnis plãgoribus æther:
4. Haud aliter quã si immissis ruat hostibus omnis
4. Hierusalem, aut antiqua Hebron, flammæq; furétes
4. Culmina perq; domũ volvantur, perq; Iehovæ.
6. Heu pietas, heu prisca fides, invictaq; bello
6. Dextera! non illi quisquam se impune tulisset
6. Obvius armato, seu quum pedes iret in hostem,
6. Seu sumantis equi foderet calcaribus armos.
Filius in patris succesit regna Iosiæ;
Quem rex Ægypti captivum abduxit, habenas
7. Rerum committens fratri; 91 Ioacimus hic ille est
6.4. Cui rex Chaldæus vim duram & vincla tetendit,
7 Et 92 Ioacin nato regnum concessit avitum.
10. Hunc etiam sceptris patriis solioq; tyrannus
Expulit, & fratrem 93 Sedechiam in regna vocavit.
7. Atq; sub hoc 94 tempus vicinas undiq; gentes
11. Tetret Holofernes armis, cogitq; superbus
12.11. Accipere imperii frænum Babylonis; at astu
2. Vicit Holofernem somno vinoq; sepultum
5.2. Iudith, magnanima, & ferro obtruncavit acuto.

* Pharii a Pharo Ægypti insula dicti.

91 Hic Ioacimus tradidit se obsessum Nabuchadnezari sub finem regni filii anni tertii, vel initium quarti; datis obsidibus (inter quos Daniel & tres pueri) & parte vasorum templi. Dan. 1. tributarius in regno suo relinquitur; sed deficiens ad Ægyptios regem a Babylonia in regnum capus est, & an. 11. regni moritur.

92 Hic Ioacin, seu Iechonias regni mense tertio

cum matre se Chaldæis dedidit; & cum tota sobole Babylonem ductus initium dedit captivitati 70. annorum. 93 Zedechias fuit filius Iosiæ, patruus Iechoniæ 2 Reg. 24. at phrasi Hebræa frater dicitur. 2 Chron. 36. 10. 94 Hic Genebrardus fuisse qui ad tempus Nabuchadnezar hanc historiam refert. An. regni 13. misit Holofernem in Iudæam & Samariam. an. vero 19. reliquias Iudæorum Babylonem transtulit antea quoque dispersi erant Iudæi sub Senacherib, de qua dispersione loquitur Achior c. 5. libri Iudith: & fortasse Isaias c. 1. alii hanc historiam ad Cambysis vel Assueri tempora referunt, sed nunquam erant Persarũ reges Nabuchadnezar vocati. Genebr. chron. l. 2.

Nanq; manu validâ longâ obsidione premebat 6.
Bethuliam *Assyrius* ductor, magnumq; timorem 9.
Civibus immisit, quî nec se credere campo 9.
Audent, nec conferre manum, sed mœnia lata 9.
Aggere servare, & morti prætendere muros. 9.
95 Virgo erum, dicitur mulier postquam marito iuncta est: ab virgo infelix quæ in dementia capit. *Virg. Æ. 2. de Proserpina.* Hæc instructa dolis, & formæ conscia 95 virgo 8.
Ductorem capere insidiis, & cingere flamma 1.
Cogitat, & tales artes in pectore versat; C. 1.
Abluit in vivo se primum flumine, deinde 2.
Nudatos artus oleo perfusa nitescit. 5.
Tum calido ferro crispat de more capillos. 12.
Auro internectit crines, it pectore summo 7.
Flexilis obtorti per collum circulus auri; 5.
Aurea purpuream subnectit fibula vestem. 6.
Judith sic auro fulgens ostroq; decora 1.
Tandem progreditur famula comitante puella; 1.
Præcipitatq; moras; has ambas omnis euntes 12.
Primorũ manus ad portas iuvenumq; senumq; 9.
Prosequitur votis; in muro & turribus altis 9.
Stant pavidæ matres, oculisq; sequuntur euntes 8.
Ad primas acies, florentesq; ære catervas. 9.
Castrorum vigiles has ut accedere cernunt 2.
Occurrunt, causamq; viæ nomenq; requirunt; 6.
Centenosq; legunt juvenes ex agmine toto 9.
* *Judith* filia *Merari.* Qui * *Merarim* incolumẽ ducis ad tẽtoria ducãt; 1.
Ille autem subito visu conterritus, ambas 5.
Quæ genus, unde domo rogitat, quæ causa subegit 8.
Difficiles tentare vias per tela per hostes. 8.
Olli respondens sedato corde virago 12.
Demisso vultu terram petit, atq; ita fatur; 3.
Cuncta equidẽ tibi dux fuerint quæcũq; fatebor 2.
Vera (inquit) neq; me *Abramidîs* de gẽte negabo, 2.
Nec vanã invenies mendacemq;, hoc tibi primũ 2.
Prædico, & repetens iterumq; iterumq; monebo, 3.
Non posse *Assyrii* excindi hæc oppida telis, 2.
Si vanum *Abramidæ* servent præcepta piorum, 4.

Si

3. Si casti maneant in religione parentum.
2. Sed si nostra manus violabit sacra *Iehovæ*
86. Conentrinq; dei fuer it *Iudæ* propago,
2. Tum magnum exitium nobis natisq; futurum
2. Novimus, & nostros ea fata manere nepotes.
6. En nunc *Abramide* temerarunt templa *Iehovæ*,
8.2. Solennes rapuere dapes, manibusq; cruentis
11.2. Primitias ausi, & pecudes contingere sacras.
3.1. Quippe hos dira fames, spretiq; injuria cœli
3. Sacratas subigit malis absumere mensas;
4.6. Spreverunt leges scelerati ac jussa Tonantis;
10. Propterea dominus *Solymam* templumq; reliquit
3.12. Hostibus in prædam, turres fummasq; minatur
12. Eversurum urbes *Iudæ* excidioq; datarum.
11. 1. At vos quod supereſt omnem deponite curam
11. Arma parate animis, & spe præsumite bellum.
12. Vobis capta manu *Iudæorum* oppida tradam.
10. Aut spoliis ego jam raptis laudabor opimis
10. 11. Aut lætho insigni; nunc pubem educite castris,
6. Hoc superate jugum, & tuto vos tramite sistam.
8. Dixerat hæc *Iudith*; dux os oculosq; loquétis
8. Iam dudum, & totum lustrabat lumine corpus
7. Attonitis inhians animis, ut regius ostro
78. Velet honos leves humeros, ut lactea colla
8.4. Lucebant auro, ut crines nodantur in aurum;
7. At decus in primis formæ movet atq; juventa,
18.1. Flagranteſq; rubore genæ, simulataq; verba.
1.12. Dumq; oculis hæret figitq; in virgine vultus,
4. Vritur infœlix, traxitq; per ossa furorem.
3. Iamq; dies alterq; dies processit, & illi
6. Multa inter sese vario sermone serebant.
2.6.3. At magis atq; magis vulnus crudescit amoris;
4.4. Ardet inops animi, ac occulto carpitur igne.
4. Ergo ubi persensit tali se peste teneri
1.11. Ductor *Holofernes*, mediis convivia castris
9.4. Apparat, infandumq; amens accendit amorem.

Iudeham invitat, thalamoq; hanc accipit aureo;	8. 8.
Lætitiaq; fremit dux ipse, omnisq; juventus.	9.8.
Expletus dapibus Linæum libat honorem.	3.4.
Auratasq; haurit pateras spumatis Iacchi.	2.1.
Postquã supremam hanc falsa inter gaudia noctẽ	6.
Egisset, somno gravidum vinoq; madentem	6.4.
Infœlix habuit thalamus, pressitq; jacentem	6.
Dulcis & alta quies, placidæq; simillima morti.	6.
Tum vigiles thalamis se composuere, silentur	6.4.
In nocte & fessos somnus complectitur artus.	2.
Interea vigilans *Holofernem* aggressa virago,	9.12.
Subducit capiti, vaginaq; eripit ensem;	6.4.
Implicuitq; comam læva, dextraq; coruscum	2.
Sustulit, & duplici collum diverberat ictu.	6.9.
Tum caput ipsa aufert misero, truncumq; reliquit	9.
Sanguine singultantem: atro tepefacta cruore	9.
Terra toriq; madent, famulæ caput inde ferẽdũ	9. 5.
Tradidit, excedit castris, & tuta capessit.	9.
Sic victrix rediit domuitq; hac morte profanos.	1.6. 2
Sic genus humanum ingenti obsidione tenebat	1.8.
Rex stygius, donec Christus descendit olympo,	6.2.
Et virtute sua non arte, dolisve, nec armis	6.2.
Devicit mundum & regem obruncavit averni;	8. 2.
Tum rediit sublime volans, dec; hoste triumphãs	10.11.
Et pacem nobis, libertatemque reliquit.	11.6.
Post hæc erumpunt servi spiracula Ditis	7.
Tot scelerũ facies, tot monstra horrẽda, quot ante	6 4.
Nunquam stellatam cœli venere sub axem.	7.6.
Nam pater omnipotẽs graviter commotus, & ira	1.
Terribili accensus, quod gens infida *Iacobi*	12.
Spreviſſet toties legem responsaq; vatum,	4.10
Et toties simulachra deũm coluiſſet, in omne	2.
Peccatum pronã, et scelera exitialia semper;	10.6.
Deseruit *Iudæ* sobolem, *Solymamque* reliquit	3.
Hostibus in prædã; Satanæ est permissa potestas	9.
Urbem diripere, et templum spoliare superbum,	12.3

Vt meritis peccata luat gens perfida pœnis.
Haud mora rex Stygius *Babylonis* conditor urbis,
Excitat in *Solymos* 96 *Chaldæos*, qui agmine dēso
Invadunt, celsasque oppugnant molibus urbes.
Iam tuba terribilem sonitum procul ære canoro
Increpuit, sequitur clamor, cælumq; remugit,
Accelerant hostes pariter testudine facta,
Et fossas implere parant, & vellere vallum.
Quærunt pars aditum, & scalis ascendere muros
Qua rara est acies, interlucetq; corona
Non tam spissa viris, telorum effundere contra
Omne genus cives, ac duris detrudere contis,
Assueti longo muros defendere bello.
Saxa quoq; infesto voluebant pondere, si qua
Posset tecta aciem perrumpere: quū tamē omnes
Ferre libet subter densa testudine casus.
Omne genus telorum hostes, flammasq; furentes
Injiciunt, crebro labefactant ariete muros.
Ira dei telis occultis sævit intus,
Dū pestis, dū male suada fames tot millia tollūt.
Non mortem effugiunt cives, sed limine in ipso,
Mœnibus in patriis, atq; inter tuta domorum
Confixi expirant animas, miserabile visu.
Excessit deus his adytis arisq; relictis,
Quo solo imperium hoc steterat, succurrere cives
Frustra tentabant, quidā in media arma ruebāt.
Vna salus victis nullam sperare salutem.
Quidā intus dextra ac læva pro turribus adstāt
Armati ferro, & cristis capita alta coruscī,
Hi pandunt portā, atq; invitant mœnibus hostē;
Hi conferte manū, & procurrere mœnibus audēt
Aſt alii (tanta est confusio) claudere portas,
Nec sociis aperire viam, nec mœnibus audent
Accipere orantes, oriturq; miserrima cædes
Defendentum armis adytus, inq; arma ruentum.
Excluſi ante oculos lachrymāq; ora parentum

96 Vbi tot capta est, regnantibus Ioacim, Iechonia & Sedechia, & populus ut Babylonij abductus a Chaldæis, quorum imperium duravit annis solum 78. Tres tantum fuere reges, scilicet Nabuchadonozor, Euilmerodach, & Balthasar.

Pars

Pars in præcipites fossas urgente ruina 11.
Volvitur; immissis pars cæca, & conscita frænis 11.
Arietat in portas, & duros obice postes. 11.
Ipsa de muris summo certamine matres 11.
(Mœstrat amor patriæ miserãda hac clade ruẽtis) 11.11.
Tela manu trepidæ jaciunt, ac robore duro 11.
Cupitibus ferrum, sudibusq; imitantur ebustis; 11.
Præcipites, primæq; mori pro mœnibus audent: 11.
Heu frustra est omnis conatus, & irrita tela 6.2.
Quæ jactant, nam nox venit suprema *Sionis*: 2.6.
Dejiciunt muros hostes, & mœnia pandunt 2.
Vi multa, non clausa tegunt jam mœnia cives; 2.10.
Quin intra portas, atq; ipsis prælia miscent 10.
Aggeribus murorum, & inundãt sanguine fossas, 10.
Fit via Vi, rumpunt aditus, primosq; trucidant 2.
Hostes immissi, & late loca milite complent. 2.
Diripiunt ædes, flammas ad culmina jactant. 2.
Vrbs antiqua ruit multos dominata per annos, 2.
Plurima perq; vias sternuntur inertia passim 2.
Corpora, perq; domos & relligiosa Tonantis 2.
Limina, sit tristis nullo discrimine cædes. 12.
Mars furit indomitus, mediis in millibus ardet 2.10.
Pallida Tisiphone, immissis *Vulcanus* habenis 10.5.
Perfurit, atq; atram prorumpit ad æthera nubẽ. 9.3.
Turbine fumantem piceo, & candente favilla; 3.
Attolliteq; globos flammarum, & sidera lambit. 3.
Abramida contra, turres & tecta domorum 2.
Culmina convellũt, his se (quãdo ultima cernit) 2.
Extrema jam in morte parant defendere telis. 2.
Vrbis ubi captæ casum rex conspicit, æde 2.
Excessit noctu, paucis comitatus amicis. 2.12.
Tum celerare fugam in silvis & sidere nocti. 9.
Cumq; videbatur casum evasisse, viamq; 2.
Omnem, non procul à *Jerico* sit clamor ad aures, 2.9.
Audit equos, audit strepitus, & signa sequẽtum; 9.
Hostilisq; manus subito turbante tumultu 8.

Fraude

9. Fraude loci regem sublustri noctis in umbra
9. Oppressum rapit, & conantem plurima frustra
6. Ad regem duxit *Babylona*; hic illius omnes
1. 11. Ipsa ante ora patris mulctavit funere natos.
4. Atq; ipsum patrē lacrymantē, & multa querentē
9. 4. 3 Aëtis corripuit manicis, & lumina ademit.
12. Iamq; *Nabuzaradæ* fulgens dux fævus in armis
5. Ascendit *Solymæ* multis cum millibus urbem,
2. 10. Vt templum atq; omnes à culmine diruat ædes.
10. In mediis insignis equo tumidusq; secundo
10. Marte ruit.
2. Vestibulū ante ipsum primoq; in limine templi,
2. Exultat telis, & luce coruscus abena:
2. Qualis ubi in lucē coluber mala gramina pastus
2. Frigida sub terra tumidum quem bruma tegebat,
2. Nunc positis novus exuviis nitidusq; juventa,
2. Lubrica convolvit sublato pectore terga,
2. Arduus ad solem & linguis micatore trisulcis.
2. Ipse inter primos correpta dura bipenni
2. Limina perrumpit, postesq; à cardine vellit
2. Æratos, crebro labat arjete janua; tandem
2. Arparet domus intus, & atria longa patescunt.
2. Iamq; sacerdotes nec quicquam altaria circum
2. Præcipites atrā ceu tempestate columbæ
2 1. Condensi; verum hos non insula sacra tuetur,
12. Relligione loci, at omnes discrimine nullo
3. Cædit et humano sceleravit sanguine templum
13. Diripuitq; omnem gazā & monumenta vetusta
6. Et templum, & templi incendit penetralia sacra.
2. Ilicet ignis edax summa ad fastigia vento
2. Volvitur, exuperāt flammæ, furit æstus ad auras.
2. Postquam *Ierusalem* visa est considere in ignes,
4 2. Dux refertēs prædā rediit, quæ maxima gaza est
2. Incensis erepta adytis mensæq; *Jehovæ*,
2. Craterasq; auro solidi, captivaq; vestis.
2. Sic urbs tot quondam populis tectisq; superba,

Regnatrix

* In locum *Holofernes* successit hic

Regnatrix *Asiæ Iuno* domus aures, bello 2.
Inclyta prolapsa est, atq; ictu à culmine strata, 2.
Sic hygii caput imperii *Babylonia* tandem
Everti *Solymam* totamq; à sedibus imis 1.
Eruit, & cives magna ditione premebat; 2.1.
Septuaginta annos volvendis mensibus, illis 1.
Assiduo insultans fastu, dum cogit inermes, 3.
Ignotos, bello fractos, fatisq; repulsos, 2.
Iussa aliena pati, & dominis parere superbis; 10.
Rex ergo inferni toto dominatur in orbe. (olim 2.
Sed pater omnipotens promissi haud immemor
Abramo facti toties, & fœderis icti 13.
Cum *Iuda*, vates misit qui fata canebant 3.
De Christo, qui flos veterum, virtusq; virorum 8.
Destruet imperium Satanæ, & cœlestia condet 4.1.
Mœnia, Christiadasq; suo de nomine dicet, 1.
Christiadas rerum dominos gentemq; togatam, 1.
Sic placitum, veniet lustris labentibus ætas; 1.
Quum domus *Abrami Româ* & *Babylone* superbâ 1.
Servitio premet, ac victo dominabitur orco. 1.
Nam deus ad *Persas* regnum *Babylonis*, & illinc
Transferet ad *Græcos*, & ab illis denique *Romam*. 1.
Multa ferent Christus sociiq; incommoda, longa 8.
Exilia, & casus, atq; omnes denique mortes
* Usque ad magni Constantini tempora. Gente sub *Hebræa*, *tercentum scilicet annos: 3.10.
Tum Satanæ regnum Christus de sedibus imis 1.1
Eruet, & sanctam multa vi munier urbem. 1.
Tunc & fatales murorum arrollere moles, 1.
Saxaq; subvectare humeris *Iudæa* juvabit. 11.
Sic tandem nigrum rex debellabit avernum 11.
Christus, & inferni frænabit voce tyrannum. 6.
1.

Christiados

CHRISTIADOS

LIBER. 6.

Argumentum.

Anno 70, annis captivitatis *Babyloniæ*, & concessa *Iudæis* in patriam redeundi venia, nusquam extruitur templum cum urbe, frustra morâ insidente Satana; & quamvis *Iudæi* tempore captivitatis, & post reditum domum, partim domesticis dissidiis, partim ab externis hostibus in extremum discrimen sæpe adducti fuerint: deus tamen memor cælestis *Solymæ* seu ecclesiæ, varios populi sui defensores & vindices excitavit: nempe *Hestor*, *Alexandrum*, *Macedonem*, *Ptolemæos*, *Philadelphum*, *Mathæum* cum filiis *Iuda*, *Ionathan*, *Simone*, *Hircano*, qui typi fuerunt Christi cælestis *Solymæ* propugnatoris: sed cum deus provocatus esset sceleribus *Aristobuli* regis & successoris ejus, permisit *Iudæam* in *Romanorum* potestatem venire: *Babylonis* namque imperium ad *Romanos* translatum fuit, ubi variis Phœ afficitur honoribus cuiusque regnum longe latèque propagant: *Solyma* in servitutem redacta, extincta *Macabæorum* familia, & *Davidis* stirpe fublata, *Idumæis* regibus subiicitur *Iudæa*; interea Christus tam diu expectatus ac toties promissus ex Spiritu Sancto concipitur, nunciante Angelo: variisque prodigiis antecedentibus, nascitur ex *Maria* Virgine. Digressio fit in laudes Christi: ostenditurque illum esse solum deum *Iudæorum* & gentium: *Græcorum* vanitas in multiplicandis diis arguitur: *Iudæi* ut Christum ducem & pastorem agnoscant admonentur atque exhortantur.

3. POstquâ res *Solymæ*, & *Salomonis* vertere regni
3. Sed meritum, visum *Jovæ*, cecidit q; superbum
3.6. Templum, atq; omnis humo fumat collapsa *Sionis*
3. Regia, rum patriæ lachrymantes arva relinquit
1.1. Relliquiæ *Abramidæ*, atq; ignotis urbibus errat;
7.3. Donec consumptis tandem infœlicibus annis
2. Exilii, subito posuere ferocia *Persæ*
1. Corda, volente deo, inprimis 97 rex ipse quietis
1. Accipit: in miseros animum mentemq; benignã
11.1. Queis libertatem dat condere templa Tonantis;

Daniel c.9.& 11. Esdræ 1.4.5 6 Nehemiæ c.1.) Esdram Hieronymus ait.

Et *Solymæ* fundare arces, ac tecta novare; 4.
Inq; exoptatam patriam remeare, sed illis 2.
Opponit se rex stygius, causasq; morandi 94.
Innectit, sed qui mundi molitur habenas 4. 12.
Conatus Satanæ volucres dispersit ih auras, .11.
Omnia discerpens, & nubibus irrita donans 9.
Consilia, hos etenim reduces patria alta *Sionis* 11.
Vidit, & hi templum domino de marmore condūt 6.1.
Verum impar primo legem & præcepta recenset 2.6.
Esra, *Nechemias*, dictis castigat acerbis 5.
Ingratum populum, patriis qui redditus oris 11.
Posthabuit beneficta dei, veterumq; malorum 2.6.
Oblitus, præceps patrum in peccata ruebat. 3.
Sævus *Haman* statuit cunctos de sanguine *Iudæ*
Tollere cæde una, si non pia cura resistat 9.2.
Cœlicolum regis, qui res hominumq; deumque 3.1
Æternis regit imperijs, & fulmine terret, 1.
Namq; *Hester* virgo forma excellente 98 tyrānū 8.12.
Mitigat, & socios à proditione nefanda 1.2.
Liberat insontes; quamq; intentabat *Hebræo* 7 1.
Ipse sibi fecit fœrtem scelerum fabricator *Hamanus*. 2.2.
Dirā *Scarabelis* genus alto à sanguine *Dauid* 4.
Cujus ab antiqua descendit 99 origine Christus,
Servitio emissos longo *Babylone* reduxit 10.
In patrium socios regnum, templumq; refecit. 3.
Nec non cunctantes opera inter talia primus 10.
Horratur socios, paribusq; accingitur armis: 6.
Binos post longum exilium *Babylonis* ab oris 6.
In patriam *Solymæ* cœlestis duxit *Iesus*. 2.

Magnus *Alexander* sævis dum fulminat armis 11.
In *Tyrios*, domitis *Persis*, summasq; minatur 12.
Dejecturum urbes *Iudæ*, excidioq; daturum, 11.
Totus collucens veste atq; insignibus, illi 10.
Occurit *Iaddus* summus tunc sorte sacerdos 6.8.
Quem rex ut vidit vultum demissus adorat. 1.
Namq; illi in somnis habitu conspectus eodem 4.

Omni-

18.12. Omnipotens pater est, qui regem Martis secundo
3. Prædixit dominatum hostes, magnumq; futurū.
11. Sic urbs immunis belli atq; impune quieta
11. Evasit, sed non talem est experta Tyrannum
1. * Ægypti, qui nempe dolis ingressus in urbem,
9.11. Amplam convectat prædam, viduatq; colonis
Vicinos agros; verum hos *Philadelphus* ad aras
2.2. Optatæ patriæ tutos lætosq; remisit.
2.9. Tum mensam ex auro solido & crateras amicos
Pontifici dedit, hic regi dat dona vicissim,
Et legem quam rex *Græo* sermone videre
2. Dudum exoptabat versam; sed rector Averni,
7.11. Post hæc, * dissidiis urbem concussit, & hosti
6. *Antiocho* dedit in prædam, qui protinus omnia
12. Cædibus & flammis deformat, sæva profanat,
12. Expoliat templum, cæsis altaria porcis
3.4. Polluit, ac abolere jubet monumenta vetusta.
2. Non tulit hanc speciem furiata mente *Mathias*,
12. (Cui genus à 100 proavis ingés, clarúq; paternæ
12. Nomen erat virtutis, & ipse acerrimus armis)
11. Sed pubem armavit, scelerata altaria fregit
1. Conveniunt quibus aut odium crudele tyranni,
1.G. 3. Aut metus acer agit; verum inclementia mortis
G.3. Hunc subito rapuit; bellum suscepit *Judas*
12.12. Filius, hic semper successu inimica secundo
12. Agmina dissecit; non illum exercitus ingens
8. Terruit *Antiochi* magni; non arma minæque
Antiochi nati; sed cum *Simone* per hostes
12. Irruit adversos, rapidus fert impetus ipsum,
12. Et cristam adverso curru quatit aura volantem,
12. Atq; ambo gladios fulgentes sanguine tingunt
9.11. Hostili, trepidisq; fuga tota agmina vertunt,
12. Ac velut immissi diversis partibus ignes
12. Arentem in sylvam, & virgulta sonantia lauro,
12. Aut ubi decursu rapido de montibus altis
12. Dant sonitu spumosi amnes & in æquora currūt

Quisq;

* Nempe dū populiscum vicio Ioſephū.

Quisq; suum populans iter; non segnius ambo
Iudas cum *Simone* ruunt per prælia nunc nunc
Fluctuat ira intus; rumpuntur nescia vinci
Pectora, nunc tocis in vulnera viribus itur.
Restitrait patrium cultum templumq; revisit
Iam desolatum, lustratq; altaria *Iudas*,
Et jubet ad templum solennes ducere pompas.
Multa deo ante aras *Iuda* cadit hostia dextra;
Carmine quin patrio meritos dicebat honores.
Antiochus victus cum *Iuda* fœdus inire
Cogitur, at postquam fuit ictum fœdus, & omnes
Compositæ leges, violavit perfidus illas;
Diruit & muros, & propugnacula templi;
Concussitq; omnem magnis plangoribus urbem.
Qui sibi jam requiem belli rebusq; salutem
Sperabant, iterū arma volunt, regemq; querūtur
Inūdum, & *Solyme* sortem miserantur iniquam.
Pyrrhæ 101 *Demetrius*, sed non impune, lacessit
Iudā ad certamen, qui 102 *Bacchidis* agmina sper-
Atq; 103 *Nicanoris* turmas delevit, eumq; (nit,
Fulmineo telo trifles demisit ad undas.
Ducebat jam mille viros Mavortius heros,
Cum novus invadit fulgens exercitus armis
Iudeam, & sævus campis magis ac magis horror
Crebrescit, nigro glomerari pulvere nubem
Prospicit & toto tenebras insurgere cœlo.
Non tamen audaci cessit fiducia *Iudæ*,
Quamvis deseruere illum formidine multi,
Sed sese accingit, socios simul instruit armis.
Hi numero exigui, sed bello vivida virtus,
Quos ubi confertos audere in prælia vidit,
Incepit super his: juvenes fortissima semper
Pectora, jam quæ sit rebus fortuna videtis,
Pro patria moriamur, & in media arma ruamus,
Quamvis non totidem nobis animæq; manusq;,
Ne tamen indecores turpi formidine nevē

Deficit

101 Hic fuit Seleuci filius, qui regnum Syriæ Antiochi regis & Laodices occiso Demetrio 102 Bacchidis præfectus Iudæ insultauit, ut vide libro primo. 103 Nicanor, Demetrii Seleuci filius amicus, qui Romæ fugienti Demetrio fuit.

11.10. Deficimus ait, jam pene res fortis fuit,
9.10. Bellaq; devicta, atq; euhausta pericula tanta;
11. Nam Deus auxilio nobis noſtriſq; futurus,
11.6. Cujus opem toties experti in rebus egenis.
11. Non pertæſtat multo cum ſanguine fundere vitam,
10.12. Quam poſitis armis dominis parere ſuperbis?
1.10. An vos (O ſocii) qui me meaq; arma ſequuti,
5.10. Terga fugæ nudans infanda in morte relinquis?
12. Terga dabo, & *Iudæ* fugienté hæc terra videbit?
12.12. Vſq; adeone mori miſerũ eſt? ſtat quicquid acerbi
12.4. Morte pati potius quam turpem degere vitam;
11. In patriam nunquam remeabo ingloriùs urbem.
12. Dixit, & adverſos telum contorſit in hoſtes
12. Procurrens: ſonitũ dat ſtridula cornus, & auras
12. Certa ſecat: ſimul hoc, ſimul ingẽs clamor, & om-
3. Cõcurſũ fremitu horrẽdo, clãgore tubarũ (nes
12.11. Terribili reboant montes; cruor undiq; rivis
11.11 Funditur, ingemuit tellus, tegiturq; cadentum
11.12. Corporibus, tenebris telorum involvitur æther.
11. At medias inter cædes exultat *Iudas*
12. Hos congreſſus & hos: hunc eminus, eminus illũ
9.12. Infeſtis ſternit jaculis, enſemq; coruſcat
4.4. Fulmineum, & multo ſpumantem ſanguine, cãdẽ
9. Diſperſit medias acies formidine turpi.
9. Quod ſimulac vidêre hoſtes qui * lævа cecidêre * ſiniſtram cornu.
10. Agmina, mox totam in *Iudam* rapuere phalãgem
8.10 A tergo aggreſſi, virtus coit omnis in unum.
2.10. Obrutus ingenti numero, & congreſſus iniquo
9. Pugnâ, nec clypeo *Iudas* ſubſiſtere tantum,
9. Nec dextrâ valet: injectis ſic undiq; telis
9. Obruitur: ſtrepit aſſiduo cava tempora circum
9. Tinnitu galea, & jaculis ſolida æra ſatiſcunt,
9. Diſcuſſæq; jubæ capiti, nec ſufficit umbo
9.9. Ictibus, ingeminant haſtis, & terga fatigant.
9. Hoſtiles turmæ; tum toto corpore ſudor
8. Liquitur, & pictum (nec reſpirare poteſtas)

Flamineſ ajax, ſolus qui virtute auget, & nobilitat aſcia. 5.
Tum ſole ſurgente, ut ſol ſic, & victoria victus, 6.
Et ſuperata lyrâ pulſat cæſos arma reſtituta quondã 11.
Ruinam Solymæ, ſolus cum noſter Iudas 11.
Chriſtus, & crinitas cæſa pulſiq; trophæa 11.
Hoſtibus eripuit, victricibo; 'gloria venit 11.
Sanguine cum multo; ſic non eſt fabula inulta 11.11.
Vulnera, ſed pulchram penitrer vulnera mortẽ 5. 11.
Hinc regem inferni domuit Stygiaſq; phalanges, 11.
Hinc trepidas ſplis Infernum territat armis; 11.
His perrumpit ovans diri ſacraria Ditis 11.
Aeq; his ad ſedes victor redit inde paternas, 11.
Indè reverſurus fulgens in nubibus; horum
Fulgore horrifico trepidabant aquina Ditis. 8.
Cum; vidit Chriſti fulgentiaq; arma, per auras 6.
Attonitæ fugiẽt hoſtis alialante tumultu. 6.11.
Montibus abſcondi optabunt, cæciq; latebris; 6.2.
Hi Chriſti reditus, expectatiq; triumphi. 11.
Iudæ ſuccellit *Ioathes* qui marte ſecundo 12.
Diſiecit bis mille viros, quiq; expulit omnes 11.
Hoſtes *Iudæ*, & pepigit cum *Eacide* fœdus. 10.
Hujus amicitiam *Demetrius* ambit, & illam 7.10.
Ambit 105 *Alexander* donis, quem præmulit iſti 12.
Dux *Ioathes*, verſi poſtquã conceſſit ad umbras 10.
Demetrius, *Ionathen* firmo ſibi fœdere junxit 11.
105 *Demetrium* nanquhuic ſemper victoria ceſſit; 12.
Inſidiis donec 106 *Tryphonis* capus, & arte 2.
Oppreſſit, *Simon* ſubijt qui mœnia cinxit 12.
Aggeribus *Solymæ*; nunc ſedibus eruit imis 10.1.
Aretem in præcipiti ſtantem, ſummiſq; ſub aſtra 2.
Collibus eductã, hinc *Græci* inrorquere ſolebãt 2.7.
Omne genus telorum in templum & tecta Sionis. 2.
Tryphonis obſidit, diſiecit & oppida capta 12.
Mulcq; ſuum patriæ niq; tribuo libera cœpit. 12.
Semper fidelis operæ pugnabat in hoſtem. 12.
Sed tandem inſidiis 3 generi inter pocula ferro 27.

Occidit;

Occidit 109 *Hircanum* successit filius; Ille
108 *Antiochū* qui tunc urbē obsidione premebat
Muneribus sibi conjunxit, pacemq; requirit
Et quia non ultra propriis spem ponit in armis,
Italicæ rebus *Romanumq;* triumphis
Auditis, fædus renovat pepigere quod olim
Cum gente *Asmonā* patres; multa oppida cepit
Atq; evertit opes straviq; à culmine celsam
109 *Sebasten*, tandem devictis hostibus umbris
Occubat; hunc sequitur gestans insignia regni
110 Gnatus *Aristobulus* genetricis morte nefanda
Nec non *Antigoni* pollutus sanguine fratris,
Qui misere oppetiit revomens ex ore cruorem
Frater *Alexandri* regnum suscepit, et ille
Germano occiso se multa cæde cruentat
Civium, at hi tandem defessi infanda furentem
Armati circumsistunt, illę improbus irā
Sævit in insontes pariter sonteśq; superbo
Imperio, et quando 111 *Ptolomæum* invasit iniquis
Fatis, amissa est acies, turpiq; coactus
Est dare terga fugæ, sociosq; relinquere prædā
Hostibus, et miserā multando morte; referre
Horresco ut patriis epulanda apponere mensis
Corpora natorum jussit *Ptolomæus* inulto
Tandem languenti morbo correptus, id orcum
Infœlicem animam demisit, regna relinquens
112 Vxori; huic sceptrū extorquet castellaq; natus
Nomine *Aristobulus*; * maior contentus honore
Pontificis: verum invasit discordia fratres
Consilio Antipatri, cui multos *Cæsar* honores
Addit. *Aristobulus* bis regnis exul adempt is
Post vatios tandem casus exhaustaq; bella,
Pocula lethæis haurit medicata * venenis.
Nec tua te pietas *Hircane* nec insula texit,
Quem falsa occidit sub proditione * tyrannus,
Quamvis frigebant ēffœta in corpore vires.

taurus exim
mutatis cor
nibus, pro
la quod
gentes ac
maribus pr
ferra mis
109 *Sebaste*
Samariæ in
honorem
hujus primum
sibi diadema
imposuit 42
annos post
redium
tem fune
nece. &c.
111 *Ptolomæus*
qui a Jose
Cleopatra ma
rito ejecta
Cyprum ex
rinebat.
112 *Aristobulus*
dus mor
uxor *Alexandra* in
regnum suc
cedit.
* Herodem.
* Vide Jose
phum Antiq.
l. 14. c. 15.
* Herodi
magnum.

Ante nepos (miserum) populatas tempora raptis 6.6.
Autibus *Antigonus*, patriis hunc expulit oris. 6.3.
Nec longum *Antigono* lætatur, quem quoq; fata 10.
Prospectant parui, eadem mox arva tenebat. 10.
Scipio *Alexandrum* obtruncat, fratremq; *Triuoir* 3.
Antigonum, in quo percussa cervice securi 2.
Eversum est regnũ *Solymæ* & domus inclyta *Iudæ*. 1.2
Nam rex uxorem *Mariamnen* sustulit, atq;
Mersit 113 *Aristobulum Iordane* in flumine fratrẽ 6.
Sic *Iudæ* extincta est soboles, *Iudææ*, demum 4.
Cæsar Idumæo transcribit sceptra tyranno. 7.
Iamq; peregrino *Solymæ* sceptrisq; potito, 11.3.
Et regum abolitis monumentis, atq; senatu,
Rex *Stygius* sperans penitus periisse *Simeon* 6.3.
Exultat, sedem imperii *Babylonis* ad urbem, 4.
Septem quæ una sibi murocircundidit arces, 6.
Transtulerat, tercentum illi delubra per urbem 4.8.
114 Per ma- Maxima thure calent; vigilant altaribus ignes 14.
tremDeum Excubiæ divum æternæ, pecudumq; cruore 4.
ponæ Pingue solum, & variis balabant limina sertis. 4.
magnum so- Omnibus in templis matrũ chorus, omnibus aræ: 8.
rorem Insu- Ante aras terram cæsi stravere juvenci. 8.
læ gnat ter- Innumeros coluere Deos, *Erebumq;*, *Chaosq;*, 4.
ræ. Tergeminamq; *Hecaten* ubi virginis ora *Dianæ*: 4.
115 Aliquan- *Diras*, 114 matréq; *Eumenidum*, magnamq; sororẽ 6.
do Lunam (Quæ divũ dicta est genitrix, cui *Dondyma* cordi 9.10.
Apollinem Turrigeræq; urbes, bijugiq; ad fræna leones.) 10.
adorabant, a- 115 Laronæq; genus duplex, *Janumq;*, bifrontem, 12.
lternando Fonteſq; fluviosq; sacros, quæq; ætheris alti 12.
simul cum Relligio, & quæ cæruleo sunt numina ponto; 12.
Sole, ideo Hæc *Pluto* priscos docuit celebrare *Latinos* 7.
Diana gemi- Numina, & hunc ritum sacrorum, ut rite sacratas 11.
nata solius In flammam jugulent pecudes, & viscera vivis 11.
meminerit Eripiant, cumulentq; oneratis lancibus aras. 13.
soli, non ve- Hi natos docuere suos, hinc maxima porro 5.
rum Sole Accepit *Roma*, & patrium servavit honorem; 5.
nascitur.

Nullus

12. Nullaq; gens æque Satanæ celebravit honores.
10. Sed justum advenit tempus quum Christus *Jesus*
8. Rex *Solymæ* templa & Capitolia celsa tenebat.
3. Effigies sacras divum *Phrygiosq;* penates
3. Quos secum à *Troia*, mediisq; ex ignibus urbis
11. Extulit *Æneas*, templis ejecit; & *Orci*
12. Imperium evertit penitus, ritusq; sacrorum
6. Mutavit, Satanam sub cartara voce fugavit;
12. *Christiadis Italos* jussit parere superbos.
3. Atq; ut opes fractæ *Stygiæ*, & fortuna recessit,
3. Multi *Christiadæ* victriciaq; arma sequuti.
6. Atq; triumphata tandem *Babylone* superba
11. *Ierusalem* meritis fulsit decorata trophæis.
3.7. Grajugenæ impletant divorum altaribus orbem
10.6 Quorum si vellem percurrere nomina quæq;
1. Ante diem clauso componet vesper Olympo.
4. Heu vatum ignaræ mentes, & numina vana
6.12 Quæ Christo advétâte metu fugêre sub umbras
6. 5. Nam Christus Deus ille deûm est, & *Iupiter* ipse
5.6. Ardua terrarum qui fulmine concutit, ignes
1 4 Nubibus em'ttens, horrendaq; mu mura misces:
10.1. Hic tempestatum rex est, *Eurig*; furentis
6 G. 2 *Æolus*, horrisonos urgens ad sidera fluctus.
5.10. Ille est *Neptunus* domitor maris, ille per alta
10.1. Stagna viam scindens, frænat sub gurgite mostra
1. G. 2 Atq; indignantem positis stridoribus undam.
8. Hic ille est *Atlas* humero qui sustinet orbes
8.9. Ætherios, nutu mundi qui sidera torquet.
4 G. 2. Hic illa est *Pallas* magni prudentia patris,
8. Quam Deus æterno concepeam vertice fudit.
9.9. Hic *Mavi* armipotens acies in prælia cogit,
11. Agit idem oblato componit f.ædere bellum.
8.6. Ignipotens *Vulcanus* hic est; namq; igneus olli
6.8. Est vigor; hic rursus cælo descendet ab alto,
8. Fulgores dans horrificos, sonitumq;, metumq;
1. G. 1. Corripiet totum flammis crepitantibus orbem.

* Ἀπὸ τοῦ ἀπόλλυμι, ἀπολῶ τὸ ἀπολῶλα τὸ ἀπόλλυμαι, ἀπολοῦμαι τὸ ἀπολοῦμαι, ἀπόλλυσθαι, ἀπολλύμενος, ἀπολλύμενον, ἀπολλύμενοι, ἀπολλύμενα, ἀπολλύμενα, ἀπολλύμενα

Hic *Phœbus* cœlo pallentes discutit umbras; G.1. A.4.
Hunc{que} repertorem medicinæ novimus, Ille 7.
Mortales docuit cantu mulcere labores. G.1. G.4.
Et victor serpentem infesto vulnere stravit. 5.2.
Ille est *Mercurius* verus quem casta nympha 4.8.
Cœlestem partu sub luminis edidit auras 7.
Plena deo mulier, claro demissus olympo 7.4.
Nuncius hic celeres defert mandata per auras. 4.
Tum 116 virgâ capit, hac animas ille evocat orco 4.
Pallentes, alias sub tristia tartara mittit. 4.
Hic ille *Alcides* victor, *Iovis* inclyta proles, 8.6.
Monstrorum domitor debellatorq; ferarum, 7.
Tartarea & valida prosternens agmina clava: 6.10.
Ille caput veteris contudit calcibus anguis, 1.11.
Et *Cacum* in tenebris incendia vana vomentem 8.
Corripit in nodum, complexuset angit inhærens 8.
Elisos oculos, & siccum sanguine guttur. 8.
Quæ regio in terris hujus non plena laboris? 1.
Primus ab ætherio descendens Christus olympo 2.8.
Ipse est *Saturnus* placida qui in pace regebat 8.
Indocilem populum, & dispersum montibus altis, 8.
Arvorum pecorisq; deus *Pan* creditus olim, 8.2.
Cujus religio pavidos terrebat agrestes. 8.
Sed Christus *Pan* ille Deus quem vidimus ipsi Ec.10.
Sanguineis virgis, spinis, clavisq; rubentem, E 10. 4.
Lan geræ comitantur oves, hirtæq; capellæ. 3 G 3.
Advenerit *Zephyrus* cum læta vocantibus æstas, G 3.
In saltus utrumq; gregem, atq; in pascua mittit. G 3.
Inde ubi quarta sitim cœli collegerit hora, G 3.
Et cantu querulæ rumpunt arbusta cicadæ; G 3.
Ad puteos aut alta greges ad stagna reduci, G 3.
Æstibus & mediis ramorum protegit umbrâ G 3 G 2.
Tum tenues dat rursus aquas, & pascua læta G 3.
Solis ad occasum, cum frigidus aëra vesper G 3.
Temperat, & saltus refic t jam rosida luna. G 3.
Non 117 metues acres illo custode Molossos, G 3.

Nocturnum

116 Per virgam intelligo divinum verbum quod aliis est odor vitæ, aliis mortis.

117 De ovibus istis nec lupus, nec fur tollit, nec latro interficit, &c. *Aug. in Iohan. tract. 45.*

G.3. Nocturnũ aut stabulis furem, insultúq; luporũ
4.2. Vitro animã dedit ille suã, pro pingibus agnis;
G.1.4.1. Pro grege balanum duros tulit ille labores.
3G.4. Quid memorem fraudes alias & dolosa furta
1.4. Graiorum? lucem è nostris annalibus hauriam
2.3. Involvêre umbris errorum & nubibus atris.
1G.2. O tu qui curas & oves ovium q; magistros,
E.5.2.1 Quiq; pedo retrahis teneros ab ovilibus agnos;
1.11G.3 Errantes, humeroq; refers ad pascua lanas;
9.8. En ego balanum exercens nunc montibus altis,
1.9. Nunc densa in sylva, dumisq; silentibus erro.
6G.3 Ergo alm vestiga oculis, exquire bidentem
3G.3. Errantem rigidos nullo custode per agros.
G.3. Intereunt ubi tot pecudes præfrigore; nullæ
G.3. Aut herbæ campo apparent, aut arbore frondes.
G.3. Semper hyems, semper spirantes frigore Cauri.
G3. Tum Sol pallentes haud unquã discutit umbras;
G3 Nec quũ invectus equis altum petit æthera, nec
G3. Præcipité Oceani rubro lavit æquore currũ (quũ
2.9.4. Ergo me recipe in caulam de saltibus hujus
9.9. Fallacis mundi tot sentibus undiq; pleni;
8.6. Horrentes ubi tot dumi, & stabula alta ferarum.
G3. Tum medicas adhibere manus ad vulnera pastor
4G.3. Ne pigeat; culpas verbo compesce priusquam
G.3. Dira per incautum serpant contagia vulgus.
4G.3. Ne dedigneris fluvio mersare salubri
4. Sanguinis hãc animã, meq; omni exolvere labe.
2.G.3. Teq; oro, capesaxa manu, capere robora pastor;
G.3. Tollentemq; minas, & sibila colla tumentem
G3.10. Dejice pestiferum colubrum; defende bidentes;
9. Impastus ne plena leo per ovilia curbam,
9. Cum suadet vesana fames, mandatve, trahatq;
9. Molle pecus, munitq; metu: & fremat ore cruento.
3.2. O gens Æmilidum magni decus indyta Iuli
10.6. Sexcentos & mille rotam jam volvitis annos.
3.1. Circum omnes otas terræ, maria omnia circum

Errantes profugi pecudes velut absq; magistro 1. G.
Pastoris vestri hunc vocem agnoscite pastum, G. 3.
Dum vocat in caulam: tunc asperiare vocantem 1. G.
Gens efferæna Deum? quæ te dementia cepit? 3. A.
Est tibi despectus, nec quis sit quæris *Iesus*, Ec.
Quam dives nivei pecoris, quam lactis abundas Ec.
Ah! *Iude* infœlix quæ nunc in montibus erras, 3.
Si qua tui pastoris habet te cura, redito Ec.
Hic gelidi fontes, hic mollia prata; per herbas Ec.
Labuntur liquidi fimosis flexibus amnes. 1. G.
En formosus oves in gramine pascit *Iesus*. Ec.
Propter aquæ rivum; & patulæ sub tegmine fagi Ec. 1.
Sylvestrem tenui musam meditatur avenâ. Ec. 1.
Dumq; canit pulsæ referunt ad sidera valles: Ec. 1.
Et cantu rigidas deducit montibus ornos. Ec. 1.
O *Iude* soboles, Christi nil carmina curas, Ec. 1. 2.
Carmina quæ cœlo possunt deducere 118 lunam, Ec. 1.
Sistere aquam fluviis & vertere sidera retro? 4.
Nocturnos ciet his manes, mugire videbis (bes, 4.
Sub pedibus terrâ, & tremere altis montibus ur- 4.
Non hunc carminibus victisset *Thrax ille Orpheus* Ec. 4.
Qui mulsit tigres, & agebat carmine quercus. Ec. 4.
Carminibus *Circe* socios mutavit *Vlyssi*, Ec. 8.
Ex hominum facie in vultus & terga ferarum: 7.
Sed Christus cantando lupos fulvosq; leones, Ec. 1. 2. 4
Setigerosq; sues, atq; in præsepibus ursos, 7.
Quadrupedũ eripiens formam (mirabile dictu) 9 4.
In vultus atq; ora hominum mutavit & artus. 1. 5.
Propterea ad nostras caulas & septa venite; 9 G 4.
Montibus in nostris errate & vallibus imis; Ec. 6. A. 3.
Hic insueta graves non tentant pabula foetus; Ec. 1.
Frigida nec glacies hic est, ventive nivales; G. 3. G. 3
Nec lappæ tribulive adhunt, nec corpora morbi G. 3. G. 3
Corripiunt; nullæ pecudes moriuntur in herbis, G 4.
Aut dulces animas plenis ad præsepia reddunt G 3.
Verum alta sub rupe canit dum pastor ad auras, Ec. 1.

Hæc

G.1.A.1 Ecce catervatim curvis in vallibus errant,
3. Tondentes gramen late candore nivali.
G.3. A.2 Ad puteos nostros & pocula sæpe frequentes,
G.3. G.3. Vnum sit stabulum, sitq; unus pastor utrisq;
3. Sic demum *Abramides*, quæ vos a stirpe parentis
3. Prima tulit tellus, eadem vos ubere lacto
3. 4. Accipiet reduces, ductorem exquirite Christum.
3. Expectata dies aderat, fiustamq; serenâ
3. Aurorâm *Phaetontis* equi jam luce vehebant;
4. 10. Alma dies quæ luce novâ detexerat orbem
1. Et mentis tenebras, & legis dissipulit umbras.
3. Nam neq; erât 119 astrorũ ignes neq; lucidus æ-
3. Sidereũ polus, obscuro sed nubila cœlo, (thrã
3. Et lunam in nimbo nox intempesta tenebat;
3. 10. Donec siderii perrupto cardine cœli,
5. Nulli visa ciro decurrit tramite * stella:
1. 4. Quæ primo intactam lustravit virginis alvum;
12. Tum *Solymam* lustrans æterna in pace futuram,
3. 1. Exussit mœstæ mavortia mœnia *Romæ*.
12. Turbantur magno *Babylonis* regna tumultu;
8. Tartareæ trepidant sedes, alta ostia *Ditis*
6. 4. Adventante deo, & toto cœlũ omne remugit:
4. 3. Terrificant animos tristes è nubibus ignes:
Ec. 1. A. 9 De cœlo tactum est 120 *capitoli* immobile saxum;
G. 1. Et mœstũ illachrymat templis ebur, æraq; sudãt.
G. 1. *Romulus* & patrii indigetes dii, vestaq; mater,
G. 1. Vix *Tuscum Tyberim*, & *Romana* palatia servant:
6. 2. Nam subito cecidere metu simulachra deorum;
8. Et lupa cum geminis pueris cervice reflexâ,
8. Mulcens alternos & fingens corpora linguâ?
G. 1. Cum legam tabulis æraeæ asservere columnæ.
A. 4. Dum vero medium lustrat Sol aureus orbem
10. Hunc *Iris* croceis ambivit roscida pennis.
A. 1. Quin etiam è puteis oleum manare profundis
4. 6. Visum, atq; in medio tres soles fulgere cœlo
4. Spinearum serum referens (mirabile dictu)

Ambiit

nam: hanc glossã notant Cicero 6. Phil. & collectanea de cœlo tac-

119 Corrupti editiones, quibus nam codices Isidori flamma, & nonnulli manebus in tenebris legebat. per nostra doctorum, per coelum synagogam, per nubes sermones impios, per lunam, mundum intelligo.

* Christus stella nuncupatus.

120 De his aliisq; prodigiis scribit *Dio* l. 37. & 41. & 47. Iosephus in Octav. c. 94. & 95. Orosius 6. lib. 18. & *Eusebius* in chron. Solin. in verbo Augusti

Ambit ignitus Phœbeum circulus orbem, 10.5.
Venturi potentes Dei, regisq; futuri, 7.
Auspiciis cujus felicibus indytus *Iudæ* 1. 6.
Imperium terris, animos æquabit Olympo. 6.
Per varios tamen (heu) casus, & funera crebra, 1.6.
Debellanda manent Satanæ durissima regna; 5.6.
Perq; ignem, & tela, & rorantes sanguine spinas 8.
Est iter in cœlum nobis, sic itur ad astra. 6.9.
O tu quem magnus superûm regnator, Olympo 4 12.
Demissum, tantos voluit perferre labores, 12.
Christe deus (maior rerum mihi nascitur ordo, 7.
Majus opus moveo) precor aspirato canenti, 7.
Pandito nunc *Helicona* mihi, cantusq; movento, 10.
Et mecum ingentes oras evolvito rerum, 7.
Dum tua carminibus complectimur acta *Marix*. 6.1.
Urbs antiqua fuit, *Zabulon* tenuere coloni, 1
Nazaret in montis frondoso vertice structa; 7.8.1
Hanc coluit forma & præstanti corpore Nympha 1.
Cui *Mariæ* cognomen erat; jam nubilis annis, 7.
Iam matura viro; vinclo socianda jugali 7.4
Iosepho: hic *Davide* satus justissimus unus 4.2
Qui fuit in terris, & sct vantissimus æqui. 2.
At *Mariam* (auditis si quicquam credimus) *Anna* 8.
Progenuit; *Matthum Maria* de matre Sacerdos 4.1
Edidit hanc *Annam*; genus huic materna superbû 8.11.
Nobilitas dabat, egregiâ nam stirpe creata est 11.10.
Davidis, cujus generis fuit author *Iudas*. 4.
Sic genus amborum scindit se sanguine ab uno. 8.
Ecce autè interpres *Gabriel*, *Iovis* missus ab ipso 4.
Navigat; hic ventos & turbida nubila transans 4.
Auratis pennis, apicem & latera ardua cernit 4.
Excelsi montis *Galilææ*; huic nubibus atris 14.
Aereum caput & vento pulsatur & imbre. 14.
Hic pelagum paribus nitens *Iovis* Angelus alis 14.
Constitit, hinc toto præceps se corpore ad urbem 14.
Misit avi similis, quæ cæsum littora, circum 14.

Piscatos

l.1. Piscosos scopulos, humilis volat æquora juxta;
l.2. Haud aliter terras inter cœlumq; volabat
l.3. Nuncius alatus, nubes venosq; secabat.
l.4. Vt primum parvis foribus sese intulit almæ
Geo. l.4 Virginis, humano tandem sic ore loquutus:
Æn. l.3 O fœlix una ante alias sanctissima virgo,
Ecl.4. Cui nova progenies cœlo dimittitur alto;
Æn. l.1 Ex te nascetur cœlestis origine Christus (num
Ecl.4. Chara 121 deũ soboles magnũ 122 Iouis incremẽ-
Æn. l.7 Dauidis hic patris solium conscendet avitum,
Ecl.4. Pacatumq; reget patriis virtutibus orbem.
Æn. l.1. Huic deus haud metas rerũ nec tempora ponet,
l.1. Imperium sine fine dedit, te numine sacto
l.6. Spiritus intus alit; tenerumq; infusa per artus
l.6. Mens agitat fœtum, & parvo se corpore miscet;
3. Ne dubita, nam vera audis.
1. Hæc ubi dicta dedit, sublatus in aëra pennis
1. In cœlum sublimis abit; sed territa virgo
2. Obstupuit, steterũtq; comæ, & vox faucibus hæsit.
3. Multa movens animo numen venerantur ovanti
1. Hinc abiens sese cognatæ ad limina perfert
Geo 3. Saxa per & scopulos, & depressas convalles;
Æ.11.8. Namq; omnis regio sylvestribus horrida domis
6.1. Montibus æreis urget, celsisq; minatur
1.11. In cœsum scopulis; virgo tamen ardua montis
11. Per deserta jugo properans adventat ad urbem,
5.1. Et consanguineæ tectis succedit Elisæ,
1. Cumq; ingressa, & coràm data copia fandi,
1.2. Ipsa gravis, gravidam, læto clamore saluras;
Geo.4. At vox ut Mariæ maternas impulit aures
Æn.12.1. Cognatæ, en uterosaltum dedit impiger infans;
2.6. Qui licet inclusus tenebris & carcere cæco
4.11. Præsensit tamen auroram mortalibus ortum,
G.1. Atq; erumpentem densa inter nubila solem.
Æn.6. Nondum hausit cœli jucundum lumen & auras,
4. Et tamen ille deum manifesto in lumine vidit;

121 Christus deum soboles, id est regnum qui dii vocantur.
122 Christus patris increamentum dicitur, non active sed passive, non crevit, sed additione filii, sed filium crevit qua homo in sapientia, gratia, statura, virtutibus, & gloria: Deus opt. max. est vere Imperator, quia vere invasa parat. ὁ Θεὸς ἐπὶ πάντων ζεὺς πατὴρ βασιλεὺς; Socinolus, Sic Salustius. Dis Patria deum verum Neptuni vocat; qui vero Neptunus, &c.

Non-

Nondū aures Patuere tamen vox fervur ad aures. 6.
Quam varia in puero hoc fulgent miracula rerū 1.6.
In vinclo exultat, medioq; in carcere liber, Ad. 4.
Ablq; aure audivit, lumen sine lumine vidit. 5.
Tum sic orsa loqui genitrix: O sola beata 6.1.
Formosas inter Nymphas, foetusq; beatus 1.6.
Quem portas utero; mene ergo invisere tandem 11.4.
Alma parens domini dignabitur? ecce repente, 2.4.
Quā primū ut nostras tua vox pervenit ad aures, 3.
Lætitiā exultans fœtus pede plaudit in alvo. 12 6.
O fœlix cui non cessit fiducia, namq; 3.12.
Servabit pater omnipotens promissa, fidemq; 2 6.
Tum breviter virgo vultum demissa profatur: 1.
En nova nunc tacitum pervertat gaudia pectus, 7.
En animus Iesu laudis succensus amore. 7.
O mihi tam longe maneat pars ultima vitæ, Et. 4.
Spiritus, & quantum fas erit ea dicere facta, Et. 4.
Qui tenuem famulam tali dignaris honore; Ad. 1.
Non ignare mali miseris succurrere gaudes. 1.
Propterea diversa polus dum sidera pascet, 1.
Semper honos nomenq; tuum, laudesq; manebūt. 1.
Omnes me gentes quas terra extrema refuso 7.
Submovet Oceano, vel quas extenta plagarum 7.
Quamvis in medio dirimit plaga solis iniqui; 7.
Omnes hæ dicent me terq; quaterq; beatam. 1.
Nos humiles genitor cœlo miserēris ab alto; 5.
Est tibi vis animo, tibi tanta potentia, nobis 1.
Parcere subjectis & debellare superbos, 6.
Dejicere immites alta de sede tyrannos, G. 4. 1.
Tollere humo tenues urget quos turpis egestas. G. 3. 1.
Tu victu revocas vires, queis pallida semper 1.3.
Ora fame, & donis opulentum, & munere divum 3.1
Exspolias, servum auxiliis opibusq; juvabis; 1.
Hæc ea pollicitus, neq; te sententia vertet. 1.
Ast ubi non dubiis cœpit cognoscere signis G. 4.
Joseph Mariam gravidam; pactos hymenæos Ad. 4. 4.

Exercere

4.19. Exercere timet, dolet & vulgare pudorem
10. Virginis: ergo animo nūc huc, nunc fluctuat illuc
5. Dum vero in curas animus deductitur omnes,
5. Et nox atra polum bigis subvecta tenebat;
5. Visa fuit cœlo facies delapsa ministri
5. Aligeri, subito tales effundere voces;
4. Tu qui *Davidis* genus alto à sanguine ducis
4.4. *Iosephe*, hanc *Mariam* ne dedignare puellam
1. Iungere connubio stabili, propriamq; dicare
6.3.6. Nūc tibi, nam vere gravida est, & Numinis æstu.
4.1. Suscipiet sobolem cui tu cognomen *Iesu*
6.12. Impones, quia nempe salus suprema suorum est.
5. Dixerat, & tenues fugit ceu fumus in auras.
3. Haud secus ac jussus fecit *Iosephus*, & omnem
2.G.4. Exegit sine concubitu cum virgine vitam.
4.2.3. Interea magnum *Sol* circumvolvitur annum,
3. Et glacialis hyems *Aquilonibus* asperat undas;
3. Quin orbem medium nox horis acta subibat;
Ec.4. Nec non longa decem matri fastidia menses
I.4.A.5 Attulerant, prægnans eū virgo enixa puellū est
6.1. In stabulo, quoniam prohibentur tecta subire
I.4.A.6 Hospitii, tanta est pueri nascentis egestas,
1.7. Qui tamen in toto fuerat ditissimus orbe;
1. Imperium Oceano, famam jam terminat astris;
6. Sic tandem generata Dei est certissima proles,
3. Quem Christum Graii, *Iesum* cognomine dicūt
3. *Abramide*: huic virgo genitrix, mirabile dictu,
G.4. Quam non ulla *Venus*, nulli flexere *Hymenæi*,
A.11. Ast innupta manens, & virginitatis amorem
11.1. Intemerata colens partu dedit integra prolem;
3. Pulcra solo recubās, pulcher circum ubera natus
Ec.4. Ineipit intactam risu cognoscere matrem.
Ec.4 Aspice convexo nutantem pondere mundum,
Ec.4 Terrasq; tractusq; maris, cœlumq; profundum,
Ec.4 Aspice venturo lætentur ut omnia sæclo.
A.1.6. Nam puer hic, ille est promissus sæpius orbi,

Qui

Qui populos in pace teget, gentesq; superbas 7.
Iustitia premet, & late dominabitur. 7.
Orbem sub leges mittet; nam ferrea primum 4.
Desinet, & toto surget gens aurea mundo. 8.
Iura dabit: diræ ferro & compagibus arctis 7.
Claudentur belli portæ, furor impius intus 1.
Sæva sedens super arma, & centum vinctus aheneis 1.
Post tergum nodis, fremet horridus ore cruento. 1.
Non ferro instructus, non auro, ostroq; decorus, 11.
Nec telo exultans, nec luce coruscus aheneis; 1.
Sed pietate potens, super & *Garamantas* et *Indos* 6.
Proferet imperium: jacet extra sidera tellus, 6.
Extra anni solisq; vias, ubi cœlifer *Atlas* 6.
Axem humero torquet stellis ardentibus aptum. 6.
Hujus in adventu jam nunc & *Cassia* regna 6.
Responsis horrent Divûm, et *Maotica* tellus, 6.
Et septemgemini turbant trepida ostia *Nili*. 6.
Abramidæ duri dura de stirpe parentum 3.
Accipite hæc paucis, animosq; adhibete, docebo. 3.11.
Hic illa est utero matris demissa columba, 2.5.
Rostro pacifera quæ ramum extendit olivæ. 6.8.
Hic sol justitiæ est, qui lustrat lampade mentes 1.4.
Humanas, densisq; umbras, tenebrasq; resolvit. 4.8.
Hæc vera aurora est, miseris mortalibus almam 11.
Quæ tulerat lucem, lustrans opera atq; labores. 11.
Exulit os sacrum cœlesti hic *Lucifer* arce 8.
Quem Deus ante alios astrorum diligit ignes. 8.
Hic Manna est cygnos superans candore nivali, E.7.A.3.
Aurea perpetuæ quam texit virginis urna. 4.6.
Hic flamma est tactu lambens innoxia molli
Virginis arbustum: lapis est de monte revulsus, E.4.A.2.
Sed sine mortali dextra, durove labore.
Quid vobis pandam Varum prædicta priorum? 1.4.
Omnes Vaticini cecinerunt hunc fore magnum 8.1.
Atq; adeo decus hoc ævi, qui sæcula condet E.4.6.
Aurea; cui tellus omnis feret omnia, cuiq; E.4.

Molli

Ec.2. Mollí pinguatim fœcundet campus aristâ,
Ec.3. Inuidiæ rubens pecudibus sentibus uua,
Ec.3. Et uas æquoreus fudabunt roscida mella.
Ec.4. Quò duræ signa manent sceleris vestigia nostri
Ec.4. Irrita perpetuâ soluent formidine terras.
Ec.5. Non lupus insidias pecori, nec retia cervis
Ec.5.6.4. Ulla dolum medita nocet; non vinea falcem,
Ec.4. Nec rastros patietur humus; sed sponte sua sol
Ec.4.Ec.7 Robustus juga tum curru, nemus omne virebit,
Ec.8. Cum cambus similis veniens ad pocula damæ.
Ec.5. Ipsa lætitia voces ad sidera montes.
Ec.5. Ingeminabunt: ipsæ resonabunt carmina rupes.
6.2. Hunc igitur dominum Iudæa, agnosce potentem:
3. Assiduis supera votis, sed munera supplex
3.Ec.5. Intemerata Deo. Deus, O, Deus ille, profani
Ec.1. Atq; erit ille mihi semper Deus; illius aram
3.2. Vsq; colam, & flammâ incendâ fragrantis amoris;
Ec.1. Quamvis nulla meis ab ovilibus imbuet agna,
6.1. Nam pietas, & prisca fides animusq; benignus,
7.9. Nô minus hæc cordi tibi sunt puer optime Christe,
Ec.1. Quam si multa meis exstet victima sepcis.

Christiados

CHRISTIADOS

LIBER. 7.

Argumentum.

Hic Liber continetur vaticinia de Christi nativitate, vita, miraculis, morte, resurrectione, ascensione, &c. deque amplitudine, posteris & splendore ecclesiæ *Sabææ*, id est, Ecclesiæ & regni Christi. Vbi ampla occasione sit digressio in laudes regum *Iacobi* & *Caroli* nutricium Ecclesiæ patrum. Vbi etiam invehitur *Virgilius* in sacrilegos *Sibyllæ* expilatores, qui rapaci hoc fraudo, Ecclesiæ bona, furore nefario petiti, ancipi mucrone dirimunt.

HVnc olim castæ vates cecinere *Sibyllæ*. 5. 6.
Quarum quæ fandi doctissima filia *Glauci* 20.6.
Deiphobe, *Phœbi* vates (cui fræna furenti 6. 6.
Cohortere, & stimulos sub pectora vertere fuevit 6.
Deliae) ex puro generandum virgine Christum 6.6.4
Præsidio, vocemq; volens atq; ora resolvit. 3.3.
Non vero in foliis hæc scripsit carmina virgo, 5.
Ne turbata volent rapidis ludibria ventis. 6.
Hunc etiam * *Balaam* cecinit longævus aruspex 8.8.
Cui pecudum fibræ, cœli cui sidera parent, 10.
Et linguæ volucrum, & præsagi fulminis ignes: 10.
Efferet os, inquit, sacrum de stirpe *Iacobi* 8. 6
Sidus, & erumpet *Iudæ* de semine virga 7.7.
Aurea, percutiet mundi quæ regna superba. 7.9.
Ergo *Iacobæi* processit principis astrum, *Ec.9.*
Astrum quo proceres gaudebunt ætheris, & quod *Ec.9.1*
Ducet ab apricis *Persarum* finibus usque *Ec.9.14*
Retibilenos reges, domini ad cunabula nostri. 3.
Cum malus infecit *Paradisi* in saltibus anguis *G.3 G.3.*
Primævum patrem, denunciat ipse * *Iehova* 3. 3.
Christum fœmineo venturum semine cretum 3.9
Qui caput immanis pomiferæ calcet draconis; *G.4.*

Sed

Sed [illegible] ades [illegible]
Denuis, & adnorso signatus in cælee cicatrix.
Hic ille est * filiis tremula quem voce Iacobus
Venturum cecinit, cum pallens morte futura
Incubuitq; thoro, dixitq; novissima verba.
Hic ille est hominum Iesus, interpres Iesu
Vates fatidicus, quem * Moyses legifer olim
Prædixit, similemq; sibi, magnumq; futurum.
Hic ille est regis Davidis filius; hic est
Qui templum condet; cujus sine fine manebit
Imperium, ut * Nathan vates effatus aperte est.
Hic rex * justitia gentes frænabit, hic ille est
Filius, * hunc bodie genuit pater, atq; Sionis
Vertice sublimi stantem, regemq; vocavit;
Cui dedit Oceani fines gentesq; regendas.
Exultabit ovans, & * spe requiescet in illa (Orco
Quod pater hanc animã, stygio non linquet in
Nec sanctam patietur humi putrescere carnem.
Non vir sed * vermis, quem pingues undiq; tauri
Circumstant cornuq; petunt, pugnamq; lacessunt;
Dentibus infrendent sævorum turba leonum,
Atq, rudunt, sævitq; canum latratus in auras;
Tartareus custos, horrent cui colla colubris,
Hunc premit assiduo cursu, turbatq; latratu
Horrendo, trepidiq; pedem pede fervidus urget:
Inclusum veluti si quando in flumine nactus
Curvum, aut punicea sepium formidine pennæ
Venator cursu canis, & latratibus instat.
Ille autem insidiis, & ripa territus alta,
Mille fugit, refugitq; vias: ac vividus Umber
Hæret hians; jam jamq; tenet, similisq; tenenti
Increpuit malis, morsuq; elusus inani est.
Huic variæ illudunt pœnæ; pars verbere torto
Insultat misero; pars * vestem scindit & inter
Æquales illam partiuntur, sorte trahendã.
Inficiunt hi * felle dapes, hi pocula aceto
Vitea commiscent & non innoxia verba;

Aſt alii* effoſſis manibus pedibuſq; recludens 4.22
Pectoris occultas latebras, ubi nocte quieſcat 10.6
Supremũ, mea mens poſtquam eſt defuncta peri- 6.4.
Ecce oculis capti fodere cubilia talpæ. (clis, 6.1.
Hic ille eſt ingens præſtanti corpore Princeps, 6.7.
Chriſtus avis aravisq; potens, & nobilis armis; 7.7.
Et qui mortales ſupra uſt* pulcherrimus omnes 4.7.
Gratia diffuſa eſt labris fragrantibus oſtro. 6.12.
Ille enſem ſemori fulgentem aptabit habendo, 10.12.
Spumantemq; agitabit equum fortiſſimus heros 11.
Iuſtitiæ inſignem phaleris; quem pellis abenis 5.11.
Non tegex in plumã ſquamis conſerta, nec aurũ; 11.
Verum pſisa fides, atq; indulgentia ſalvo 6.G.2.
Longe auro atq; armis melior, pictiſq; tapetis. 7.
Inſtrato ſic vectus equo, ruet æquore toto. 7.11.
Hoſtibus inſultans pavidis; nec parva ſequetur 12.11.
Gloria, quum *Solymæ* auſpiciis fœlicibus urbis 11.11.
Proferet imperium, totum miranda per orbem 6.1.
Dextra rebellantum dabit altos ſtragis acervos. 6.11.
Ille tenens arcumq; manu, celereſq; ſagittas, 1.
Spicula torquebit validã penetrantia dextrã, 11.
Regis in adverſos hoſtes, ſub pectore condens. 11.12.
Donec procumbant omnes, dextramq; precantẽ 5.12.
Protendant humiles, & regis numen adorent. 12.2.
Imperii ſolium manet uſq; in ſæcula fixum; 6.12.
Iuſtitiaq; micat ſceptrum, non ære decoro, 1.12.
Non auro manus Artificis quod Dædala finxit; 12.G.4.
Iuſtitia populos frænavit & odit iniquos. 1.7.
Gaudia pertentant mentẽ, quod rector Olympi 1.5
Hunc oleo ſuper æquævos perfudit amicos. 3.5.
Halantes Aloe, & Caſia Myrrhaq; madentes G.4 A.12
Regia purpureas emittet eburnea veſtes; 12.6.
Blandaq; ſuſpenſum mulcebunt gaudia mentem. 5.1
Aſſiſtunt Nymphæ regali à ſanguine cretæ 4.
Inter honoratas famulas quæ juſſa capeſſant 5.1
Auro omnes, pictis incinctæ veſtibus omnes. G.4 A.7
Aſſixa ad lateri dextro ſtat regia conjux, 10.6

Purpureæ

* Pſ. 21. v. 16

* Pſalm. 44. a verſu 2. ad verſ. 10.

14. Purpuream picto chlamydem circundaca limbo;
4. Cui tunica ex auro, crines nodantur in aurum,
4.5. Aurea cæruleis radiabat fascia gemmis.
10 Tota quidem * forma est pulchertima filia regis. * Ps.45 vers. 14.15.
4. Luce micant oculi, egregio decus emicat ore,
5. Gratior at pulchro est veniens e corpore virtus.
11. Vestibus in *Phrygiis* fulget quas ante puella
11. Fecerat, & tenui telas discreverat auro.
10.3 Nympharum comitante choro, plausumq; secuti
1.12 Ingeminante, domus resonabit regia, quando
3. Illam porticibus lætus rex accipit amplis. * Ps. 89.35.
3.2 Ille * instaurabit dissoctæ mœnia *Judæ*, * Ps 51. vers. 18
1. Atq; urbem * *Solymam* condet, sedesq; locabit * Ps 72. 4. vers. 3. 24
1. *Abrahamidum*, & genti nomen dabit, armaq; figet.
E.5. A.8 Montibus in * nostris illo sub rege vigebit
1.3 Pax & justitia, & populus venerabitur illum,
G.1. Luna revertentes dum menstrua colliget ignes,
G.1. Et dum Sol referetq; diem, condetq; relatum,
G.4. Vt cadit æstivis effusus nubibus imber
G.1. A.8 In gramen tonsum, veniet sic Christus Olympo;
6.6. Imperium cujus per totum extenditur orbem
G.2. Cærula qua porto longe sonat unda refuso,
G.2. A.8. *Æthiopumq; Arabumq;* colent hunc regna superba,
11. G.2. Aurea portantes & thurea dona *Sabæi*
1.3 Suppliciter reges aderunt; genibusq; volutus
2.3. Hostis adorabit; dominumq; in vota vocantes
6 1. Gentes submissæ libabunt oscula terræ.
9.10. Hic pretio redimet miserum, & defendet egenũ.
G.1. Agricolæ votis quæ respondebit avari
G.1. Montibus & scopulis horrescet spicea messis.
G.2. Vtq; cedrus *Libani* per purum assurgit ad auras,
G.1. Haud secus innumeris tollet se culmus aristis.
Ec.5. Illi omnes gentes solennia vota quotannis
Ec.5. Suppliciter facient, damnabit & hic quoq; votis.
4.3 Dumq; orbem lustrat cœli fœcundile lumen,
1.2 Semper honos, semper nomen celebabitur ejus.
6.1 Inq; illo gaudia [illegible]

Omnes quos ambit *Nereus* refluentibus undis. 10.G.4
Ps.35.v.10 Et pietas,* & prisca fides junguntur in illo; 6.
Et Virgo redit, & redeunt Saturnia regna. Ec.4.
Quin caput alma fides è terris efferet, illo 6.G.3
Sub rege, & summo descendet ab æthere Virgo. 8.11
Ps.98.v.70 71. Qui fuerat stabuli * custos in montibus olim G.4
Tessiades linquens teneros cum matribus agnos, G.3.E.1.
Succedit solio, *Iudeaq;* regna capessit; 8.
Ps.39.2 v. 20.ad v. 31. Cujus * odorifero perduxit tempora nardo 12.G.4
Omnipotens, sceptrumq, dedit, regniq; coronam: 8.
Sic *Christum* quondam custos gregis, omnia rerum Ec.10.
Sceptra tenet, manibusq; orbis molitur habenas. 1.12.
Hunc juvat auxilio genitor, dextraq; tuetur, 11.2
Ne scelerum facies, violentaq; pectora lædant. 6.10
Ille hostes premet, & vestigia vertere retro 11.
Coget, & hostili mucronem sanguine tinget. 10.12.
Nec pietas, nec prisca fides hunc deseret unquam 6.12.
Ille triumphatas utroq; à littore gentes G.3
Auspiciis patriis penitus sua sub juga mittet, 11.8
Cæruleo per summa levis volat æquora curru, 5.
Atq; indignatas magnis stridoribus undas G.2
Æterno premet imperio; vinclisq; tenebit 1.G.4.
Omnia per magnas labentia flumina terras. G.4.
Huic gemina auratus taurino cornua vultu G.4.
Serviet *Euphrates*, huic nigrâ *Nilus* arenâ G.1.G.4
Fœcundans viridem *Ægyptum*; *Rhenusq;*, *Tagusq;*, G.4.
Fluviorum rex *Eridanus*. *Xanthiq;* fluenta. G.2.A.4
Illum etiam rapidus *Oxus* cognoscet *Oaxis*, Ec.1.
Et pulcher *Ganges*, atq; auro turbidus *Hermus*. G.2.
Nec non agresti capitis *Iordanus* honore Ec.10.
Florentes ferulas, & grandia lilia gestans Ec.10.
Agnoscet *Christum*, & meritum persolvet honorem, 8.8
123 *Dona* nifer Aberdoniæ fluvius. margaritarum cap. tura nobilis, Sic niger humectans flaventia culta *Gal sus*, G.4.
123 *Bonus*; baccas quæ volvitur inter arenas; 10.
Et velox *Rhodanus* velatus arundine glaucâ, 10.
Turbidus & torquens flaventes *Tiber* arenas. G.2.
Ipse pater *Tybe*[illegible] & ipse *Adriacus* fluenta, G.4.

Saxo

G.4. Saxo sumq; sonans *Hypanis, Tanaïsq;* nivalis,
E.8.E.1. Hæc stupefacta suos submittent flumina fluctus
1.1. Imperio *Christi*, cujus mandata capessent.
8.3 Hæc inter *Thamesis* cœlo gratissimus amnis,
E.6. Floribus atq; apio crines ornatus amaro
8.7 Agnoscet *Christum*, & vitreis venerabitur undis;
10.E.2. Vicinæq; colent ripæ; cui lilia plenis
E.2. Ecce ferent Nymphæ calathis, cui candida *Nais*
E.2. Pallentes violas, & summa papavera carpens,
E.2. *Narcissum* & florem junget bene olentis anethi.
E.2. Tum Casia, atq; aliis intexens suavibus herbis
E.2. Mollia luteola pingent vaccinia calatha.
G.3.A.10. Illi etiam sortes portabunt dona coloni,
G.3. Et viridi in ripa ponent de marmore templa
G.3.A.11. Propter aquas, ubi gramineæ de cespite quódã
8.4. Aræ fumabant hominum pecudumq; cruore.
1.8. Centum & bis dena *Augustam* delubra per urbem
3.9. *Christo* fundabunt saxo fabricata vetusto,
8. Relliquias fidei & veterum monumenta patrũ.
2. Quæ pietas statuet dum sacra Deum q; timebunt
8. *Christiados*; vel dum pavidos terrebit agrestes
3.8. Relligio; sed sacra fames succedet habendi
8.3. Contemptusq; Dei; desertas quærere terras
10. Cogetur pietas; tum res rapuisse licebit
10.1. Et certare odiis patrios populare penates,
12.3. Templaq; deripere, atq; aras evertere sacras
6.2. Fas erit, atq; aurum sacratum avellere templis.
5.12. Templa *Caledonii* cœlo vicina reponent
12.2. Æqua solo; & summas cæsis custodibus arces,
2.1. Dũ furit indomitũ atq; ignobile vulgus in arma,
8.G.1. Heu belli rabies, & habendi dira cupido
8.12. Atq; superstitio quantorum causa malorum!
2. Verũ animus memorare horret, luctuq; refugit.
Sancte parens hos sterne tuâ virtute, ruinas; * Ps.8.v. 14,15,16.
12. Vt rota præcipites, & cursu concitus axis,
7. Audent qui manibus violare rapacibus ædes
12. Sacratas; fac projiciant ex unguibus uncis

Abstractaq; domus, abjuratæq; rapinæ 8.
Et eadem à nostris terris averrito pestem. 3.
Utq; levem culmum, stipulaq; procella volutet G.1.
Torquet, & ut flatus crescentibus ignis in altos G.1.
Elapsus frondes per tecta incendia sylvam G.2.
Volvit, & ingentem fumo sublexit Olympum; 8.2.3.4
Haud secus irarum flammas effunde, hujusq; 12.
Turbine convellas hos ab radicibus imis. 1.G.1.
Sed tamen hunc nostrũ tandem solabere luctũ; 10.
Namq; feret nobis aliquando optatibus ætas 8.
Auxilium adventumq, Dei, qui templa caduca 8.
Tollet humo, & veterẽ *Solymæ* renovabit honorẽ 8.3.4.5.
Nequicquam canibus circum latrantibus atris. 7.4
Ipse sedens niveo candentis limine *Pauli* 8.
Fronte gerat lauri ramos, atq; aureus esto; 6.E.7.
Fœtus enim pietate hujus caput altius effert 11.
Paulus in egregio mox conspiciendus amictu. 9.
Carole te nobis jam pridem regia cœli G.1.
Invidet, atq, hominũ queruntur curare triumphos; G.1.
Tu namq; es meritus fama super æthera tolli, 1.
En tibi thure pio Musarum altaria fumant, E.G.1.
Et templa ædificant, sertisq; recentibus ornant 1.
Castalides, sacrumq; ferunt ad sidera nomen. 1.
Et mea *Calliope* calamo te cantat agresti 10.E.1.
Pierias inter frondes, turbamq; sororum, 10.
Dum sedet ad fontem sectum: at (si vita superstit) E.c.1.6.3
Constituet templum, temploq; indicet honorem, 6.1.
Qua juga *Parnassi* vitreis fons irrigat undis E.10.G.1
In medio mihi *Divus* eris, templumq; tenebis. G.3.
Ipse caput tonsæ foliis ornatus olivæ G.3.
Thurea dona feram *Tyrio* conspectus in ostro. G.2.G.3
In foribus faciam ex auro solidoq; elephanto, G.3.
Virtutes rex magne tuas, benefactaq; tanta 1.G.3.
In *Solymæos*, & pietatis opus, quo templa vetusta 2.3.
Structa piis manibus, sed nũc vel marte vel arte 3.
Diruta restituis, demissq; recentibus auges. 1.
Addam & navali surgentes ære columnas, G.3.

8. Et subjectatuis *Neptuni* regna carinis;
Erepsamq; sacratis lacrymis è gutture prædam,
G.3 A.3 Improbus quos subigit nostras abhinnere mensas
G.3 A.2 Ingluvies, sacro nunquam satiata cruore.
3. Visceribus miserorum, & tabo sanguine pasti
3. Ossa super recubant mallis semesa cruentis.
7. Hæc si monstra tuis, rex magne, ejeceris oris
G.2 E.5 Fortunatus eris, & *Carolus* alter ab illo,
6. Qui rem restituit *Latium* fusceq; recepit,
12. Et pacem *Solymæ*, majestatemq; reduxit.
G. 3. Tunc *Parios* addam lapides spirantia signa,
7. Quin etiam veterum effigies ex ordine avorum
7. Antiqua ex Cedro, *Brutus*, *Fergusius*, atq;
7. *Brussius* arma potens; alii q; ab origine reges,
7. Martia qui ob patriam pugnando vulnera passi
7. Vestibulo adstabunt; stabit genitoris imago
8. Aurea, qui nobis hæc condidit aurea sæcla,
1. Et clausit belli portas compagibus arctis,
8. Finitimas inter posito certamine gentes.
E.4. A.8 *Sicelides* musæ manibus date lilia plenis,
6. Purpureos spargam flores, animamq; *Jacobi*
6. His saltem accumulem donis, & fungar inani
6. E.c.1. Munere, nam patriæ, nobisq; hæc otia fecit.
G.1. Magne parens *Solymæ* qui sacra palatia servas,
E.5 A.10 Sis bonus, hostilemq; (oro) defende furorem,
8. Et regem incolumem nobis, patriæq; reserva.
G.1. Hunc saltem everſis juvenem succurrere sæclis
G.1. Ne prohibeto, satis lustris peccata parentum,
9. Pœnarum exhaustum satis est; miserere *Sionis*
Iam tandem, miserere tui bone pastor ovilis;
G.4. Namq; lupos acuunt teneri balatibus agni
E.c.5. Qui pecori insidias meditantur, tota cruore
3. Caula natat, cæpidiq; tremunt sub dentibus artus.
10. Heu domus alta *Sion* facta est spelunca ferarum
3. Horrida *Christicolum* sanie, dapibusq; cruentis.
G.3. Acribus hos venare lupos præsse alme Molossis,
Atq; eos è cellis sævos prosterne leones:

Ertipe semesam prædam; ne cæde suorum
Ulterius pinguescat humus Sylvasq; togatus. G.1. A.1.
Sed nunc ad *Christum* vatum q; oracula reverte.
* Ps.89.v.27 21,29,36,37. Regibus omnipotēs * colet hic magis omnibus
Omnis in hoc nato chari stat cura parentis; (unus. 12
Cujus nulla dies, vis nulla averset amorem 12.
Quo res cunq; cadēt, nec pacē aut fœdera rumpet 12.
Cujus progenies magna de stirpe manebit, 4.6.
Et soliuni, convexa polus dum sidera pascet; 12.
Æthereos genitor dum nutu sustinet orbes. 8.
Illum deficiet soboles, & regia sedes 13.7.
Cum *Phaeton'is* equi cessabunt naribus ignem 5.12.
Efflare, & referare diem mortalibus almam, 12 11.
Lunaq; quadrijugo ferri inter sidera curru. 12.
Hic ille * æternus divūmq; hominūq; sacerdos 1.3.
* totus Ps. 110. *Melchisedec*, sicut rector juravit Olympi; 9 12.
Qui dextro affixus lateri genitoris, Avernum 10.
Subjiciet pedibus, premet hostes calcibus omnes. G 2. A 10
Accipiet sceptrum, fascesq; in monte *Sionis* 7.
Attollet, cunctisq; illinc dominabitur oris. 7.1.
Illum omnes pleno lætantes agmine gentes
Victorem excipient plausu; tum veste decora 5.11.
Illi sponte suā terrarum serviet orbis. 6. G.1.
Veros in teneram pecori gratissimus herbam E.8.
Occulto miro q; modo descendit ab alto. G 4. A 1
Sic *Christum* e cœli labentem credimus arce 2
Occultas egisse vias, per virginis alvum. 3.
Ille iram exercens infesto vulnere reges G.4. A 2
Sternet, & ingentes acies stragemq; ciebit. 6.
Multo præcipites implebit sanguine fossas. 11.
Et quæsitor erit, vitaq; & crimina discet 6.
Gentium, & invicto cædet mucrone tyrannos.
Dumq; hostē insequitur fugiētē, & corpore sudor 5 9.
Liquitur, & fessos quatit æger anhelitus artus; 9.
Hauriet extemplo liquidas è gurgite lymphas
Restingueteq; sitim, & caput altū ad sidera tollet. E. 5. A. 12
* Cant. 1. v. 1, 2, 3. Hic est cujus * amor vino mihi dulcior omni, E. 10 E. 7
Suavis

G.4. Suavis odorati cui spirat nominis aura,
1. Propterea illius Nymphæ inflammantur amore;
1.Ec.2 *Nayades*, & magno studio vestigia lustrant.
Ec.2. Formosum mea mens pastorem ardebat *Iesum*
Ec.2. Delicias hominum, nec quid speraret habebat,
Ec.2. Ignorans quonam viridi projectus in antro
Ec.2. Captantes pecudes umbras & frigora pascat
G.3.G.3. Æstibus in mediis; donec per pascua læta
G.3.G.3. Ad pingues duxit pecudes & ovilia pastor
Errantem, & gelida requiescere fecit in umbra.
Ec.5 Malus * ut arboribus decori est, ut vitibus uvæ
Vrgi solæ campis, ut lilia vallibus alba:
Ec.5. Sic *Christus* decus omne suis, sub tegmine cujus
Ec.2. Cana lego recubans tenera lanugine mala.
G. 3. Hic ille est cervus saliens in montibus altis,
1.6 Cornibus arborcis, atq; inter lilia pascens.
Cujus nocte madet vertex & rore capilli.
12.G.1. Qui superat * candore nives, ostrumq; rubore,
8.12. Aurea frons olli; vibratur vertice nigra
11.G.1. Cæsaries fusci corvorum nigrior alis,
10. Qualis gemma micat fulvum quæ dividit aurum;
Aut quales oculi candentis lacte columbæ
G.2.G.2 Irriguos juxta gelidis in vallibus amnes:
Tales sunt oculi *Christi* sine labe decori.
1. Ecce genæ flagrant huic semper odoribus, ecce
G.3. Candida distillant labrorum lilia Myrrha;
1.2. Et digiti gemmisq; graves, auroq; refulgent.
6.G.3. Sic uterus gemmis nitet, & candenti elephanto,
4.4. Cruraq; marmoreas referunt antrata columnas.
10.12. Ingreditur quanus *Libanus*, vel qualis in altis
12. Montibus attollit se vertice Cedrus ad auras.
12. Ergo non superat *Christo* formosior alter;
12. Non animo nostro languenti charior; ille
6.7. Gutture divino suaves exhalat odores.
Ec.3. Dulce satis humor, depulsis arbutus hædis:
Ec.3. Lenta salix foeto pecori, mihi solus *Iesus*.
Ec.3. Tristis lupus stabulis, maturis frugibus imbres:

Arboribus

* *Cant.* 2. v. 3 9.16. & *Cant.* 5. v. 2.

* *Cant.* 5. a vers. 9 ad finem capitis.

Arboribus venti, & nobis illius iræ. E.3.
Ergo age *Christe* Deus, mea lux, mea solâ voluptas; 2.3.
? *Cant.*2.11, 12.13. En Sol * pulsam hyemem sub terras surtus agit, G.4.
& *Cant.*7.v. 11.12. & *Cant.*6.9.11. Et nunc omnis ager, nunc omnis parturit arbos, E.1.
Nunc frondent sylvæ, nunc formosissimus annus; E.2.
Halantes horros, vineta, & rura petamus; G.4.G.5
Atq; inter corylos mollî sedeamus in herba. E.5.E.6
Fundit humus flores, jam candida populus antro E.6.
Imminet, & lentæ texunt umbracula vites. E.8.
Nunc avium audîtur varius concentus in agris, G.1
Et lætæ pecudes, & ovantes gutture turdi; G.2.
Littoraq; halcyonem resonant, & acanthida dumi G.3
Et gemit aërea castus nunc turtur ab ulmo. E.1
Iam teneros grossos trudit de cortice ficus, G.2.
Qui tenues rumpunt tunicas; jam spirat odoré G.2.G.3.
Pampinus, & lætô turgent in palmite gemmæ: E.7
Et nunc omne tibi stratum silet æquor, & omnes E.9
? *Cant.*3.v.1. Aspice, ventosi ceciderunt murmuris auræ. E.9
Purpureis * igitur spirantem floribus hortum G.4
*Cant.*4.v.16. Ingremus simul, & carpamus mitia poma, E.E.1.
*Cant.*6, v.2. & 11.*Cant.*2. v.3. Lilia, castaneas molles, & tenera pruna. E.1.E.2.
Pocula lacte novo spumantia, roscida mella; E.5.E.4.
Læteos latices, suaveq; paremus odores; G.3.E.2.
Nec myrrhæ desint lachrymæ, nec punica mala.
Dum vero strident sinæ virgulta capellæ; Ec.10
Ilice sub nigra pallentes ruminat herbas Ec.6.
Dum pecus, & raucis resonant arbusta cicadis; Ec.2.
? *Cant.*1.v. 2.13.16. Oscula * libemus, mecum in dulgebis amori; 1.4.
Optatos dabis amplexus, dextraq; tenebis; E.9.
*Cant.*2 v.5. 6.24. Accipe me gremio, mecum requiescere noctem Ec.1.
Fronde super viridi poteris; cantemus amores, E.1.
Et tenui agrestem meditemur arundine Musam. E.6.
Nã me carpit amor, quisnã modus adsit amori? Ec.2.
Nec lachrymis crudelis amor, nec gramina rivis, E.10
? *Cant.*3.v. 8.9. Nec cytiso saturantur apes, nec fronde capellæ. E.10.
Sævior est * tigride Ismarioq; potentior ipso. 3.12.
Quis poterit tantum reticere? Faunibus hæc, 1.
Volumus

7.2. Volvétem indomitæ flammæ atq; incēdia vitæ ?
7.5. Non vires heroum, infusiq; flumina possunt.
E.10. Omnia vincit amor & nos cedamus amori.
G.2.A.10 Montibus* imponet montē, & tecta astra sonæ * Is.2.v.2.
12.6. Agmine quo denso gentes populiq; volabunt,
6.11. Horrida candentes componere fœdere bella.
7. Vomeris & curvæ falcis renovabit honorem.
7.G.1. Ensibus ex patriis facient dentalia, & hastas
7.E.4. In falces vertent, surget gens aurea mundo.
G.2.G.2 Hoc vimen * *Isse* quod stirpibus exit ab imis * Is.11.v.1.
G.2. Ingenti *Solymum* ramorum prodiget umbra ; 7.8.
E.5. Nec lupus insidias pecori meditabitur, illo
8.G.5. Sub rege, aut pueris asperget vipera virus ;
G.5 Quippe malum virus serpentibus auferet atris ;
E.3. Frigidus haud lædet, qui vis latet anguis in herba ;
8. Impavidi ludent pueri super aspidis antrū, (ba ;
G.4.A.4 Immanesq; feræ pecora inter inertia degent
11.11. Innocuæ rituq; bovis leo strāmina mandet.
4. Hic ille * *Immanuel* verus, quem candida virgo * Is.7.v.14.
4. *Iessæides* sancto concepeum flamine fundet. 15.
1. Hic est quem tanti talem genuere parentes,
6.3.6.4 Qui lac concretum, qui mella tenacia mandet.
10.8. Nascitur ille puer qui * regni infigne superbū * Is.9.v.2.
4. Fert humeris gradiesq; Deos superemin et omnes
3.6. Spiritus hunc * oleo labente perungit, ut ægra * Is. 61.v.1.
1.7. Pectora muleeret dictis, & nuncia justis
7.8. Læta reportaret, liberetatemq; referret
3.2. Captivis, vinctoq; meum, manicisq; levaret.
8. Utq; recludatur fotibus domus atra revulsis
6.1 Inferni; veniet, genteſq; è carcere ducet.
1.6 Gentibus* hic lux alma data est, & gloria *Tuæ*, * Is.9.v.2.&
6 Hic clavem * *Davidis* habet, qua limina regis Is.42.v.6. Luc.2.32.
8.12. Inferni reserat solus, qui rursus eadem
9. Occudit. C ui tanta homini permissa potestas ? * Is.22.v.22. Apocal.3.7.
7. Hic est quem * *Bozra* venientem purpura gaudis * Is.63.v.1.
4. Sanguineis maculata togis, qui nuda cruore
G.2. Hostilis cinxit crepida cruris ocreatis.

Hic solus calcavit ovans hostilia colla. 11.3
Sanguinis en plenis spumat vindemia labris. G 2
Isa.42.v.3. Non linu extinguet fumans, non flamine venti G.1.A.10.
2.3.7. Quassatos franget calamos; clamoribus iras 1.G.1
Non acuet mitis, nec quenquam voce lacesset: 9.E.3
Sed clausos tenebris, & cæco carcere vinctos 4.
Isa.53.v.2. Educet, cæcisq; viam monstrabit ad astra. 1.4
3.4.5. Nec decus egregium formæ, nec robur in illo, 7.
Sed gravibus curis & mille doloribus æger; 4.6.
Vulneraq; illa gerés quæ plurima propter amicã 2.
Accepit *Solymam*: despectus, vilis, egenus, 2.1.
Afflictus vitam in tenebris luctuq; trahendo, 2.
Pro nobis multis plagis & morte peremptus; G.4.A.6
Et qui vulneribus medicavit vulnera nostra. G.1.A.2
E sicca tellure ut planta ascendet in auras, G.1.B.2.
Cujus per tenuis adolescet frondibus ætas. G.2
Hic pastor *David* quem fatis ora resolvens G.4.
Ezech.34.v. Olim *Bunides* cecinit; cui regia parent 8.7
11.12.13.14. Armenta, & late custodia credita campi. 7.
22.23.25.26 Quærit ovem amissam deserta per avia custos 7.G.4
27.28.
Isa.40.v.11 Ille bonus, subiitq; humeris, agnosq; repertos 2.6
Ieh.10.v.11. Ipse sinu fovet, & plena ad præsepia portat. 11.G.3.
Non metuemus eo custode errare per agros G.2.G.3.
Desertos *Lybæ*: urem incursusq; luporum, G.3
Nec tunc informes à tergo horrebimus ursas. G.3
Mitior in campis catulorum oblita leæna G.3
Errabit stragem dans nullam, & funera nulla, G.3
Tutaq; tondebunt nivei dumeta juvenci. G.1
Tunc licebit molles sub divo carpere somnos, G.3
Aut dorso ne moris libeat jacuisse per herbam, G.3
Impune, dum ingens ramorum protegit umbra G.2
Solis ab ardore, & dum suadet inire susurro E.1
Examen somnum, aut venientis sibilus *Austri*. Ec.5.
Tunc Deus è cœlo descendet plurimus imbre, Ec.7.
Cujus in adventu campi & nemus omne virebit. Ec.7.
Isa.35.v.2. Aurea sub *Christo* fore sæcula scripsit *Isaias*: 6.3
Salvabit claudus, surdusq; exaudiet, atq; 5.1

Capti

G.7 A.10. Capti oculis cernent, rumpetq; silentia mutus,
4.12. Quin deserta siti regio florebit, ut alba
I.G.4. Lilia, cornigeri fugient per gramina rivi.
3.9. Rupes in pinguem vertentur saxaq; campum
G.2. Pascentem niveos herboso flumine cygnos.
G.2 A.6 Quæq; draconũ olim lustra, & stabula alta leonũ
2 G.3 Vitabant homines ubi pessima tigris & apri
G.1. Obscænæq; canes, importunæq; volucres
G.2 Errabant: jam armenta boum meritiq; juvenci
G.3.G.3 Pascuntur, pecudumq; greges, hirtæq; capellæ.
G.2 Lacteæ demittunt hic pingues ubera Vaccæ.
I.3.G.2 Parturit omnis ager, fœtu nemus omne gravescit;
G.2 Sanguineisq; inculta rubent aviaria baccis;
G.4 Irriguosq; bibunt fontes violaria sacra.
G.2 Vt *Libanus* fundens domibus cedrosq; cupressosq;
G.2 Arboribus sic proceris diserta virescent.
G.3.A.1 Hic ille est pastor * pecudum cui maxima cura; * Ier.23.v.3. 4.& Ier.33. v.12. & 50. 34. per totum cap.
G.3 Sufficit hic herbam gregibus fluvioq; recentes,
G.3 Et multa duram stipula filicumq; manipla
G.3 Sternit lubter humum, glacies ne frigida lædat
G.3 Molle pecus, scabiemq; ferat turpesq; podagras.
G.3 Æstibus at mediis umbrosam exquirere vallem
G.3 Non refugit, si forte antiquo robore quercus
G.3 Ingentes tendat ramos, aut ficubi nigrum
G.3 Illicibus crebris sacra nemus accubet umbra.
G.3 Quin omnes pecudum pestes morbosq; magister
G.3 Compescit, medicaq; manu contagia tollit. (stus
G.3 Dulcibus aut fluviis mergit pecus omne, velæ-
G.3 Avertit feriens salientem sanguine venam.
11.G.3 Hoc cæso * pastore explorat ovilia circum * Zach.c.13.
I.3.G.3 Triste lupus stabulis: fugiunt armenta gregesq; v.7. Mat.26.v.31
G.3 Saxa per & scopulos, & depressas convallesa. * Dan.c.7.v.9. 10.13,14.
I. Hic est quem * *Daniel* per noctẽ plurima volvẽs
8.11. Vidit ad ætherii subvectum nubila cœli,
10. Omnes cœlicolæ medium quem ad sidera ducit,
12 10. Atq; hic longævum flammanti in sede tonantẽ
8. Vidit, eum tenuis niveo velabat amictu

Carbasus,

Carbasus, & crines purissima lana regebat; 8.8.4.
Quem rapidus flammis ambit corrétibus amnis, 6.
Ignitæq; rotæ, vultus vomit igneus æstus. 10.G.3.
Hunc circum innumeri cœli stellantis alumni 6.7.
Sacra canunt. *Christumq;* ad patria limina ducũt: 2.10.
Quem regere imperio populos, gentesq; rebelles 6.8.
Æterno genitor voluit: quem maximus orbis 1.G.1.
Agnoscit dominum longe lateq; potentem. G.1. A.1.
Psa.89.v.4. Centum & bis * denis lustris labentibus, ætas 1.
2.Pet.3.v.8. Adveniet, quum terga metu palantia dantes 11.12.
Apoc.21.v.2. *Abrapida Solymum Christus* revocabit, & omnem 6.
Compescet culpam, peccataq; morte piabit. G.3.A.1.
Iustitia æterna in terris vestigia figet; G.2.A.1.
Sanguine firmabit vatum prædicta piorum. 4.
Desinet interpres Divorum monstra referre; 3.3.
Destituet vatum ignaras prudentia mentes: 4.3.
Tum liquido *Ambrosiæ* succo sanctissimus heros 12.6.
Vngetur, summi ingrediens sacraria cœli, 8.12.
Sed postquã immerito princeps crudelibus um- 1.
Occumbet, fundo *Romanus* vertet ab imo Orbis 3.6.
Mœnia terrenæ *Solymæ*, dominabitur intus 6.2.
Hostis ovans, totamq; evertet sedibus urbem; 10.2.
Præcipitesq; cadent inimicis ignibus arces: 2.8.
Vt rapido cursu torrens de montibus altis 5.12.
Cum sonitu ruit horrendo, quæq; obvia secum 2.12.
Involvens populatur agros; dabit ille ruinam 12.
Arboribus stragemq; satis; sic omnia late 12.
Tempestas ruet hostilis, turresq; viroſq; 7.12.
Et templum cœlo æquatum, & penetralia sacra. 4.2.
Tum *Christus* placido junget sibi fœdere gentes, 11.
Quod neq; vis, nec longa dies abolere valebit. 6.5.
Isa.9.v.6. Hunc & * *Zacharias* venturi præscius ævi 8.
Zach.3.v.8. & 6.v.12. Isa. 4.v.2. Ierem. 23.v.5. & 33.v.15. Prædicit, ramumq; vocat; verum aureus ille est, 3.6.
Sponte sua nullis hominum cogentibus, agro G.2.
Is sterili collens caput usq; ad sidera cœli. G.2.A.1.
Traditur intacta matris de cortice gemma, G.1.
Traditur & sicco radix pulcherrima ligno. G.1.

Pullulat

6. Pullulat auricomus sacrata ex arbore ramus,
6. Auri hujus late per terras aura refulsit:
6. Quale solet sylvis brumali frigore viscum
6. Fronde virere nova, quod non sua seminat arbos,
6. Et croceo sœnu teretes circumdare truncos:
6. Talis erat species auri frondentis opaca
6. Arbore, sic leni crepitabat bractea vento
10.12. Omnes per terras, quas spargit lumine *Phœbus*.
G.2 Virginis almus ager genitalia semina nescit,
6.2 G.2 Ettamen ecce tumet, nam occultis imbribus ipse
G.2. Conjugis in gremium descendes rector Olympi
G.2. Magnus alit magnum commistus corpore fœtu,
G.2. Atq; sinus laxat *Zephyrus* cœlestis, & ingens
G 2. Exiit ad cœlum ramis felicibus arbos
G.2 Quæ frondem pecori, & pastori sufficit umbram
G.2 Nec vero terræ ferre omnes omnia possunt;
G.2 Fluminibus salices, crassisq; paludibus alni
G.2 Nascuntur, steriles saxosis montibus orni.
G.2 Littora myrtetis lætissima: deniq; apertos
G.2 Bacchus amat colles, Aquilonem & frigora Taxi,
7. Ast humilem *Christus Bethlemum* elegit, in illa
G 2 Surculus hic nasci voluit, non urbibus altis.
G 2 Divisæ arboribus patriæ, sola *India* nigrum
G 2 Fert ebenum, solis est thurea virga *Sabæis*.
2.G.2. At *Christum Judæa* tulit ditissima terra:
G.2 Illius hæc arbor, nullo de semine surgens,
G 2 Perq; orbem late ramos & brachia tendens.
G 2 Illam non hyemes ullæ, non flabra, nec imbres
G.2 Convellunt, immota manet, cunctosq; per annos
G 2 Multa virum volvens durando sæcula vincit.
Ec. 7 Fraxinus in sylvis pulcherrima, Pinus in hortis,
Ec. 7 Populus in fluviis, Abies in montibus altis:
Ec. 7 Ast animam formosæ meam si *Christe* revisas,
Ec. 7 Fraxinus in sylvis, cedet tibi Pinus in hortis:
10.1 *Josias* fert duplicem * ex auro argentoq; coronâ, * Zach. 6. 9. 11. 12. 13.
2.10 Ædificat templum, & solio conscendit in alto.
8. Ecce venit * rex, *Juda*, tuus mitissimus, ac non * Zach. 9. 9. 9.10.

Vectus

Vectus equo spumante venit, qui curribus auras 11.G.1
Prævocet, aut linuans alterna volumina crurum, G.3
Collectumq; premens volvat sub naribus ignem. G.3
Sed nullo armorum strepitu, aut clangore tubarũ 2.1.
Ingreditur *Solymam* tarda subvectus asella. 6.G.1
*Zach.12.v.10. Hunc omnes * populi redeũtẽ in nube videbunt; 12. 11
Hi quoq; qui sacras ferro fœdare latebras 2
Pectoris atq; manus ausi terebrare pedesq; 2.3
Lugebunt, geminumq; ingentem ad fidera tollẽt 11.11
Pectoribus tunsis, sævoq; ululante tumultu: 11.11
Quales mugitus fugit quum saucius aram 2.
Taurus, & incertam excussit cervice securim; 2.
Aut quales fundit lachrymas mœstissima mater 12.2
Quæ primum amisit crudeli funere natum. G.2.G.3
*Zach.14.v. 2.&5.8.9. Scandet * Oliveti montis fastigia, cæsis 2.6.
Hostibus, & scissæ reserabit viscera molis 8.8
Dissultabit humus, tum fundamenta dehiscent 8.6.
Attoniti montis; cujus pars solis ad ortum, 6.G.3
Altera ad occasum verget; sed tertia ad arces G.2.G.2.
Riphæas Scythiamq;, & quarta recedet ad Austrũ. G.1
Ipse triumphali sublimis in Iride fulgens 7.4
Cuncta recognoscet populorum crimina, & ipse 8.
Suppliciis animadvertet rex justus in hostes, 6.G.3
Et reddet meritæ *Solymæis* præmia palmæ. 5.
Tunc subter *Solymæ* labentur flumina muros G.2
In mare quod supra *Iudæum* quodq; alluit infra; 8.
Sic mare sic terras ditione tenebit *Iesus*. (lim 1.
*Dan.2.v.31. 32.33.34. Hoc illud * saxum est excisum è rupe, quod c- 6.
Efficinget simulacrum ingens; hoc nocte sopora, 2.6
Ante oculos regi visum est adstare jacenti 3
Visu terribili in somno totumq; coruscans. 6.5
Aurea cui facies, thorax argenteus, alvus 8.
Ærea, sed ferro radianti crura rigebant: 1.8
Hic lapis in molẽ immẽsam, & mõtẽ insuper altũ 2.1
Excrevit, totoq; ingens extenditur orbe. G.3.A.6.
Imperium erexit mansurum in sæcula cuncta 3.6.
Omnipotens, tua quod destruet omnia regna, 4.

Quod-

Quodque ævi longinqua nequit mutare vetustas
Hic est quem cecinit divino ex * ore Sibylla
Princeps Bethlemæ, qui olim virtute futurus
Egregius, totum qui vinibus occupet orbem,
Ille etiam reguri * Davidis culmina lapsa
Eriget, & Saiyræ occasum trifleſq; ruinas
Componet, exloque arcta educet ut olim.
Tunc eadem meſſor quæ curvus arator habebit
Tempora, namq; ſimul committet ſemina ſulcis,
Triticeamque ſimul noſtem rubuſtaque farra;
Dente metent Saturni, & plaustra gementia vin-
Dum vero terram curvo proſcindet aratro (cent,
Ducet in apricis tunc collibus uva colorem,
Atque omnis largo pinguescet vinea fœtu;
Cruraque tunc tinget maturis vinitor uvis;
Et lactis mulſique fluent dulcedine montes.
In patriam reduces captivi ponere vites
Incipient, fructuſque feros mollire colendo,
Et carpent paſſim ſua quæq; ſub arbore * poma,
Sub ficu patula, & lenta ſub vite jacebunt.
Vina novum fundent calathis Arviſia nectar.
Armorũ *haud metuêt ſtrepitus, iramq; minaſq;
Hoſtiles, numerumve ducũ, ſonitumve tubarum
Hoſtiles, numerumve ducũ, ſonitumve tubarum
Sed placidam degent ſecura per otia vitam
Hi viridi in campo, ſylvas illi inter opacas;
Præpter aquas alii tardis ubi flexibus errans
Iordanus tenera prætexit arundine ripas.
Hic alta ſub rupe canet frondator ad auras,
Illic inter oves paſtor requieſcet in umbra,
Ludens quæ vellet calamo ſecurus agreſti.
Qualis de calidis * fornacibus ignis anhelat,
Talis erit domini adventus cunctique profani
Et ſtipulæ ardebunt: *Phœbea* lampadis inſtar
Fulgebit Sol juſticiæ, penniſque cocuſcans
Ille ſaluriferis, famulis medicabitur ægris.
Exibunt pleno lætantes agmine juſti.

* Isaiæ 9.6.
* Isaiæ 9.7. 11.1. 14.
* Matth. 4.6
* Matth. 4.7. Ioh. 1. 4. & Ioh. 11. & Ioh. 3 Luc. 8. & Ioh. 3. 10. & Ioh. 20. 21. & 21.
* Malach. 4. & Isaiæ 2. 3.

Vt vituli exultant pingues in gramine læto; G. 3.
Et procul ebuunt hostes pede pulveris instar, 11.8.
Eruet illa dies hostem ab radicibus imis, 6.G.1.
Cressentique adimet fœtus, uretque ferentem. G.2.
Fulgorem * quis ferre valet vementis ab alto 8.1.
Aligeri magni qui fœdera sanguine sancit? 12.
Ille ignis polien s argenti aurique metalla 8.10.
Dumque fluit rivis argentum; atque aurea massa 8.8.
Leviticæ sobolis vastā fornace liquescit. 8.
Ipse sedens liquidū argentum despumat & aurū 8.1. 11.
Tum *fœtus* pecudes mactabit rite sacerdos. 6.1. 11
Sic omnes uno ceciserunt ore Prophetæ 5.
Christum pontificem, Regem, Vatemque futurum
Sanguine Virgineo generādū 1241c æthere puro. 11. 8. 1.

* Habak. 11 1.4.

Thus Lubanus, Papebr. alii, qui putant Ecclesiam Dei ante Christum natum ab omnibus ut quam Plato 1 meta 2c 12, Imo Aristoteles 1 Sophi notus cath ἀδόξως vocabuli usus notum ab omnibus ut Christ. Hic igitur Christi non utrumque cum Mercurio athenum vapor, fol gentilium putrem cum Bochelo.

CHRI-

CHRISTIADOS

LIBER. 8.

Argumentum.

Christi nativitatem Angeli pastoribus nunciant, qui in Justi Basilicum ad puerum tendunt, illumq; dicto Christum eternum colunt. Interea vetus stella Magos ex Persia Hierosolymam ducit: Herodes cupiens an venerit verus Regis natus inquirit, pueros Bethleemiticos per satellites occidit. Josephus vero & Mater in somnis ab Angelo monitis fugerunt: illa cum puero & matre in Aegyptum, hic per alia ad urbem in patriam. Postquam Christum adoraverit, Simeon cum sacerdoti templum ubi lavet ubi amplexus ejus. Duodecimulus agens annum inter doctores in templo disserentibus interrogat fuit, cum quibus privatam vitam egit, donec anno etatis fere trigesimo à Johanne Baptistam in Jordane fuit: Johannis solitaria & frugalis vivendi ratio commendatur. Christum Jesum ex variis testimoniis inquirit Pilato; quo visto & fugato, demum miraculorum summa proponuntur. Angeli; duodecim tenuis sermonis socios elegit Christus; descriptum omnibus Regnum Christi; bellum inter Christianos detestatur Petrus, & variae laudes divinae & Pia Meditationes.

At. 11. NOx erat & terras animalia fessa per omnes
11. Alituũ pecudumq; genus sopor altus habebat,
Ec. 2. Pastores quidam teneros in montibus agnos
2.1. Dum vigiles servant, en circumfusa repente
9.8. Emicuit nova lux: qualis cum cærula nubes
8. Solis inardescit radiis longeque refulget:
1. Protinus Angelicæ lætantes agmine turmæ
3. Aethera mulcebant cantu, cœloque volabant,
3.3. Cœlicolam & Regem sublimi laude ferebant.
6. Obstupuere animis, gelidusque per ima cucurrit
6.7. Ossa tremor: subita ex alto vox reddita cœlo est:
1. Pastores revocate animas, maestumque timorem
1.4. Mittite, namque Deus claro nos misit Olympo,
4. Ipse hæc fetus jubeas, celeres mandasse per auras

Ia hodie partu sub luminis editus ortu 8.
Christus Rubellas est, victo dominabitur orbi, 1.
Servitioque premet Reges, Gentesque rebelles. 1.
Quin *Manes* imos penitus sua sub juga mittet, 8.
Et Regem inferni dextra sub tartara trudet. 8.
Ite modo atq; hinc vos *Rubellas* ad limina ferte, 1.
Et Puerum in præsepe alto spectate jacentem. *Lc. 6.*
Hæc memoràs *Gabriel*, volat inde per aera magnû *Ac. 1.*
Remigio alarum, tota comitante caterva 1.
Aligerum juvenum, qui clara luce refulgent 1.
Et cœtu cinxere polum, cantusque dedere: 1.
Ceu quondam nivei liquida inter nubila cygni 7.
Quum sese è pastu referunt; & longa canoros 7.
Dant per colla modos, sonat amnis & Asia longe 7.
Pulsa palus. 7.
Corripuere viam interea qua semita monstrat 1.
Pastores, urbem ascendunt, & tecta subibant. 3.
Mirantur verba Aligeri, mirantur *Iesum*: 1.
Flagrantesque Dei vultus, & Virginis ora, 1.
Explerî mentem nequeunt, ardentque tuendo, 1.
Et Pueri vultu pariter Matrisque moventur. 1.
Sancte Puer, tune ille *Deus* quem regia Cœli 1. *G. 1.*
Non capit, & parvo tamen in præsepe recumbis? *Lc. 2.*
Pectoris angusti subter fastigia tecti 8.
Ingredere & nostris succede penatibus hospes, 8.
Hic stabulum Puer, hic tua sunt cunabula, dormi. 6. 3
Iamque octava diem miseris mortalibus almâ 1.
Aurora extulerat; radiisque retexerat orbem. 5.
Aggreditur summum pubis rescindere ferro 6. 3. *Ga.*
Infantis *Christi* gentis de more *Sacerdos*. *A. 3. 6.*
Circumstant varii dextra lavaq; ministri, 6. 1.
Expediunt calidos latices, tepidumq; cruorem 6.
Suscipiunt patera; jam tum cognomen *Iesu* 6. 1.
Imponunt, vulsuq; lavant infantis & ungunt. 6.
Christe Puer, jâ nunc hominum sator atq; decorû es 1.
Propterea jam nunc votis allisisse vocari: *G. 1.*

Tu vir attigeras jocunda hæc lumina vitæ
Cum sacri effundis venero de corpore guttas
Sanguinis, & duro lætiatus cuspide luges.
Hoc ego commerui vulnus, mea culpa piandæ,
Nam scelus omne meum est, talem genuere parentes
At tua sancta fuit genetrix, intacta puella;
Et tibi sancta anima est ullius nescia culpæ.
Tu mihi primævam verbo rescindere labem
Christe potes; ne me sceleris contagia lædant
Si prohibere velis, talemque avertere pestem.
Immemor haud fuero, nec tanti gratia facti
Pectore labetur dum spiritus hos reget artus.
Ex Templo *Judæ* magnas it fama per urbes
Bethlemæ Puerum Regali à sanguine Cretum.
Qui Mare qui Terras omni ditione tenebit,
Vt prædixerunt tot Sancta Oracula Vatum.
Præterea; *Magi* qui Persica Regna tenebant
Sidera dum spectant tacito labentia Cœlo,
Ecce novam Stellam multa cum luce videbant
Ardentem, & summi labentem culmine Cœli,
Signantemq; viam *Solymæ* quæ ducit in Vrbem.
At vero ancipiti reges formidine pressi,
Instituunt per Regna *Arabum*, per inhospita saxa
Judæam petere, & terras tentare repostas.
Ergo iter incœptũ peragunt, *Solymæq;* propinquãt
Et Stellam haud timidis vadentẽ passibus æquãt
Nondum urbem ingressi, cũ sese avertit, & aufert
Ex oculis Astrum, tenues ceu fumus in auras:
Tum breviter Reges fundunt has ore loquelas:
Isacidæ magnã genus armipotentis *Abrami*
Dicite (quandoquidẽ in vestras concessimus oras)
Quæ regio *Christum*, quis habet locus illius ergo
Vestimus, & siccos *Arabum* superavimus agros.
Nos huc stella ducit (sed non sine numine divũ)
Duxit ab auroræ portis & littore rubro;
Hunc Puerum hæc Regem, verboq; potentem

Dicimus

Dicimus, hic solus cunctis dominabitur orbi; 6.
Illi propterea ferimus solennia dona. 9.
Hæc postquam *Sabæ* fama est vulgata per urbes, 13.
Exortus trepidos inter discordia cives. 14.
Quæ subito motu concussit funditus urbem. 12.
Hæc Rex sollicitus turba, verbisque Magorum 7.
Quem Regem genitū dicant, quæ dona parārint 6.8.6.
Multa putat, nunc; huc animum, nunc dividit il- 6.4.
In partesq; rapit varias, perq; omnia versat. (luc; 4.
Sicut aquæ tremulum labris ubi lumen ahenis 8.
Sole repercussum, aut radiantis imagine lunæ 8. 3.
Omnia pervolitat late loca, jamque sub auras 8. 4.
Erigitur, summiq; ferit laquearia tecti; 8.
Hæc alternanti potior sententia visa est; 4.
Pontifices Scribasque ille intra tecta vocari 7.
Imperat, & solio medius consedit in alto; 7.
Multa super *Christo* rogitat, terramque requirit 2.6.
Natalem Domini; sedato corde petenti 12.
Olli respondent *Bethlemæ*, ut sæpe monebant 13.
Præscia venturi sanctorum oracula vatum. 6.7.
Herodes Reges ad sese in tecta vocavit 7.
Clam rogitans quando surgens stella ignea sum- 4.
Extulit os sacrum cœlo, tenebrasq; resolvit: (mo 5.
Ite ait egregii Reges, quos stella subegit 11.
Ignotas tentare vias, exquirite *Christum*, 7.3.
Vos sequar, & meritos illi indicemus honores. 3.
Postquam digressi cœlo constare sereno 3.
Cuncta vident, iterum multa cum luce cucurrit 3.21
Stella ardens donec tandem super astitit æde 2.
Virginis, & late lustravit lampade tecta 4.
Tunc Reges præter solitum dulcedine læti 6.1.
Interiora domus irrumpunt limina, & almum 4.4.
Infantem aspiciunt, quem mater Diva lacertis 8.
Ridentem amplexu molli fovet; illic vicissim 8.
Dat matri amplexus, atque oscula dulcia fingit. 2.
Vt tres conspexit venientes, virgo tyrannos 8.

1.12. Obstupuit primo aspectu: tunc plurimus ignem
12. Subjecit rubor, & calefacta per ora cucurrit.
12. Indum sanguineo veluti violaverit ostro
12. Si quis ebur, vel mista rubent ubi lilia multa
12. Alba rosa, talis virgo dabat ore colores.
12. Mirantur pueri, signum; in virgine vultus
2. Suppliciter Reges, & sanctum Numen adorant.
24.41. In puero observant divini signa decoris,
5. Ardentesque notant oculos qui spiritus illi,
5. Qui vultus, vocisq; sonus; juratq; usque videre
3.1. Virgineum vultum, ut rosea cervice refulget,
4.8. Utque fluunt nitidi per lactea colla capilli.
3. Dona dehinc auri, cum myrrha, & thure Sabæo.
3. Dant puero, veri monumentū, & pignus amoris.
11. Hæcque rudimenta, & sacræ de gente Iapeti
11. Primitiæ, quam mox capient tentoria Semi.
7. Scilicet hæc gens est proprio quæ sanguine *Christi*
7. Nomen in astra feret cujusque à stirpe nepotes
7. Omnia sub pedibus qua Sol utrumque recurrens
7. Aspicit Oceanum, vertique regique videbit.
11. Parve puer, sed fama ingens, ingentior actis.
9. Tu quamvis Divum rector sis maximus, orbemq;
1. Aeternis Regis imperiis, & fulmine terres,
2.1. Non tamen horrescis premium genetricis egenæ,
6.1. Nec fugis amplexus; sed libas oscula matri,
Z.3.11 Candida dum teneris exiccas ubera labris.
2.6. Tu patrium linquis Regnum, sedesque beatas,
2. Vt lætho eripias homines, & vincula rumpas:
E.5.1. Quas tibi, quas reddam tali pro munere grates?
1.2. Nec dignas possum, nec debita dona referre:
9.E.4. Sed tibi propono nullo munuscula cultu:
E.8.3. Thura precū, myrrhā lachrymarū & pectoris ar-
1. Vertitur interea cœlō, & ruit Oceano nox (dē.
2. Involvens umbra magna terramque Polumque.
8.2. Romulidumque dolos, arteisque *Herodis* iniquas,
10. Qui secum eventus varios in corde volutat

Cætera dum terris animalia somnus habebat,
Tempus erat quo prima quies mortalibus ægris
Incipit, & dono divum gratissima serpit.
Dum reges placida laxabant membra quiete;
In somnis ecce ante oculos astatus Olympi
Nuncius adstabat, tibisque ita voce monere;
Vos qui sententis tacito labentia cœlo
Sidera, signorumq; obitus spectatis & ortus,
Præcipites vigilate, fugamque capescite regnum
In patriem temeraie alia regione viarum;
Dixit, tum cœlo juvenis se condidit alto
Astra petens: nox atra Magos somnusq; reliquit;
Surgunt consilio parent, ac jussa capessunt;
Præcipitantq; fugam sylvas saltusque peragrant,
Ne forte Herodes cursu reloque sequatur.
Namque furens animo deceptus fraude Magorũ,
Qui se inconsulto in patriam remeare volebant;
Bethlemæ puerosmiserando absumere lætho
Decrevit, patriosque insontum funere vultus
Fædare infantum, & luctu tectum omnerepleret;
Heu cadet in quenquam tantum scelus?

Tunc mater delubrũ adiit *Salomonis* & almũ
Ipsa sinu portans puerum, procumbit ad Aram;
Atque Sacerdoti geminas pia Virgo columbas
Obtulit in pretium Nati de more vetusto.
Hic annis gravis atque animi maturus *Jesum*
Accepit gremio *Simeon*, dehinc talia fatur:
Pace tua liceat famulo discedere, sicut
Pollicitus, quoniã Divumq; hominumq; satorem
His oculis hausi; lucem hanc ante ora parabi
Omnium, ut optata lustraret lampada gentes
Atque ut Saracidum sit gloria sola suorum.
Multaque præterea divino ex ore canebat
Longævus vates: oculis & pectore toto
Hæret in infante, ac gremio fovet oscula figens.
Anna etiam gravis ævo aderat sanctissima vates
Præscia

6.12 Præscia venturi hæc supplex humilisque vocare
4.6. Voce Deum in Templo solita est nocte sequi dies;
6. Et propriore Dei repleta est Numine quando,
1.6 Multa super *Christo* cecinit; monitusq; Tenantis
6 Expellit dictis, venturaq; facta docebat:
4.3. Cui decus egregium geminas cui tempora flammæ
2. Læta vomunt patriumq; aperiunt vertice sidus.
1.6. Adsis sancte Puer, collo dare brachia circum
6.1 Sit mihi fas, gremioq; meo te *Christe* fovere:
1.9. Occultum inspirem ignem, ut te pectore toto
9. Accipiã, & Dominũ casus complectar in omnes
3.2 Ointans quam te veneror, namq; haud tibi vult
1.4 Mortalis, nec nox putrum sonat, es Deus ipse.
8 Non equidem dulci amplexu divellerer usquam
Et.10. *Christe* tuo, aft ipso tecum consumerer ævo.
4. Interea dum Rex irarum fluctuat æstu,
1. *Iosepho* in somnis *Gabrielis* venit imago.
4. Omnia Cælicolæ similis, vocemque colorem q;
4. Et crines flavos, & membra decora invenit.
4. Tum sic aggreditur, risuq; ita voce movere est:
4. Sancte Senex potes hoc sub casu ducere somnos,
4. Nec quæ circumstent te deinde pericula cernis?
9 Rex furit Herodes immani concitus ira,
4. Mille dolos, dirumq; nefas in pectore versat.
4. Non fugis hinc præceps dũ præcipitare potest as?
4. Eia age rumpe moras, Puerum cum virgine matre
8. Hos cape Fatorum comites, pete regna *Pharaidi*
3. Est locus *Arsaroide Misraim* cognomine dictus,
3. Terra antiqua potens armis, atq; ubere glebæ;
8. *Aethiopes* colunt et vicinantur fama minores
3. *Aegyptus* dixisse ducis de nomine gentis;
6 Hic lapsos, donec iubeo te reddere sedem
8 In patriam reduces, dicit ipsum noctis in umbris
6.8. Carpite iter, dulcemq; oculis abrumpite somnũ;
4.4. Nil te his attingat curis Amens mœrentem.
8 Angelus hæc fatus, nocti se immiscuit atræ.

At

At ſenior laſſo ſolitis exercitus umbris 4.
Corripit è ſtratis corpus, lucemq; fatigat! 4.
Excutit mox ſomnum virgo, ſenemq; puellum 2.
Tollas exilio comites, Deus æthere ab alto 1 14.
Aligerum ſimulans præſtanti corpore miſit, 1.
Qui celerare fugam, patriſque excedere ſuadet; 2.
Ecce iterũ ſtimulat, ſequimur te penitinger alme 4.
Quiſquis es imperioq; tuo parentes evantes; 4.
Adſis, & placidusq; juves, & dirige greſſum; 4.
Dixit, & infantem media inter talia mater 11.4
Suſtulit exilio comitem, quem noctis in umbra 11. 9.
Ipſa ſinu præ ſe portans juga longa petivit 11.
Solorum nemorum, Fabro comitante marito. 11.4
Sic ambo pariter greſſi per opaca viarum 6.
Defenſi cenebris, & dono noctis amicæ 8.
Corripiunt ſpatium medium, terræq; propinquãt 6.
Ardua, quam nigra amnis fœcundat arena, 6.4.
Et diverſa ruens ſeptem diſcurrit in ora 6.4.
Vſque coloratis. Nilus devexus ab Indis. 6.4.
At Rex crudelis fremit horridus ore cruento, 4.1.
Præſentemq; necem pueris intentat inermis; 1.10.
Verũ animus meminiſſe horret, luctuq; refugit 2.
Infandas cædes atq; effera facta tyranni, 8.
Expedium tamen hæ paucis remq; ordine pandã 3.
Poſtquam concepit furias ſævumq; dolorem 4.1
Heroden animo, tempus ſecum ipſe modumq; 1.4.
Exigit, iraſumq; omnes effundit habenas. 4.12
Cogit in arma viros acuitq; his vocibus omnes; 9.7
O ſortes Iuvenes, noſtras pervenit ad aures 2.
Bethlemæ Puerum naſci de ſanguine Regum; 1.4
Cujus ab antiqua Davidis ſtirpe recedent 2.6.
Progeniem, Iudæ qui fundet legibus urbes; 6.
Verum ut nos pellat regnis hic quærimus hoſtes, 3.7
Atq; ut ſolliciter cives in bella quietos. 12.
In Regem hunc oculos reflexus ergo rebellis 12.
Obſtrepit, & nubes pallula pace cietur. 7.6

Nunc

Nunc ô lecta manus radicem excindite ferro
Dissidii, Regemq; caput causamq; malorum
Tollite, ne cives armis animisque refecti
In me convertant ferrum dominosq; Quirites.
Vos binos Pueros quam primum absumite letho
Nascentis nulli vestrum miserescite Regis;
Sumite pila manu, latericq; accingite ferrum;
Tollite nunc animos, lætasque advertite mentes,
Nemo ex hoc numero mihi non donatus abibit;
Sic animis juvenum furor additus indefessi ceu
Raptores atra in nebula, quos improba ventris
Exegit cæcos rabies, cumliq; relicti
Faucibus expectant siccis; crudeliter urbem
Ingressi rumpunt aditus, omneniq; trucidant
(O scelus) infantem, & late loca funere complent
At trepidæ matres pressere ad pectora natos,
Ingentesq; cient gemitus, miserocq; tumultu
Omnia miscebant, ferit aurea sidera clamor:
Pectora nunc pugnis fœdant, nunc ungibus ora
Amplexosque fovent pueros, atq; oscula figunt.
Quis tantam cladem, quis talia funera fando
Explicet, aut possis lachrimis æquare dolores?
O sævos bello juvenes Regemq; cruentum!
Tu non horrescis natorum sanguine tinctus
Commaculare manus; genitor crudelis, an ullus
Myrmidonum Dolopumve, aut duri miles *Ulysi*
Sæviit in propriam sobolem? quis barbarus unquã
Conspersit tanta puerorum cæde penates?
Quid pius hic Infans in te committere tantum,
Quid Pueri potuere? quibus tot vulnera miles
Sæva dedit, tenero ferrum jugulone recondes?
Fœlices Pueri ob *Christum* tot vulnera passi;
Vos dulcis vitæ exortes, & ab ubere raptos
Abstulit atra dies, & funera mersit acerbo.
At nunc sublimes liquidum trans æthera vecti
Ite ô cœlicolæ, cunctaq; supera alta tenete.

Illustres

Illustres animæ si quid mea carmina possunt, 65
Nulla dies unquam memori vos eximet ævo. 5.
Dum domus *Aleæi* capitolia celsa *Tonantis* 98.
Accolet, imperiumque Pater cœlestis habebit. 9.
Sed similac regis crudelis vita per auras 12.
Concessit mœsta ad Manes, corpusq; reliquit: 11.
Vtque pedum primis infans vestigia plantis 11.
Instituerat; 11.
Ecce iterum in somnis vultu redeuntis eodem 4
Aligeri se forma Fabro mox obtulit; illum 4.
In patriam remeare jubens: pia jussa capescit 1.
Iosephus, cui magna fuit spes regna videndi 2.
Patria; progreditur: dextræ se parvus *Iesus* 2.
Implicuit, sequiturq; patrem non passibus æquis. 2.
Pone subit virgo perplexum iter omne revolvés, 2.9
Et tandem patriæ perventum ad limina sedis. 2.
Sed cum fama volat *Iudæ* regnare per urbes 3.
Sævum *Archelaum*, metuens consistere terra 3.
Iosephus patria Antipæ considere regnis 1.
Herodis voluit, *Nazarethæ* obscurus in urbe 2.
Delituit puerille genus qui ducit Olympo. 2.6.
Parve puer cujus fama est ingentior annis, 11.
Quamvis obscuras secretis in sede latebras; 2
Parvus es, ast idem magni Rex magnus Olympi; 5
Pauperes, at donis opulentus, filius, idem 2.1.
Es Pater Omnipotis; famulus, sed maxime orbis 1.8.
Auctor es, & Dominus cui servit ultima *Thule*. G. 1.
Sit licet æthereus vigor & cœlestis Origo, 6.
Non tamen horrescis mortalem sumere vultum, 3.1.
Terrenosq; habitare artus, morbundaq; membra 6.
Verum *Christe* quibus cultu tu laudibus æquum? 11.
Æthere qui summo lætum descendis ad imos, 1.3
Vt nobis Satanæ manicas, aq; arcta levare 6.
Vincla queas; duros pro nobis mille labores 8
Gente sub injusta, factis *Herodis* inique 8
Perferus; hostis tam es, jugulumq; cruenta, 5.

Pallentes

Pallentes umbras Erebi, noctemq; profundam
Impenio penetrat, sq; vinclis & carcere frenat.
Te stygii custodes latent, Te regia recludit
Pallida, Te rerum Dominum, Tu maximus ille ea
Vnus qui nobis maximus, & restituis rem.
Salve vera Jovis proles, decus addite divis,
Et nos & mea dextra adi pede coepta secundo.
Primus ab undecimo cum *Christum* coeperat anno
Ascendit Salomon gressumq; ad moenia tendit.
Stabat in urbe ingens solido de marmore Templi
Aerea cui gradibus surgebant limina, nexaq;
Aere trabes foribus cardo stridebat aheneis.
Tecti auro muri, fulget de postibus aurum,
Auro sacrati splendent laquearia tecti,
Ardet & aulaeis Templi pensilis superbis.
Hic *Christum* veterum volventi monumenta virorum
Ante annos animumq; gerens, curamq; virilem
Considit medius, placido tunc ore magistros
Aggreditur, gaudetque audire et reddere vocem.
Conticuere omnes intentique ora tenebant
Christum admirantes, quod sit Divinitus Illi
Ingenium, atque annis rerum prudentia major.
Multa inter sese vario sermone serebant
Quis novus Hic sacris consederat aedibus hospes,
Et praecepta ferens, & respondere paratus.
Quin pueri vitreus animo, pulsusque recursat
Oris honos, haerent infixi pectore vultus,
Verbaque nec possunt ex animi corda tundo,
Credebant (nec vana fides) genus esse deorum.
At puerum amissum foelix mentisque parentes
Tres soles quaerunt, iterumq; iterumq; vocantes.
Huc illuc volvunt oculos, totamque pererrant
Luminibus Salomonea media testudine Templi.
Alte subeuntum solio, legesque docentem
Inveniunt tandem, cui illi obstupuere silentes,
Conversique oculos inter se, atque ora tenebant;

Laetitiae

Lætitiaque metuque avidi contingere dextras 1.
Ardebant, sed res animas incerta tenebat. 1.
Vt primum fari potuit, sic orsa Virgo 12.
Aggredior, genus unde, fuditis hæc ore loquelas 5.
Chare Puer quondam nobis, tibi cura recessit? 2.
Quos fugis aut quis te nostris amplexibus arcet? 5.
Heu nescis quantos discessu nate dolores 6.
Attuleris nobis, somnos mihi cura salubres G. 3.
Abrupit, frons læta patuit, turbataq; mens est, H. 6. 11
Nec lachrymis carere genæ, dū quæro per omnē 5.
Te *Salmacis*, & nocta excedo regione viarum, 2.
Si forte cernalles, tandem dare ora meæ 5.
Nate tua & nostras audire, & reddere voces. 6.
Sic *Maia*, at *Maiæ* comtus sic filius ortus 1.
Quid juvat, ô genetrix, tanto indulgere labori 3
Vtne vestiges lachrymans non credere quivi 12. 6
Hunc tantum tibi me discessu ferre dolorem. 6.
Quam pro me curam geris, hanc precor optima 12.
Deponas, natumq; sinas pro patre labosē (pro me 12.
Alma pati, cujus mihi fussa capescere fas est. 1.
Imperio magni patris parere paravi, 4.
Hos placeat nobis, hæc est mihi sola voluptas Ec. 1.
Solamenq; mali; nec me labor iste gravabit. 3.2
Hæc ubi dicta dedit: Virgo senisque maritus 1.
Inde domum referunt sese; puerique volutant 2.6
Verba animo secum, & curā sub corde premebat. 4.
Ille autem paribus curis vestigia figens 6.
Insequitur, patrisque & matris jussa facessit; 4.
Exegitque suos cum patre ingloriius annos, 10.
Clam, donec firmata virum se fecerat ætas, Ec. 4.
Postquam ter denos ætatis mensibus annos, 8.
Impleſſet (*Iuvilus*, mox curva ad flumina vendit 6.
Iordanis rapidi, pleno qui gurgite ripas 8. 1
Stringebat viridis, & pinguia culta secabat 8.
Cæruleus *Iordan*, cunctis gratissimus annis, 8.
Hæc ingens turba ad ripas effusa ruebat 6.
Matres nec, Viri Pueri innupteæque puellæ. 6
Quam multa in sylvis brumali frigore primo

6. Lapsa cadunt folia, nec ad tempus gemmis ab ulmo
6. Quam multæ glomerantur aves, ubi frigidus annus
1.G.1. Trans-pontum fugat, & terris immitit apricis,
A.3. Stabant orantes, postquam discessit ab urbe
3. Hic vitam in sylvis inter deserta ferarum
3.1 Lustra domosq; traxit Iehouæ rogis Olympi
5. Nuncius: hanc sterilis vastam genuere parentes.
3. Horridus in pilis, & stratus pelle Camelli,
6.2. Prædicit multa, & ruitæ denunciat iras.
A.3. Fundit humus facilem victum, sylvestria mella
G.3. Dant rami, & vulsis pascuntur radicibus herbæ.
G.3. Pocula sunt fontes liquidi, atque exercita cursu
A.2.4 Flumina: non cererem, nec Mollica munera Bacchi
6.4.6. Appetit, aut dapibus mensas onerarit opimis:
An.6.2 Regum æquabat opes animo, seseq; putabat
G.2. Fœlix sorte tua, qui vitam noris agrestem,
A.1.6.1. Panaque, Sylvanumque senem, Nymphasque sorores.
6.4.1. Regales epulæ tibi non nocuere repostæ,
6.1.4.2 Sed fronde, & victu contentus simplicis herbæ;
6. Luxuriam spernis quam ferrea protulit ætas.
E.2. Aurea fulcra toris tibi non genialibus ardent.
E. 8. Verum inter densas umbrosa cacumina Fagos,
G.1. Propter aquæ rivum viridi procumbis in herba:
G.3. Vel sub rupe sedes alta, vel lenius in antro
G.2. Dormis, nec somnos abrumpit cura salubres.
A.8. Hanc vitam veteres olim coluere, priusquam
6.2.4.1 Ut bellirabies, et amor successit habendi.
8. Aureus in terris hanc vitam duxit Adamus,
G.2. Aureaque ut perhibent illo sub rege fuere
G.2. Sæcula: sic placida populos in pace regebat.
G.1. Impia cum nondum gens est epulata juvencis,
G.2. Quos rami fructus, quos ipsa volentia rura
G.2. Sponte tulere sua carpsit: tunc arva fuerunt
G.2. Nec rastris hominum, neve ulli obnoxia curæ
G.1. Pinguia tum nulli subigebant arva Coloni;
G.1. Nec signare quidem, aut partiri limite campum
G.1. Fas erat, in medium quærebant, ipsaq; tellus

Omnia

Omnia liberius nullo prohibente ferebat. G.1.
Oformatosq; viros! quos si bonitas moderet G.1.
Primaq; per Pontum nostræ commercia classis Ec.1.
Qui gelidos inter fremitus, hyemesq; niuales Ec.1.
Riparumq; uoces, & pleni cantantis ciuis 6.
A Scripta precepta; & proceri discentibus artis G.2.
Posduxere suam per secula silentia uitam. Ec.1.
Deterior donec paulatim ac decolor ætas 8.
Successit, sæuis ostentans omnia signis. G.3.
Quæ cingunt Thetin latices, quæ cingere muris Ec.4.
Oppida, quæ iussis ollas in fida dere sulcos. E.4.
Tuta alnos primum, fluuij sentire cauatas. G.1.
Nauigium sulli monstrare, et nomina fecit G.1.
Pleiadas, Hyadas clarumq; *Lycaonis Arctum*. G.1.
Tum laqueis capere feras, & fallere uisco G.1.
Inuentum, & magnos canibus circundare saltus G.1.
Atq; alius latum funda jam uerberat amnem G.1.
Alta petens, pelagoq; alias trahit humida lina; G.1.
Et uarias artes labor improbus omnia uincit G.1.
Extundit, duriq; urgens in rebus egestas. G.1.
Tunc alii gaudent nimium, populariq; aura, A.6.
Vicino sæuit quo populare penates, 3.1.
Quærit opes alios, penetratq; in uiscera terræ, Ec.1.
Argenti, aquæ aut ueslino cæcus amore. 10.1.
Non ambras alto si nemorum, non mollia prata G. 3.
His mouere animum, non qui per saxa uolutus G. 3.
Purior electro campum petit amnis apertum. G.3.
Aſt hic fatidicæ Vates, cui nulla relicti A.6.
Ingera ruris erant, nec uani pondera facti Ec.1.
Infecti uo, umbrā nemorum contentus opaca, 10.6.
Exegit uitam, & dapibus se pascit inemptis. H.G.4
Non dolus insidiæue inopi aut inuidit habenti; G.2.
Nec stupet aeratis postis, nec pluribus hastem G.2.
Per cunctos spectandus erit, plebisq; patrumq;
Corripit, arpactia conuentus fulua aura, G.4.
Non alio puniceus quam sub Sole jacentem. G.3.

Hunc

Hunc fallax Christus rebus compellit amicis?
Zacharias fabulæ, progenies cui nomen Iohannis
Inspirat Pater omnipotens, hæretque futuro
At tu confugio, & supplex mea fletibus ora
Tingi aro, corpus fluvialibus spargitur undis
Intonuere cœlum, & Rex magnæ, quod spectat
Exploret labor, mihi fulla cognitus ista
Verum nec proinde fluvios meditare salubres
Debeo, quod equidem soli nec dignor honore
Tum sacra hausturis largus infundere rorem
Sed si tempus adest, animi, & mutare cupidos
Sparserit corpus aqua, fluvioque quinquies aspersa
Patebo fugere, & tutos Te transire saltus
Hæc ubi dicta dedit, fluvio se dimittit ad undas
Iam senior (sed cruda Deo viridisque senectus)
Inter populeas alacris se attollere frondes
Visus, cum primus glauco velabat amictu
Cærbesus, & crines umbrosa regebat arundo
Ipse ubi tendentē adversum per gramina Christū
Vidit, tauritio demisit cornua vultu
Supplicibus venerans, vitreamq; invitat ad undam
Tum demum præceps toto se corpore Christus
In fluvium dedit: ille suo cum gurgite parvo
Accepit vetulentem, & mollibus expulit ulnis
Ecce autem subitum & dictu mirabile monstrum
Namque videt Christum medium discindere cœlum
Atque novam lucis vastum transcurrere Olympi
Præterea spectat sublimem in nube columbam
Quæ plaustrum ingentem pennis dat lapsa per aethra
Devolat, & supra capiti astitit insuper alti
Intonuere Poli, & vox reddita fertur ad aures
Ecce Meæ vires, Mea magna potentia, solus
Ecce Patris summi dilectus Filius, illum
Audite, & Genium, & jussa facessite cuncta
His actis Desertæ petit spelæa ferarum
Hic inter vallis rupes arcana latebat

Vigilate, quia nescitis diem, neque horam. 24.
Petrus ait: Domine, ad te, an ad omnes hanc parabolam dicis? 12.41
Hic adhuc loquente, supervenit quidam ex principibus 8.49
Cum autem venisset Jesus in domum Petri, non permisit 8.51
Hic stupebant omnes, et glorificabant Deum, qui dederat 5.26
Cui dicebant, quem dicunt homines esse filium hominis? 9.18
Praecipiens autem eis, ne cui dicerent hoc, dicens: 9.21
Cum sedisset super tribunal, misit ad eum uxor sua, dicens: 27.19
Illi autem centurio, et qui cum eo erant custodientes Jesum, 27.54
Circumdederunt me gemitus mortis, et dolores inferni circumdederunt me. 2.5
Scepsit autem, et dixit: Quid cogitatis in cordibus vestris? 24.38
Nisi Dominus remansisset in nobis, forte absorbuisset nos 124.4
Quippe qui non potuit fieri, ut periret propheta extra Jerusalem. 13.33
Sed Petrus dixit: Non, Domine, ad te similitudinem hanc dicis, an et ad omnes? 12.41
Hic autem ait: Beati, qui audiunt verbum Dei, et custodiunt illud. 11.28
Imposuit, quia non erat altitudo terrae. Gen. 8.9
Et premam, et lassa fiam: dixit autem Dominus ad me: 1 Esdr. 4.32
Hic Pharao rex Aegypti cum omnibus suis copiis 1 Esdr. 5.48
Tunc vox facta est ad me, dicens: Quid vides, Jeremia? Jer. 1.11
Incola, qui habitas in Aegypto, quia tibi quasi gladius exacuetur calamitas, Ezech. 29.6
Hic Judas, videns quod damnatus esset, poenitentia motus, Matth. 27.3
Interea dum haec geruntur, nuntiatum est Herodi, 2 Mach. 4.39
Hic Judas, videns quod damnatus esset, poenitentia motus, Matth. 27.3
Atque ita cum eis dormivit, et sepelierunt eum in civitate David, 1 Mach. 9.19
Ad illa mortalis mens, asperis ad deos concitata, 2 Mach. 7.38
Horrendum spectaculum ostendit, et terra dehiscens 2 Mach. 3.25
Infernus respondit ei: Ego et reges terrae, qui aedificaverunt sibi 2 Mach. 3.11
Pallida, dira mihi, sitisque imperiosa, venite, Ovid. Met. 3.
Quamvis quidam ex eis transformati in ovis, Ovid. Met. 3.27
Terribilis aquilone Scythes, qui plumis albet 2 Mach. 5.2
Cantibus haec ades, fauces, date lintea, flammae, Ovid. Met. 4.
Sordidus ex humero nodo dependet amictus, Ovid. Met. 6.
Et frontem oblitus cornua rigat, ignis vertigine 2 Mach. 7.11.
Lumina sunt oculis, vestis corpori, gratia genis, 2 Mach. 3.20
Pestifer aut populis Stygiis emissus ab Orco 2 Mach. 5.8.
Aspera nec lucos interdum, quos arbore densa 1 Mach. 3.45

Nate patris summi qui cuncta moderaris torquen
Fac *Caesar* cognoscam vultu hæc horrida (quæ
Cui *Christus* respondet hominem producere vitæ
Dona labanti *Caesari*, veram qui concilia
Quæ fandis Pater omnipotens his dicere vicem
Possunt hæ dulcem probent mortalibus ilicem
Tunc inimicus atrox magno fundere per aurem
Attollit *Christum* vultu ille per aera magnum
Atque levis candens Templi super altius arce
His *Christum* aggreditur dictis ac talia quærit.
Nate Patris summi, sacrato corpore progens
Ad terram mittit te Deus arbiter ab alto
Aligeros mittet vigiles, qui te agmine denso
Servabunt, nullo violabis vulnere corpus.
Christus ad hæc frustra tentas regem æthereis alu
Talibus insidiis deludere. Talia fantem
Arripit haud timide, & sublimi in nubila tollit:
Qualis ubi aut leporem aut candenti corpore cygnum
Sustulit alta petens pedibus *Jovis* aliger uncis:
Quæ situm aut Martis multis halatibus agnum
Martius à fabulis raptis lupus; haud secus illum
Qui Pater est hominum, divumq; æterna potestas
Corripuit Satanan, atq; alta ad nubila tollit.
Gestatur liquido sublimis in aere *Christus*;
Tunc procul excelso demissus vertice montis
Constitit, hinc mare velivolum, terrasq; jacentes,
Litoraque, & lætæ populos dum despicit orbis,
Alloquitur rursus *Christum* Rex noctis opacæ:
Hæc equidem mea sunt, si me venerabere vonis
His te nos regnis donabimus; accipe, juta
Da populis mortisque vias & mœnia pone.
His dictis *Christus* graviter contemptus, abire
Imperat, & tali furentem est voce sequutus:
Mature ato fugam, & sub tristia tartara vade
Hortator scelerum, cœli pœne Numen adora;
Tu soli cane vota Deo dominumq; potentem
Supplicibus

Supplicibus supera domita. ne tristis averni 8.6.
Rex turbetur adhuc, sanie illicet ocyor Euro 8.
Infernumq; petit, penibus timor addidit alas: 8.
Ac velut ille prius quam tela inimica sequantur 12.
Continuò in montes sese avius abdidit altos 11.
Occiso pastore lupus magnove juvenco 12.
Consciusq; audacis facti: caudamq; remulcens 11.
Subjecit pavitantem utero, sylvasque petivit: 11.
Haud secus ex oculis Satanas se turbidus abstulit, 11.
Contentusq; fugâ, mediis se immiscuit umbris. 11.
At Christus Victor manet imperterritus, hostem 6. 10
Immanem virtute fugans, & mole sua stat: 5. 10
Tunc cœli proceres cœlo venere volantes 6.
Præpetibus pennis; mulcebant æthere cantu, 6.7
Victoriq; Deo Bacchum Cererem; ministrant. 1.
Posthac contendens ad proxima littora Christus 1.
Andream Petrumq; vocat, dum retia tractant; 4.
Illi concilio parent, Christumq; sequuntur. 5.1
Johannem tum voce vocat fratremq; Jacobum, 6.
Ocyus hi linquunt confectum ætate parentem, 3.4.
Et non præceptis Domini, parere reculant. 2.
Præterea Thomas, Matheus maximus ævo 11.
Alphæi, & Simon, Thaddæus, atq; Philippus,
Bartholomæus, & ipse doli fabricator Judas: 2.
Omnes hi Christo luribusq; opibusq; relictis 3.1.
Addunt se socios, non inferiora sequuti. Ec.6.6
Omnibus his amor unus erat, labor omnibus idē, G.4.
Scilicet ut gentes penitus sua sub juga mittant; 4. 8
Vtq; mare ac terras omni ditione tenerent: 1.
Hos oratores bissenos mittit in orbem 7. E. 1.
Nulla arte instructos; nullis fulgentibus armis 2.5.
Accinctus; non pila gerunt; non lucida ferro 7. 5
Spicula; non aptant rorantes sanguine cristas. 11.
Tegmina nulla cavant capiti, flectúrve saligna 7
Umbonum crates: nulli thoracas ahenos,
Aut leves ocreas lento ducunt argento. 7.

Non

1.19. Non ope Barbarica nec vestis coloribus armis
2.6. *Christus* eget, non ille acies stragemq; cruentæ
1. Non vim, non vires Orientis, & ultima secum
1.2 Bactra vehit, partoq; ibat cum matre triumpho.
12.6 Ast humilis supplexq; venit sine viribus ullis
1.1 Urbe, domo, victuq; carens, atque omnium egens
6. Discit pauperiem, & duros perferre labores,
6. Atque omnes pelagique minas, terræq; stygisq;.
1.16. O fare Gente Deum turbæ per inane volantum
1.6.1. Alitum, dulces posuere in gramine nidos:
1.1.4. Nec non sub terris fodere cubilia vulpes;
1.3 Tu vero cui lar nullus, nullive penates
1. 1 Pauperis aut tuguri congestum cespite culmen,
6.1.1 Nescis ubi totam poteris requiescere noctem,
6.3. Nescis ubi inflexam cervicem ponere possis.
4.8 Ductores alii qui scse in bella sequantur
8.14 Præstantes virtute legunt, & pectore forti,
1. 5 Quique armis opibusq; valent; at *Christus* inermes
8.6 Queis neque mos neq; cultus erat, sed rebus egenis
12. Piscosæ circum labentia flumina *Iude*
6.1. Ars fuerat, pauperque domus, nec nota potentum
6.4 Munera, talem ingens comitatum elegit *Iesus*
9. Hos voluit socios summis adjungere rebus.
4.1 Terrarum reges signis auroq; rigentes.
7,1. Confidunt soleis, populo stipante, paternis,
4.1. Aurea sceptra manu, colloque monilia gestant;
1. Aurea, tum duplices gemmis auroq; coronas
5.7 Imponunt capiti; veterumq; ex ordine avorum
7.12 Antiqua ex cedro sive auro, aut ære corusco
7.1 Vestibulo effigies adstant; cœlataq; in auro
1.3 Fortia facta patrum, at *Ob illius* rex maximus orbis
1 Qui mare nunc terrasq; motu cœlumq; coercet;
8. Nec palla aurata lucet; nec lactea colla
8 Auro innectuntur; nunquam gestavit *Iesus*
1. Arte laboratas vestes ostroq; superbo,
1. Nec circumtextum croceo velamen acantho,

Nec fas est vnis solpeis tutamen regis iuxta 7.1.
Splendentiue ferri pendent in postibus arma: 7.
Nulli captivi currus, curaque soluti 7.
Nec cristæ capitis, aut pectora ænea clausit, 7.
Spiculaque clypeique, ereptaq; rostra carinis: 7.
Longe aliud fuit ingenium, diversique regni 7.
Condito *Christi*, nunquam tam dira cupido 6.1.11.
Regnandi tibi *Christe* fuit cœlestis regna 12.6.1.
Affectus, populosque domas cœlestibus armis; 6.1.11.
Spernis & insanos hominum curare triumphos; 6.G.1
Quippe ubi fas versu atque nefas, tot bella per orbē G.1.
Tam multæ scelerum facies, non vllus aratro G.1.
Dignus honos, squalent abductis arva Colonis, G.1.
Et curvæ rigidum falces conflantur in ensem G.1.
Quoe validæ cocunt in tristia prælia gentes? G.1.4.
Regibus incessit magno discordia motu; 11.G.4
Sanguine pinguescit proprio *Germania*: *Belga* G.1.
Spicula adhuc acuunt, & sese hortantur in arma; G.1.
Nondum tot juvenum satiati sanguine pergunt G.1.
Vsque inter sese paribus concurrere telis; G.1.
Italiæ rupeis inter se legibus urbes. G.1.
Arma ferunt, sævit toto *Mars* impius orbe: G.1.
Vt cum carceribus sese effudere quadrigæ G.1.
Addunt se in spatia; & frustra retinacula tendens G.1.
Fertur equis auriga, neq; audit currus habenas. G.1.
Quis furor, ô Cives, quæ tanta insania belli? A.5.7
Quæ vos dissicta demens discordia palla 8.
Sollicitat, sævoque furens Bellona flagello? 4.8
An semper cœptis patrios fornacibus enses? 7.
Signaque ferre juvat, sonitusq; audire tubarum? 7.
Optime *Christiadum* Ductor, quo sospite nunquā 8.
Res equidem nostras vitas aut regna fatebor; 8.
Quis quæso indomitas tantus dolor excitat iras 2.
Christiadas inter miseros in bella ruentes? 7.
Non hæc discedens dederas promissa ministris; 11.
Sed pacem æternam stabilitam fœdere firmo 4.1.

Pollici-

Pollicitus; quæ te tandem sententia vertit?
Certe in te fraus nulla fuit; cui maxima rerum
Verborumque fides, sed amor sceleratus habendi
Et fastus simul, & scelera exitialia nostra
His mersere malis, hæc nos in prælia cogunt.
Christiade, ne tanta animis assuescite bella,
Neu patriæ validas in viscera vertite vires:
Sed tandem positis miscescant sæcula bellis
Aspera, jam placidum læti componite fœdus.
Et tu, magne Pater, divum miserere tuorum;
Labere *Christe* polo, finesque invise Latinos
Tristis ubi infausto committitur omine pugna,
Fac in amicitiam coeant, & fœdera jungant;
Da Pacem æternam, redeant Saturnia regna,
Aspice nos tantum, finemq; impone labori;
Manda ne posthac insistant classica, neve
Impositi duris crepitent incudibus enses.
Ne posthac nostro pinguescant sanguine campi;
Namq; satis luimus terrarum infanda per orbem
Supplicia, & scelerum pœnas expendimus omnes.
Sed quo dulcis amor Patriæ, pacisque cupido
Me rapuit fessum; nunc colla reflectere tempus
Poscit, & unde fimus digressi, Musa, redire.

CHRISTIADOS

LIBER. 9.

Argumentum.

Postquam 12. discipulos in totum orbem misit Christus, veritis documentis & profectis instructis, adversus hostium malitiosos animos; destituitur Divini Verbi praesentia in ore Apostolorum, qua regnum Plutonis everti; Christus in Nuntia Cyrenaica Galilaeae agmina in viam vertit, postea flagello Mercurium è Templo ejecit; Evangelium praedicat, & omnes morborum species curat. Cum Samaritana ad puteum disputationem habet; cum autem multis constantes turba illum prohibuerunt, Petri notarium aggredi, & ex eo populum docuit, destructam vere miraculosa piscium captura confirmavit: viduae unicum filium defunctum resuscitat: Deque vero in navi dormiens, excitatus tempestate Pluto illum cum sociis submergere tentat; sed è summo supervellus objurgatu ventis protellam sedat. Ex duobus Gadarenis furiosis Daemones ejecit, qui porcorum gregem aquis immersarunt. Hemorrhoissam curasse vestis fimbriae. Filiam Iairi mortuam vivificat. Magdalenam exorcismatibus à Daemonibus liberat. Regulli filium absens sanat. In patria docens ab suis destitutus additur: Baptistae interfectum & sepultum; destituitur Herodis convivium, & ejus Magi abeunt documento.

Postquam contraxit socios in littore Christus	3.5.
Principio edicit, patrii ne limine regni	3.2.
Excedant, hodie at tota in regione vagentur	1.6.
Dicentes pacis leges, & laeta salutis	12.2.
Nuncia portantes, mira & spectacula rerum,	8.6.4.
Quodque propinquabat regnum coeleste docentes	4.2.1
Mandat ut expellant omnes è corpore morbos.	11.10.
Nocte satos fratres, & risisia monstra Barathri	7.3.
Ejiciant verbo; defunctaque corpora vitâ	4.9
Ad lucem revocent, & nomine quemq; saluzent.	5.11.
Sed binas tunicas prohibet gestare, pedumve	9.6
Sumere; sic auri, argenti, vel aeris acervos	2.5.6
Circumferre, pedelque vetat vincire cothurno.	11. 1.
Cumque domus fuerint ingressi limina, pacem	4.3.

Pro-

Propositum, quam si quis spreverit, illius ædem
Pulveris exigui jactu ceffumus oliva.
Palladis indignam, vel pacis legibus esse.
Sed simul ostendit per quot discrimina rerum
Tendant, & quoties caput objectare periclis
Cogentur, quoties pœnas cum sanguine poscent
Hostes infensi; sed se tueantur ut anguis
Sentibus abscondens sese curvisque latebris;
Quem si forte viæ deprensum in littore sicco
Aerata obliquum rota transiit, aut gravis ictu
Semineccm liquit saxo lacerumque viator:
Ille tamen fugiens longos dat corpore tortus
Parte feror, ardensque oculis, & sibila colla
Arduus attollens, quamvis pars læsa retentet
Nexantem nodos, seq; in sua membra plicantē;
Sic tam prudentes, instant cum sæva pericla,
Esse jubet socios, medioque tenere per hostes
Et celerare fugam, cum cædē & bella minantur;
Sicut spelunca subito commota columba
Cui domus & dulces latebrosa in pumice nidi
Fertur in arva volans, plausumq; exterrita pennis
Dat testo ingentem, mox aëre lapsa quieto
Radit iter liquidum, celeres neq; commovet alas.
Vt lupus insidias pecori meditatur, ita hostis
Mille dolos illis, odiisque agitabit iniquis.
Aut veluti pleno lupus insidiatus ovili
Quum fremit ad caulas, vētos perpessus & imbres
Nocte super media, tuti sub mœnibus agni
Balatum exercent, ille asper & improbus ira
Sævit in absentes, collecta fatigat edendi
Ex longo rabies, & ficca sanguine fauces:
Haud secus insontes socios ad dira vocabunt
Supplicia, infensi & crudeli mente Tyranni:
Tum pavidos socios dictis hortatur amicis
His animis opus esse docet, & pectore forti:
Ne dubitate, precor, nunc tubi tremor occupet artus,
Neve animis cedant, sed contra audentior ipse;

Nam Deus ipse animas (inquit) vivesq; ferendas
Sufficietque, dabit quæ tua expromere voces;
Quo sine nec volucres labuntur ab æthere pennis
Nec coma de vestro labetur vertice, quin &
Gloria certa manet vobis, & munus habebit
Qui frigenis aquæ sitienti pocula porgit,
Non licet exigui veteraſcet gratia facti.
Vos quoq; magna manent in Regnis præmia no-
Hic vobis sedes, requies ea certa laborum: (stris,
Propterea revocate animos mœstumq; timorem
Mittite; degeneres animos timor arguit: Ille
Ille inquam solus vobis metuendus habenas
Quiregit ætherias, cuiq; umbræ animæq; silẽtes
Et Chaos & Phlegeton loca nocte silentia late
Parent, cui imperium est animarum & corporis,
Durate, & vosmet rebus seruate secundis. (ergo
Talibo instructos monitis, verũ omniũ egenos
Humani auxilii, vel defensoribus armis
Mittit in impẽrium magnum de paupere terra.
Nempe ut *Iudæum* primo, mox extera Regna
Subjciant *Christo*, at sine vi, sine cæde virorum.
Regum oratores magna comitante caterva
Procedunt, ramis velut palladis omnes
Munera portantes eboriq; antiquæ talenta:
Aſt hi nec pacis ramas, nec munera portant,
Sed verbũ omnipotẽs sceptrũ inviolabile Regni,
Cui vis nulla virum, nec iniqua potentia Ditis
Obstitit, at via vi facta est per vela, per ignes,
Omnibus obicibus ruptis, fractisque catenis
Queis genus humanũ Sacanas tot fascia tenebat.
Non sic aggeribus ruptis cum spumeus amnis
Exiit, oppositasque evicit purgitis moles
Fertur in arva furens cumulo, camposq; per omnes
Cum stabulis armenta trahit, cecidere superba
Templa Deũm, vrbesq; domos silvæq; vetustæ
Atque omnia divum interpres eos qui numina falsa
Quin gregibus claris Caspro, qui fidere simplex,

XUM

Et vola Cremen fugias, & præpetis omina pennæ
Vt tuba terribilis vario pulsu æra canoro
Increpat sonitibq; trepere omnia visa repentè
Luminaque lunæque Dei, totiusque moveri
Mons circum, & magnis adytis cortina reclusis
Tunc omnes postes Erybi fugere, relictis
Terris, & nocto ruisse conduntur in orco.
Primo luctus abit dejectus lumine, pallis
Crinibus, & duris contuso pectore pugnis.
Atribus strictis sequitur metus, omnis demens
Tota timens, quemq; curæ omnes, somus excitat
Post hos, pallentes morbi, tristisq; senectus (omnis.
Fugere, ultrices liquere cubilia curæ,
Tum metus & maledicta fames, & turpis egestas
Terribiles visu formæ luctumq; laborq; (illas,
Tum consanguineus lethi sopor, & mala mentis
Gaudia Bellipotensque objecto cuspide Mavors
Eumenides armati ferris serpentibus orcum
Horrendo stridore petunt, chalaosq; revulsis
Ferratos, sequiturque gradu discordia sæpto
Viperea circum cristata virgis noxia crudelis.
Multaque præterea varijram monstra ferarum.
Cetasti ad stabula redeunt, Scyllæq; biformes
Et centum geminus Briareus, ac bellua Lernæ

Horren-

Horrendum, stridens, flammisq; armata *Chymera* 6.
Gorgones, Harpiaeq; & forma tricorporis umbrae 6.
Pestiferas hanc turbam primis è faucibus erei 7.6.
Rex stygius Satan superas emisit ad auras 6.6.
Postquam fatalem deserpsit ab arbore fructum 6.6.
Eva parens, verum *Christus* miseratus *Adami*, 6.6.
Has iterum misit furias *Acherontis* ad undas. 1.6.
Postquam igitur rauco crepuerunt cornua cantu 8.
Terrifici Verbi posuere ferocia gentes 3.1.
Corda volente Deo, & *Christi* praecepta facessunt. 1.G.4
Tunc Pater haud voluit summi regnator Olympi 7.
Has super aetherias errare licentius auras: 7.
Sed nostra ob eo remissa nigra spiracula Ditis 1.7.
Perrumpunt saepè, & supera ad convexa feruntur 2.6.
Permittete Deo, at rursus quàdo imperat, omnes 4.3.
Ocyus attollunt stridentes anguibus alas, 7.
Cocytique petunt sedè, & supera ardua linquunt. 7.
Ergo Deus mihi sis, *Christe*, & Rex optime Regum 2.1.12.
Flectere qui superos nec non *Acherunta* movere 7.
Voce potes, me flecte tuo spiramine, quaeso, 6.1.41.
Et dictis animum Rege nunc, & pectora mulce. 1.
Excudent alii spirantia mollius aera, 6.
Credo equidem vivos ducent de marmore vultus. 6.
Orabunt alii causas, caelique meatus 6.
Describent radio, & surgentia sidera dicent: 6.
Tu regere interea mundum Rex *Christe* memento 6.
Non ferro aut sceptro, sed verbo & flamine san- 1.16.
Hae tibi erunt artes, paciq; imponere morè, (cto 6.
Parcere subjectis, & debellare superbos. 6.
Postquam consicuit factoque hic fine quievit 3.
Christus, tum properè exequitur praecepta patris 6.
Se variis signis monstrans genus esse *Jehovae* 2.4.
Est urbs *Hebron Kaneb* cognomine dicunt; 1.
Hic hymenaeus, erat; *Christes*, sociique vocati 4.3.
Adsunt, accumbunt epulis, curaeque resolvunt. 1.G.1.
Postquà exempta fames, & amor cibi [illegible]

Exhau-

1.8. Exhaustum est vinum; *Christus* sublata reponi
6.6.12. Pocula cunctis jubet, dulcesque à fontibus undas
1.3. Sex urnis fundi; mox unda rubescere cœpit,
4.3. Et latices sunti pumantis pocula Bacchi
5. Illum admirantur cum vina liquentia fundit;
1.7. Impleretque mero pateras; stupet insciæ turba,
1. Atque iterum in mensa laticum libavit honorem.
1. Fit strepitus tectis, vocemq; per ampla volutant
1. Atria, dependent lychni laquearibus altis. *Cruc*
1. Ingeminat pulsum juvenes, nymphæq; sequuntur.
1. Hinc abiens *Salymam* petiit, Templumq; revisit.
1. Hic ubi debebant aris imponere honorem
1.4.2. Mutabant merces: ubi tendere rite supinas
2.E.7. Ad cœlum cum voce manus, plebs ante solebant,
1.12. Dum pecudes vendunt, Templi fecere profanū.
1. Haud impune tamen, nec talia passus *Iesus*
6.3. Verbera torta parat, juvenesq; senesq; flagellat,
4.5. Nunc dextra ingeminans ictus, nunc ille sinistra,
1. Nec mora nec requies: quā multo grā dine nimbi
5. Culminibus crepitant, sic densis ictibus Heros
5. Creber, utraque manu pulsat, versatq; profanos:
9.6. Immissitque fugam cunctis, atque intonat ore:
4.12. Hic precibus locus est, at non spelunca latronum.
6. Tunc *Christus* passim tota regione vagatur
6. Multa docens, fortemq; animo miseratus iniquā
6.4. Ignavæ plebis; variis & miracula rerum
6.4.2. Efficit, auxiliu miq; tulit mortalibus ægris
6.3. Dū medicas adhibere manus ad vulnera gaudet.
6.4. Omnes queis tristi languebant corpora morbo,
6.3. Quique ferunt sordā scabiem, turpesq; podagras,
6.3. Atque hi quorum arcus depascitur arida febris
4.3. Linquentes duces animas, aut ægra trahentes
5.5. Corpora, quin surdi, muniq; & tabida membra.
6.3. Atque oculis capti, vel quos stupor urget inertes
1.5. Hinc atq; hinc misti cœcum glomerantur in unū,
8.1. Auxilium *Christi* magno clamore petentes.

Ille

Ille ignem mihi dixit sedanos [illegible]
Omnibus, & verba meditor extendere cantu. G.
Nox quia si magnum cursum sors, quoque cantum A.
Ferrea vox, ratio fatum comprendere posset, E.
Omnia nocturnus percurrere montia passus, E.
Quos Dominus certos sua, non sine lavabat. 9.
Iam capiat torrens & virgines sirius Indos G.
Ardebat cælo, & medium Sol igneus orbem G.
Hinc certa; arebant herbæ & cava flumina siccis G.
Fauchius ad limum radii crepitantia concabant; G.
Cum Dominus fessus dulcisque inimine sedit A.
Iacobi ad Fontem, ut frigus captaret opacum. E.
Intus aquæ dulces, circumque sedilia saxo. E.
Forte fuit juxta mulier quæ fonte petebat 3.
Gentis dulcis aquæ; tum sævo exercitus æstu 3.
Atque sui flagrans, flatim petit ille necentes, G.
Da (dixit) potum, mulier ut denique fonte E.
Gentis sit, dabimusque tibi de fonte perenni, 3.
Cujus qui sacræ libabit pocula lymphæ 3.
Imo ista sua non hanc premit ignea venis, G.
Ad quem tum mulier supplex his vocibus usa A.
Quidnam ex hausto (dixit) dominus cælestibus, auras 1.
Vitales carpis nostram qui advenis urbem, 1.
Cur tandem mecum cupidus vocibus ultro 4.
Cum sis præclaro Iudæ de sanguine cretus; 8.
Nam me diræ opum, studiisque asperrima belli 1.
Iddidit in lucem Samaris dicta Sebaste. 7.
Tum' majori genitore Iacob, quo pulchior alter 1.
Nec pietate fuit, gregibus nec ditior ullis 2.
Omnes ille greges balantum, armentaque equina 7.
Cæruleum ligni potare canalibus undam G.
Hic jussit; nec non solimus pascipule Iacobus 4.
Cum fontalibus natisque haurire ex fonte liquores 3.
Sed fas vgne vetuit, pecudes (arcui 6.
Haud vetum ignarus venturique inscius ævi 1.
Quanta tuum nostri fastidium, arcana tuorum 9.

Ante Christum, & secum hæc pectus hymnus
Porrige, ne frigus rursus, compesce reverti.
Fauebimus ad precem, sic respondit Iesus.
Ille ego sum quem tu promisti sæpius audis
Lux mundi Christus, tuæ gloria gentis,
Me pete, & accipies lacrices sine fine fluentes.
Hac vice sermonem vocem in gurgite Phœbus
Tingit aquos, noctemque die labente reducit.
Aduentant socii, mulier properavit ad urbem,
Dictaque narravit Christi, temque ordine pandit.
Concussam extemplo vulgatur fama per urbem
Fundunt se portis cives bipatentibus omnes
Et Christum densa astisi cinxere corona.
Conticuere omnes, intentique ora tenebant.
Dum docet, & volvens fatorum arcana movebat.
Sub noctem nunc tecta petunt, & corpora curant.
Iamque dies alterque dies processit, & inde
Digredient, ratibus Galilæa venit ad ora.
Est mare quod muros Tyberiadis alluit urbis
Fluctibus, hinc raucum fluvio Jordanis amœno
Vorticibus rapidis, & mulca fluvius arena
Influit; hinc Christus gressus ad littora tendit,
Et secum in ficca solus spatiatur arena.
Famaque finitimos, & eliri nouum Jesu
Excierat, lato complerant littora cœtu
Visuri Christum, pars atque audire parati.
Quem circum innumeræ gentes populiq; stipe-
Ac veluti in pratis ubi apes æstate serena (bant;
Floribus insidunt variis, & candida circum
Lilia fundentem, strepit omnis murmure campus:
Haud secus Abrahide, nec non Romana iuventus
Undique collecti cœunt, Christumque premebant.
Forte autem binæ stabant in littore puppes.
Vna fuit Petri, hanc Christus conscendit, & alta
Consulit arentis populumque ex nave docebat.
Postquam finem Christus sermoni dedit, cur loganti,

Tem-

Tendere iter velis, portumque petebat Phaeax. 7.
Imperat, atque imo submergere rostra profundo. 7.
Cui Thetis: quamvis nostros experta labores G.4.
(Sed fixa ira) nox fit, quia fert ita corde voluntas, 4.6.
Parebo, atque iterum duro indulgebo labori. 4.6.
Haec ubi dicta dedit Phaeax, jubet ocyus omnes 2.5.
Attolli malos, intendi brachia velis; 5.
Una omnes fecere pedem, pariterque sinistros 5.
Nunc dextros solvere sinus; una ardea corquent 5.
Cornua detorquentque ferunt sua flamina puppim 5.
Ecce autem subito vasti gens humida Ponti G.4.
Innabant omnes pariter fluctusque secabant. 4.10.
Et longe Regem agnoscunt, lustrantque Glaucum. 10.
Occurrunt Nymphae vitreisque sedilibus omnes 10.
Haud mora) prosiluere suis, volitantque per undas 5.10.
Ocyus & jaculo, & ventos aequante sagitta, 10.
Atque omnes celerant cursu hic 124 Cymodocia, 10.5.
Et Thetis, & Melite, nec non Actaea Doto, 5.5.
Et Galatea secant spumantem pectore Pontum 5.
Mirantur socii dum spectant gurgite pisces 1.0.4.
Aequora verrentes caudis, astumque secantes. 8.
Interea omnis turba ad naves effusa ruebat 6.
Immensi pelagi proles, & retia complet. G.4.
Mox Petrus sociique trahunt humentia lina, G.4.
Implentque ambae naves; genus omne natantum 4.80
Puppibus incumbens, immani pondere naves 7.5.
Involuebat aqua, & vasto submergere ponto 6.2.
Incipit, at Petro solvuntur frigore membra, 2.
Ingemit, & duplices tendens formidine palmas 2.
Talia voce refert: Tu cujus numen adorant 1.2.
Nereidum Phorcique greges, Panopeaque virgo 5.
Et sectior Glauci chorus, Inousque Palaemon, 5.
Tritonesque citi; scelerata excedite navi; 5.5.
Liceat opitulari hospitio, sceleratumque ministro, 3.2.
Da Christe auxilium, & nostro succurre labori, 3.59
Utque prius miseros lustro, & sedes omnes remitto; 3.2

Cui

4.11. Cui *Christus* confide *Petre*, & timor omnis abesto.
G.3.1 Tu genus æquoreum laqueo captare solebas,
A.1.9. Mox homines discès captare, & fallere verbo;
1.9. Me sequere, & Domini casus cõplectere in omnes;
9. Nulla tuis fine Me quæretur gloria rebus.
5. Hæc ubi dicta; petunt portus, & vela secundi
5. Intenduntur *Zephyri*, fertur cita gurgite navis,
6. Anchora de prora jacitur, stant littore puppes.
4. Progreditur *Christus* comitum stipante caterva.
12. Cuncta manu medica curabat languida membra;
G.2. Auxiliumq; tulit præsens dominisq;, ministriq;
G.2. Et pueris, simul, & senibus medicatur anhelis.
A.10. Iamque propinquabat muris portisq; *Naimæ*
6.1. Lugentem viduam concursu accedere magno
2. Conspicit admirans numerum, matresq; viросq;
7. Filius huic matri miseræ, prolesque virilis
7. Vna fuit, quæ prima oriens erepta juventa est;
6.6.4. Hujus frigentis corpus vitaque carentis
G.4. Exportant tectis & tristia funera ducunt;
A.11. Ducitur infœlix mater confecta dolore
11. Pectora nunc fœdans pugnis, nunc unguibus ora;
12. Multaque per mœstum demens effata furoretti
Ec.5. Flebat defuncti corpus miserabile nati:
5. At *Christus* casu matris concussus acerbo
G.4. Ingemit, & tristes jussit deponere curas.
11. Tunc tetigit pheretrũ & tolli miserabile corpus
11. Imperat, exanimum juvenem pheretroq; repostũ
7. Alloquitur, justitque at limina surgere vitæ.
4.2. Audiit exanimis, subitoque à morte revixit
11. Suppliciter venerans demisso lumine *Christum*:
3. Hic populus paulum aspecta contentus hæsit,
2. Spemq; metumq; inter dubius, seu vivere credat
1.12. Sive extrema pari delusus imagine falsa;
5.10. Agnoscunt tandem revocatum à morte sodalem;
2.4. Nec se delusos vana spe; protinus omnes
Ec.5. Lætitia vocis ad cœli sidera jactant.

Et *Christi* laudant magnũ & memorabile nomen. 4.
His demum exactis mox sese à mœnibus heres 6.3.
Omnipotens *Christus*, multis comitantibus, aufert 6.3.
Littora nota petens; navem tunc forte paratam 6.4.1
Corripuit, socios que jubet considere transtris; 5.
Solvunt vela citi; terræque urbesque recedunt; 4.3.
Certatim socii ferunt mare, & æquora verrunt. 3.
Interea in puppi gelidasque sub ætheris axe 8.
Dum *Christus* variis turbatus pectore curis 8.
Procubuit, seramque dedit per membra quietem; 8.
Dumque etiam dulci declinant lumina somno 4.
Sub remis fusi per dura sedilia Nautæ, 5.
Extemplo Satanas una cum gente tot annos 1.
Bella gerens; cujus nondum exaturata quiescit 1.7.
Mens odiis, *Christum* ut possit submergere ponto; 7.1.
Nimborum in patriã loca fœta furentibus austris 1.
Oceanum venit, hinc imbres ventosque furentes 1.10.
Excitat, atque atros prorumpit ad æthera fumos: 10.3.
Hosque repercussos nebularum frigore, vasto 8.1.
Cum sonitu in terras defert pontumq; profundũ. 3.5.
Hinc subito rapidi venti velut agmine facto 6.1.
Qua data porta ruunt, & terras turbine perflant. 1.
Incubuere mari, totumque à sedibus imis 1.
Una Eurusque Notusq; ruunt, creberq; procellis 1.
Africus, & vastos volvunt ad littora fluctus; 1.
Insequitur clamorq; virũm, stridorq; rudentum; 1.
Eripiunt subito nubes cœlumque diemque 1.
Nautarum ex oculis, ponto nox incubat atra 1.
Intonuere poli, & crebris micat ignibus æther, 1.
Præsentemque viris intentant omnia mortem. 1.
At nantis subita gelidus formidine sanguis 3.
Diriguit, cecidere animi, tremor occupat artus. 3.7.
Ipse metu *Petrus* trepidat dum gurgite curvo 6.3.
Tollitur in cœlum, & rorantia conspicit astra, 3.3.
Subductaque undã Manes descendit ad imos. 3.
Abrupit *Christo* somnos, & voce fatigat:

Nate

Nate Deo potes hoc sub casu ducere somnos?
Heu quantis pelagi iactamur, cerne, periclis:
Insequitur quàs cumulo præruptus aquæ mons?
Aspice ut in fluctu pendes, atque unda dehiscens
Terram inter fluctus aperit, furit æstus arenis.
Te socii miseri per tanta pericula vecti,
Oramus prohibe insanas à navibus undas.
Aspice nos placidus, precibus si flecteris ullis;
Auxilium da *Christe* tuum, & nos eripe letho.
Christus ad hæc revocato animum atq; absiste precari
Viribus indubitare meis; fiducia cessit (cando.
Quo tibi *Petre* mei? possum namq; omnia; nec me
Nec quicquam terris genitor præfecit & undis;
Nam mulcere dedit fluctus, & tollere vento
Æterno imperio Divũ Pater atq; hominũ Rex;
Nimborumq; facit tempestatumque potentem.
His ubi læta *Petri* permulsit pectora dictis,
Eurum ad se *Zephyrumq;* vocat, dehinc talia fatur;
Tantane vos generis tenuit fiducia vestri?
Iam cœlum terramq; meo sine numine vexati
Miscere & tantas audetis tollere moles?
Quos ego. sed motos præstat componere fluctus;
Post mihi non simili pœna commissa luetis;
Maturate fugam, flygioque hæc dicite Regi:
Non illi imperium pelagi, sævumq; tridentem,
Sed mihi jure datum tenet ille immania saxa
Infernasque domos; illa se jactet in aula
Lucifer, & cæco furiarum carcere regnet.
Hæc ubi dixisset, superum domus alta filescit,
Et tremefacta solo tellus; silet arduus æther,
Tum *Zephyri* posuere, premit placida æquora
Collectasq; fugat nubes, solemq; reducit (pótus;
Purpureum, & dicto citius tumida æquora placat;
Mitis ut in morem stagni, placidæque paludis
Sterneret æquor aquis, remo ut luctamen abesset;
Ac veluti magno in populo cum sæpe coorta est

Seditio, fœvitque animis ignobile vulgus; 1.
Iamq; faces & saxa volant, furor arma ministrat: 1.
At pietate gravem & meritis si forte virum quem 1.
Conspexere, silent: arrectisque auribus adstant. 1.
Ille regit dictis animos & pectora mulcet. 1.
Sic cunctus pelagi cecidit fragor, æquora postqui 1.
Aspiciens rapidi, placavit murmura venti. 1.10.
Mirantur turbæ quis sit cui tanta potestas 1.10.
Imperiumque datum pelagi, qui voce coercet 1.6.
Luctantes ventos; tempestatesque sonoras. 1.
O qui ventorum moderaris flamina, cujus 6.1.21
Imperio fluctus parent, ac jussa capescunt: 4.
Fluctibus In mediis pereunti porrige dextram, 1.8.
Quem *Pluto* in *Syrtes* urget miserabile visu, 1.
Illiditque vadis, atque aggere cingit arenæ; 1.
Subsidant undæ, fugiant vasto æthere nimbi; 4.
Vt me confectum curis, morbisque gravatum 6.
Accipias tandem tuto placidissime portu. 3.
Postquam omnis cessit furor, & rabida unda 6.
Mox *Gadaveruſ* pleno subit ostia velo. (quievit 1.
Hic illi occurrunt juvenes duo mente furentes; 6.2.
His rabie fera corda tumet, hos concutit intus 6.
Spiritus obscœnis stimulos sub pectore vertens. 3.2.
Non vultus, non unus erat color, usque fatigat 6.
Ora rabadū fera corda domans, fingitq; premēdo. 6.
Hic inter tumulos, & fœda cadavera dejunt, 3.G.3
Horrendosq; cient gemitus; micat acribus ignis 6.3.21
Ex oculis, rumpunt ferrum, tractæque catenas. 6.
Quin ipsi proprios, dum sævit spiritus intus 4.6.
(Dii meliora pijs, erroremque hostibus illum G.3.
Discissos duris laniabant cautibus artus. 6.3.24
Sic ambo ad *Christum* rapidi per curva feruntur 7.3.
Littora, tunc tales rumpebant pectore voces: 11
Nate Patris summi qui torquet sidera mundi, 1.9.
Cur nos ante diem pœnis crudelibus urges? 4.6.
Nondum summa dies, nec ineluctabile tempus 2.

6. Venit, cum clausos tenebris & carcere cæco
6. Nos exercebis pœnis per sæcula cuncta,
4.3. Sed si nos hinc ire jubes, si pellere nostro
3.6. Hospitio cupias, quia fert ita corde voluntas,
3. Parcemus; verum liceat succedere porcis
2.1. Quos celsa pendere procul de rupe videmus.
1.4. Annuit his *Maria* genitus; tunc ocyus omnes
5. Tartarei fratres intrant pleno agmine porcos,
4. Præcipitesque ruunt summo de vertice montis
7.6. In mare vicinum, medioque sub æquore mergunt
11.5. Setigerosque sues, urbesque timoribus implent.
7. Iamq; volat subitus *Gadarena* per Oppida rumor,
3. Sparsisse in fluctus vastoq; in gurgite *Christum*
3.9. Immersisse sues; portis ruit omnis apertis
6.3. Turba senum ac juvenum, votis manibusq; supi-
1.3. Orabat Dominum *Gadarena* excedere terra. (nis
3. Interea mulier macie confecta suprema
3. Cui miseræ toto manabat corpore sanguis
5.11. Bissenos annos arrepto tempore *Christum*
11.1. Ægra sequebatur, mediisque in millibus ipsum
12. Undique nam densa populi inclusere corona)
12.4. Vestigat, manibusque ardet contingere limbum
8. Vestis quæ Dominum tenui velabat amictu.
11. Quasque cunque igitur medio tulit agmine *Christus*
11. Hæc mulier subit, & tacite vestigia lustrat.
12. Namq; manu medica, *Phœbiq;* potentibus herbis
11. Sæpe usa est frustra; impensis nihil omnibus actũ
11.12 Tantorum annorũ, nihil ars, nihil author *Apollo*
12.7. Subvenit, aut totis quæsitæ in montibus herbæ.
6.3. Sed simul ac trepidans tetigit velamina sacra,
6. Continuo morbi cessit furor omnis, & ægra
12. Sensit opem: subitoque omnis de corpore fugit
12. Quippe dolor, omnis stetit ima sanguis in alvo.
4. Ille autem advertens exisse è corpore vires,
12. Huc atque huc acies circumtulit, atq; ita fatur:
3. Immundo tactu quidam me fœdat, & idem

Attrectare manu limbum velaminis audet, 2.4.
Sentio namq; meo fluxisse corpore vires. 5.
Admiratus mulier *Christi* venerabile numen, (tem 6.
Atq; humilis, supplexq; oculos, dextrāq; precī- 12.
Protendit, *Christus* dextram non multa moratus 3.
Dat miserę, atq; animū præsenti pignore firmat. 3.
Ecce autem *Christo* perfertur nuncius, implens 9.
Lugubri clamore locum, natamque *Iairi* 3.
Extinctam referens; *Christum* sperare salutem 6.5.
Iussit, & afflictis melius confidere rebus. 5.
Tunc dextram extinctę tetigit, blandisq; vocavit 8.11.
Vocibus, illa graves oculos attollit, & alto 4.
Quæsivit cœlo lucem, gaudetque reperta. 4.
Hic Patris extinctæ suspensam blanda vicissim 7.
Gaudia pertentant mentem, dulcedine lætæ 7.6.4.
Mirantur turbæ, *Christumque* ad sidera tollunt. 3.11.5
Posthæc dum victu vires revocaret *Jesus*, 1.
Magdalena venit furiarum infecta venenis, 7.
Et *Christi* genua amplectens genibusque volutans 3.
Hærebat, lachrimisque oculos suffusa nitentes 1.
Oscula figebat pedibus, fletuque rigabat; 1.6.
Flaventesque comas fusas per candida colla 4.6.4
Arripuit, siccatque pedes, suspirat, & ungit. 4.6.
Christe graves hominum semper miserate labores, 6.
His lachrimis vitam das, & misereris amantem: 2.4.
Ecce gemo, largoque humecto flumine vultum, 3.
Da veniam misero, & propius res aspice nostras: 6.5.
Ad te confugio, & supplex tua numina posco, 1.
Alme precor miserere, potes namq; omnia, sic tu 6.
Semper honore meo, semper celebrabere donis. 8.
Illinc digreditur *Christus*, Canamque revisit. 3.1.
Hic illi occurrit claro de sanguine princeps 6.1.
Suspirant, imoque trahens à pectore vocem 11.
Sic breviter fatur: natum nunc eripe lætho 6.5.
Christe precor, tristi cui languent corpora morbo 6.4.
Heu cadet ante diem? miseri te si qua parentis 4.11.

Tangere

13.6. Tangere iura potest, nati miserere, patrisque (ra
1. *Christus* ad hæc revocato animo, nam vescitur au-
2. Aetherea, nec adhuc crudelibus occubat umbris.
6. His dictis curæ emotæ, pulsusque parumper
6.9. Corde dolor tristi; discedit protenus illi
4.5. Nuncius occurrit qui certa ac læta reportat
2. Luce frui optata, ac revocatum à funere natum.
1. Hinc abiens *Christus* patriam remeavit in urbem
4. Cumque introgressus Synagogã multa docebat,
1. Sed Pharisæorum gens atrox fluctuat æstu
2. Irarum, sævitque animis ignobile vulgus.
2. Undique collecti *Christum* juvenesque senesque
7. Invadunt, agitat cæcos insania cives:
7. Haud aliter quam si magno cum flamma sonore
7. Virgea suggeritur costis undantis aheni
7. Exultantq; æstu latices, furit intus aquæ vis
7. Fumidus atque alte spumis exuberat amnis
7. Nec jam se capit unda, volat vapor ater ad auras.
2. Tunc *Christum* pellunt summi ad fastigia montis,
1. Præcipitem ut scopuli dejrudant vertice; verum
12.4. Occulit hunc densis umbris circundata nubes
2. Mortales hebetans visus, atque humida circum
7. Caligans, sed enim caligo densior horum
3. Mentibus incumbit, tenebris densantur opacis
5. Errorum, quanti cinxerunt pectora nimbi?
1.5. Cernere dum nequeunt *Christum* mortalibus orbẽ
4.10. Lucem retexentem miseris, noctemque fugantem.
8. Ergo properipuit sese, atque inimica refugit
7. Oppida & in gratæ patriæ se submovet ortu.
6. Interea Herodes indigna morte perennit
4.6. *Johannem*, dum Rex infando indulget amori
6.4. Conjugis incestæ, & violat pia jura pudoris
6. Nam thalamum invasit fratris vetitosq; hyme-
8. *Johannes* igitur justas exarsit in iras (næos.
6.10. Esse nefas dicens thalamum incestare *Philippi*.
9. At Rex irarum volvens subpectore fluctus,

Infontem vatem vinclis ac carcere cæco 1.6.
Imperat includi, quia vincla incesta vocabat 1.2.
Cumque dies venit natalis, more vetusto 2.3.
Annua vota facit, solemnesque ordine pompas 3.
Exequitur, cumulatque suis altaria donis. 3.
Tunc domus interior regali splendida luxu 1.
Instruitur, mediisque parat convivia tectis; 1.
Arte laboratæ vestes, ostroque superbo; 1.
Ingens argentum mensis, genialibus altis 2.6.
Aurea fulcra toris lucent, mensæque superbæ 6.
Impositis auro dapibus; carchesia fulgent 3.6.4
Cymbiaque argento perfecta atq; aspera signis. 5.
Conveniunt magna pompa procereſq; ducesq; 1.5.
Illos porticibus Rex accipiebat in amplis: 3.
Et tandem aulæis sese Tetrarcha superbis 1.
Aurea composuit sponda, mediumque locavit. 1.
Iam proceres Regni, nec non Romana inventus 3.1.
Regali accumbunt mensæ strato super ostro. 1.
Dant manibus famuli lymphas Cereréq; canistris 1.
Expediunt, tonsisque ferunt mantilia villis 1.
Quinquaginta intus famulæ quibus ordine longo 1.
Cura penum struere, & flammis adolere penates. 1.
Centum aliæ, totidemque pares ætate ministri 1.
Qui dapibus mensas onerent, & pocula ponant. 1.
Vescitur *Herodis*, procereſq; & læta juventus, 8.1.
Implentur veteris *Bacchi*, pinguisque ferinæ: 1.
Crateras magnos statuunt, & vina coronant. 1.
Fit strepitus tectis, vocemque per ampla volutant 1.
Atria, dependent lychnis laquearibus aureis 1.
Incensi, & noctem flammis funalia vincunt. 1.
Hic Rex ipse gravem gemmis, auroque poposcit 1.
Implevitq; mero pateram, morsq; impiger hausit 1.
Spumantem, & lætus pleno se profudit auro. 1.
Post Regem proceres; laudes & facta parentis 1.8.
Herodis magni cythera qui personat aurea 1.
Adstabat famulus, pugnata ut in ordine bella. 1.8.

8. Vt *Solymâ* ingenti urbem obsidione premebat,
8. Civesque in ferrum pro libertate ruebant:
8. It bello egregias idem disjecerat urbes;
6. Vtque triumphata Capitolia ad alta *Sionæ*
1.G.3. *Cæsare* cum socio, & tota comitante cohorte
8.10. *Romulidum* ascendit, gemmis insignis, & auro.
1.E.7 Vt Templum sublime, ingens, de marmore levi
1.G.3. Condidit, & rutilo surgentes ære columnas,
Vrbem *Sebastes*, turrimque *Antoniam*, & ædem
3. *Cæsaream*, quam Rex *Romano* à *Cæsare* dixit,
3. *Cæsaream*q; urbem tanto cognomine lætam,
9.3 Innumerasq; arces splendentes marmore cantat.
6.3. Multaque templa addit saxo constructa vetusto,
2.I *Herodis* renovata manu; tum strata viarum
1.4. Portas, & pontes, & propugnacula bello
4.12. Ingentesque minas murorum, aquilamq; coruscæ
4.5. Auream in excelso delubri vertice pennæ
2.11. Pandentem, pedibusq; uncis nova bella minantē
1. Tum portus arte effossos, atque alta Theatris
1. Fundamenta canit jacta, immanesque Columnas
1. Rupibus excisas scenis decora alta futuris.
04.Act Vrbes *Asiæ* addit domitas, pulsosque latrones,
Ae.3. Fidentemque fugâ *Parthum*, versisque sagittis,
G.3. Et tot rapta manu diverso ex hoste trophæa,
G.3. Atque triumphatas vicino ab littore gentes.
8. Tum canit æratas classes, atque *Actia* bella,
8. Vtque *Augustus* agens *Italos* in prælia *Cæsar*
8. Cum patribus, populoq; penatibus, & magnis diis
2.7 In puppi steterat, tremulis à vertice flammis
11.8 Terribilis, variisque ut trux *Antonius* armis
8. Victor ab Auroræ populis, & littore rubro
1. *Ægyptum*, *Actumque* acies, & *Memnonis* arma
8. Vexerat: utque sequuta (nefas) *Ægyptia* conjux
8. Puppibus auratis: atque ut spumaverit ingens
8. Convulsum remis, rostrisque stridentibus æquor:
8. Vtque omnis subito terrore *Ægyptus*, & *Indi*

Omnis

Omnis Arabs, omnes verebant terga *Sabæi*, 8.
Tunc cecinit magno mœrentem corpore *Nilum*, 8.
Pandentemq; sinus, & tota veste vocantem (ctos 8.
Cæruleum in gremium latebrosaque flumina vi- 8.
Ille canit numeris septem discrimina vocum, 6.
Iamque eadem digitis, jam pectine pulsat eburno 6.
Hic *Paris* interea cum semiviro comitatu 4.
Mœonia mentum mitra crinemq; madentem 4
Subnixus potitur rapto, indulgetque choræis, 4
Cujus picta croco est, & fulget murice vestis, 4,9.
Cui *Cybeæ* cordi, & biforem dans tibia cantum. 9
Non tuba, nō cornu, nō bellica tympana nunquā 9
Aere ciere viros *Martemque* accendere cantu 6
Ausus, at ad Venerem, nocturnaque prælia fortis. 11.
Quin etiam in numerum ludebat adultera regis, E, 6, 10
Et pedibus plaudit choreas, & carmina dicit. 6
Noctem illā ludo, cantu, vinoq; trahebat 3.11
Impius *Herodes*, vetitumq; bibebat amorem. 2.1
Vritur infœlix, est inconcessa medullas 4.1.
Flamma, atque infandum vivit sub pectore vulnꝰ 2.4.
Devotus pesti, turpiq; cupidine captus 1.4.
Iuravit, quodcunque petiverit illa daturum. 6 11.
Cum vero causæ irarum, sævique dolores 1.
Nondum animo excider ant: manet alta mente 1.
Iudicium vatis, sprætæq; injuria tædæ. (repostum 1.4
Haud mora fatidici caput a cervice revulsum. 3.6.4.
Iohannis petiit, sic jusserat impia mater. 10.6
Improbe amor quid non mortalia pectora cogis? 4.
Nam sua nec vatem Pietas, neque crimine vita 2.4
Expers, nec virtus protexit ab ense Tyranni, 4.3.
Ast humeris caput avulsit, truncumque reliquit 2.9
Sanguine singultantem: atroque fluentia tabo 9.9.
Ora viri in pleno spumanti sanguine sino 8.9.
Tradidit, ah miseræ promissum munus amanti: 5.4
Illa (nefas) scelere ante alias immanior omnes 1.
Insultat capiti, verbisq; illudit amaris. 8.9.

Tunc

Tunc Matri ora modis attollens pallida miris
Detulit; his ne queunt expleri corda tuendo.
At socii truncum ingentē, & sine nomine corpus
(Triste ministerium) tollunt, condunt; sepulchro
Postea *Christiade* longe latēq; per urbes
Prodigiis acti cœlestibus ossa piarunt; (Templo
(Credere si dignum) hinc solido de marmore
Constituunt, lectosq; dies de nomine vatis;
Et statuunt tumulum, & tumulo solemnia mit-
Aeternúq; viget *Baptistæ* in sæcula nomen. (tunt,

CHRISTIADOS

LIBER. 10.

Argumentum.

Christus audita Iohannis nece, ex Galilæa in Desertum secessit, ubi populi turbã ingentem miraculose pavit: Super mare ambulat, & Petrum pene immersum liberat. Populum docet & sanat; mutat Chananitidis precibus & fide filiam ipsius sanitati restituit. 38 annos morbo laboratem ad Bethesdam quendam ad valetudinem reduxit. Et hydropicum curat. Pharisæi invidia moti sectatores quosdam miserunt ad capiendum Christum, qui ipsi verbis Christi capti, ea in fossa redierunt. Postea à furente plebe servis imperitur. In monte Thabor transfiguratus; descendens à Monte, puerum à Dæmone liberat. Et Apostolos objurgat. Capernaum ingressus tributum solvit, pecuniã in ore pisces reperta. Dum docet in Templo itervm lapidatur, sed se subduxit, & Bethaniam pervenit, ubi Lazarum suscitat jam mortuum. Fama miraculorum Christi Sacerdotes & Scribas vexat; Concilium habent de opprimendo domino, qui ex Iudæa in Desertum secessit. Postea in ædo Simonis magnum à Magdalena; Iudas irascitur; Christus triumphans Hierosolymam petit fletque & queritur de ejus ingratitudine. Exceptus honorifice festum; orat, & Patrem celitus testandes. Agnum cum Discipulis edit; quorum pedes lavat, & multis verbis instruit & solatur. Sacram cenam instituit. Iudas exit, & Dominum prodit: varia Meditationes inserta sunt.

AT mortem insontis secum indignatus amici
Christus, & ingentes volvens sub pectore fluctus
Curarum,

Cæsarum, ut subiit chari *Iohannis* imago 2.
Vitam exhalentis crudeli funere; mœstus 2.4.
Ardet abire fuga, & *Galilæa* linquere terram 4.
Navem aptat tacitus, socioſq; ad littora cogit. 4.
Inde ubi prima fides pelago, placataq; venti 3.
Dant maria, & lenis crepitãs vocat *Auſter* in altũ 3.
Conſcendunt ſocii naves, & littora linquunt; 1.9.
Adnixi torquent ſpumas, & cærula verrunt. 4.
Tum Deſerta petit vasto ſubmota receſſu; 8
Atque hic ingentem populi affluxiſſe catervam 2.
Admirans numerum invenit matreſq; viroſq; 2.
Vndique convenere animos adhibere parati 2.11
Dum ſocios docet, & veterum præceptа revolvit. 4.G.1.
Auribus arrectis pendent narrantis ab ore; 1.4
Nec audiſſe ſemel ſatis eſt, juvat uſq; morari; 6.
Sed roſeus feſſos jam gurgite *Phœbus Ibero* 11
Tingit equos, noctemq; die labente reducit; 11
Ille dolet miſeranſ inopes; tunc voce Magiſter 6.1.49
Petrum ad ſe ſocioſq; vocat: dehinc talia fatur: 1.
Deverto quoniam propior ſit veſper Olympo, 8.
Nec victu populus vires revocavit, iniquum 1.
Eſſe puto impaſtam dimittere in oppida turbam: 9.1.
Quare agite, ô ſocii *Cererem* depromite, plebem 1.5.
Omnem gramineo jam rite locate ſedile. 8.
Haud ſecus ac juſſi faciunt, populumq; locarunt 4.8.
Frondeſuper viridi. *Chriſtus* partitur in omnes Ec.1.11
Dona laboratæ *Cereris*, piſceſq; miniſtrat. 8.
Veſcitur & *Chriſtus*, ſimul & *Iudæa* juventus: 8.
Sic quinis oſſis, & binis piſcibus, omnes 2.1
Nocte domum ſaturi redeunt, curaſq; reſolvunt. 11.12.
Poſtquã exempta fames, bis ſenos ecce caniſtros 8.
Relliquiis onerant *Cereris*, piſceſque miniſtrant: 3.4
Tum *Chriſtus* ſocios dare ventis vela jubebat. 3.
Ipſe autem tacitæ per amica ſilentia lunæ 2
Aerii ſolus greſſu petit arduа montis. 8.
Noctem illa inſomnẽ ducit, quin pectore ab imo 9.

Eſſu-

Effuditque preces, patremq; in vota vocavit.
Vt primum dixit, pressoque obmutuit ore;
Littora nota petit, se credere fluctibus ausus
Insuetum per iter mortalibus, ocyus ingens
Subsidit pelagus, nec fracta remurmurat unda,
Dum pedes incedit *Christus* per maxima *Nerei*
Stagna viam scindens, totam supereminet undam
Quæ vitreo tergo domitorem sustinet orbis,
Qui reprimit vultu rabiem cœliq; marisq;
Interea *Petrus* media freta nocte secabat
Ipse sedens, clavumq; tenet, velisque ministrat.
Respicit, & subito tenuem sine corpore formam
(Morte obita quales fama est volitare figuras)
Se vidisse putat, gressumq; observat euntis
Vt mare per medium fluctu suspensa tumenti
Ferret iter celeres, nec tingeret æquore plantas
Dum vero ignarus rerum, ignarusq; Magistri,
Attonitus stupuit, mox illi frigidus horror
Membra quatit, gelidusq; coit formidine sanguis.
Nèc non & sociis, dominum ut videre per umbrã
Obscuram (qualem primo qui surgere mense
Aut videt, aut vidisse putat per nubila lunam)
Diriguit subita gelidus formidine sanguis.
Tum socios *Christus* pavitantes increpat ultrò,
His animos tollens dictis: timor omnis abesto,
Cur animi cecidere? Ego sum; non spiritus, ergo
Durate, & vosmet rebus servate secundis.
Hæc *Christus Petri* quæ vox ut venit ad aures
In mare præcipitem puppi se misit ab alta
Et pedibus summas levibus perlabitur undas,
Sed dũ altos calcat fluctus, graditurq; per æquor
Iam medium sævus *Petrum* circumstitit horror.
Nam subito venti volvunt mare, magnaq; surgẽt
Aequora, mox *Simon* mediis effusus in undis
Exclamat; miserere precor, succurre ministro
Christe maris domitor, tempestatumq; sonorum.

Haud

Haud mora dat dextrã trepido quẽ tollit ab undis 8.
Tum venti posuere, omnisq; repente resedit 7.
Flatus, & in lento luctantur marmore tonsæ. 7.
Festinat *Christus* terris advertere proram; 6.
Mox se ad *Genasare* recto fert littore portum 6.
Vndique visendi studio *Iudea* juventus 2.
Circumfusa ruit, complentur littora turbis: 2.
Nec *Christo* avelli possunt, nox humida donec 11.
Invertit cœlum stellis fulgentibus aptum. 11.
Hic surdos, mutos, & quos furor impius intus 1
Concutit, ille manu medica, vel veste levabat. 12.
Posthinc aggressum mulier *Chananea* Magistrum 8.
Prosequitur longe lachrymans, supplexq; precatur 6.12.
Quam primum ut vellet miseræ succurrere natæ, 1.
Quæ furiis sine more fremit lymphata per urbẽ. 4.
Responsum vero nullum dedit ille petenti. 2.
Illa instat lachrymans, iterumq; iterumq; precatur 1.
Ille nihil contra: tanto magis illa fatigat 2.
Cunctantem; tandem socii exhortantur ut æqua 6.
Respiciat, sed ille nihil tractabilis audit: 5.
Ac veluti annosam valido cum robore quercum 4.
Alpini *Borea* nunc hinc, nunc flatibus illinc 4.
Eruere inter se certant, it stridor, & alte 4.
Consternunt terram concusso stipite frondes, 4.
Ipsa hæret scopulis, & quantum vertice ad auras 4.
Aetherias, tantum radice in tartara tendit; 4.
Haud secus, assiduis hinc atque hinc vocibus heros 4.
Tunditur, & nondum vult exaudire vocantem. 4.
Illa autem cernens lachrymas se volvere inanes, 6.
More furens torrentis aquæ, vel nubinis atri 10.
Ad *Christum* (namq; omnis eum stipata tegebat 11.
Turba virum) tendit cursu media agmina rupens 11.
Atq; hæret complexa pedes, iterumq; precatur 2.
Vociferans, gemitusque alto cœlũ omne replevit. 2.
Tum breviter *Christus* verbis castigat amaris: 6.
Anne dapes lautas, & plenæ pocula mensæ 11.

Natorum,

6.9 Natorum, fas est canibus præbere profanis?
2.4. Cui mulier; verum fateor, neq; dicta refello;
6.3. Sed canibus liceat duris absumere malis
6.3 Relliquias *Ceres*, si quæ labuntur ab altis
8.3. Mensis, dum domini dapibus vescuntur opimis.
4.2 O Mulier tua magna fides exclamat *Iesus*;
6.7 Pectore sis firmo; dabitur *Chananea* quod optas.
1.10. Impius ecce furor languenti è corpore natæ
4.5 Exiit, invenies servatam à peste puellam.
6.1 Inde datum molitur iter, *Solymamq*; revisit.
2.G.1. Porticibus quinis palus est hic septa superbis,
2.3. Ad quam conveniunt omnes qui corpore languêt
10.6 Hinc atque hinc tristes posuere cubilia morbi;
6.1. Expectantque ægri, dum Spiritus aliger alto
2.12 Delapsus cœlo, medicas agitaverit undas;
26. Qui potuit primo Sacratam innare paludem
2.12. Huic dicto citius fugit omnis corpore morbus.
G.5. Vnus erat tristi correptus corpora morbo
1.3. Ter denos octoq; annos, jacuitque supinus
8.6 Extendens cum voce manus, *Christumq*; precatur
2.4.1. Vt vellet misereri inopem, dextraq; levare,
10. Nam nemo est qui me de terra sublevet, inquit,
E.1.10 Limosiq; lacus mediis exponat in undis.
1. Extemplo *Christus* mærentia pectora mulcet,
G.4. Atque animo tristes curas deponere jussit.
1.4, Surge, ait, ac humeris notum suspende cubile:
3.12 Ille autem haud segnis surgens, cervice subivit
4 G.4. Sublatum lectum; magna dulcedine lætus
6. 11. Ingreditur; dominúm cœlo quoque laudibus æquat
3. *Christo* hinc digressio macie confecta suprema
3. Ignoti nova forma viri, miserandaque cultu
3. Occurrit; dira illuvies immissaque barba;
G.3 Corpore abundabat fluidus liquor, omniaq; in se
G.3. Ossa minutatim morbo collapsa trahebat.
1.3. Hunc ut conspexit *Christus* non multa moratus
3.12 Dat dextram, & verbo depellit corpore morbum

Vt

At Pharisæorum Christi fama occupat aures, 3.
Et passim tot facta virum diffundit in ora. 4.
Illi indignantes magno cum murmure, Templi 5.
Circuan claustra fremunt, variis rumoribus iras 1.9
Exacuunt, Christi temnunt miracula cuncta. 11.6.4
Invidia moti verbis odia aspera jungunt: 2.2
Quin bello expertos juvenes hortantur ad arma, 10.
Accéduntque iras, animisq; audacibus implent. 9.7
Talia tum mandant: vel Christi absumite ferro 9.4.
Vel vinclis captum deducite protinus ad Nos. 6.12.
Illi continuò volitant; furor, iraque mentes 9.1
Præcipitant: galeam tectis rapit ille coruscá 7.
Spicula fert alter, clypeumq; auroq; trilicem 7.
Loricam induitur, fidoque accingitur ense. 7.
Sic cuncti ad Christum rapidi, totoque feruntur 11.
Agmine, nec longis inter se passibus absunt. 11.
Sed simulac Dominum turbas videre docentem 4.Ec.1
Conticuere omnes, arrectisque auribus adstant 2.1
Multa putant tumida ex ira tum corda residunt; 6.
Attonitisque hæsere animis, dum dura cohortú 3.1
Pectora mulcebat dictis; nec jam amplius armis 1.3
Fidunt, sed votis, precibusque exposcere pacem 8.3
Coguntur, Christumq; colunt, & ad æthera tollit 12.
Verum inter primos oritur discordia cives; 12.
Christum alii incusant, alii miracula laudant; 12.
Scinditur interea studia in contraria vulgus. 2.
Tandem ubi concepit furias plebs victa dolore 2.
Sævit inops animi, totamque incensa per urbem 4.
Bacchatur; Christum saxis ingentibus urgent. 4. 16
Tecta metu socii repetunt diversa per agros: 4.
Ac velut effusa si quando grandine nimbi 10.
Præcipitant, omnis campis diffugit arator, 10.
Omnis & agricola, & tuta latet arce viator, 10.
Aut amnis ripis, aut alti fornice saxi 10.
Dum pluit in terris, ut possint Sole reduces 2.10
Exercere diem: sic obruta undique Christus 12.

Saxorum

12. Saxorum nubem sine vulnere sustinet omnem.
6.4. At postquam incolumem clâ sese avertit, & auferi
4.7 Et oculis, cæcum cæno medicatur, & inde
8.12 Digressus surdi reseravit protinus aures.
6.3 Hinc petit acrii nimbosa cacumina *Thabor*.
3.6. Illum per scopulos atque aspera saxa sequuntur
3.&.8 Tres tantum socii, numero Deus impare gaudet.
4 Postquã altos ventum in montes atq; invia lustra
9.G.4. Ensubito fulget nova lux, *Christiq;* coruscat
7. Vultus, & ardentem jactat sub nubila lucem,
1. Os humerosq; auro similis; quin ipsa decora
1.3 Cæsaries splendet *Phœbea* lampadis instar,
12. Et candore nivis antebat lactea vestis.
Et.7 Candidius cygnis, hedera formosius albâ
A.1. Corpus erat, lætos oculis afflarat honores:
1. Quale manus addunt ebori decus, aut ubi flavo
1: Argentum, Pariusve lapis circundatur auro.
2. Sed socii ad *Christum* tendunt dum lumina, *Mosesq;*
9.G.4. *Heliasq;* vident indutos vestibus albis.
6. Multa inter sese vario sermone serebant;
5 Tum *Petrus* tales rumpebat pectore voces:
8.1 Hic tria condamus niveis tentoria velis;
1. Montibus his liceat pariter confidere tecum;
Et.10. Hic equidem toto tecum consumerer ævo;
5: Vix ea fatus erat *Petrus*, cum lucida nubes
1.6. Circumfusa micans, late loca lumine vestit!
6. Purpureo, & talis vox reddita fertur ad aures:
9. Filius hic meus est, mea magna, & sola voluptas:
4. Hujus dicta igitur duras demittite in aures.
2. At trepidos comites sævus circumstetit horror;
3. Labuntur visu in medio, calor ossa reliquit;
5. Sed *Christus* miseratus de terra sublevat ipsos,
10. 1 Atq; animos tollit dictis, & pectora mulcet.
31 His actis tandem summis de montibus adsunt
2. *Christus* cum sociis comitum affluxisse novorum
4. Ingemens invenit numerum, matresq; virosq;

Inter quos genitus imo de pectore ducens, 2.
Complexusq; suu corpus miserabile nati Ac. 51
Stat tristis genitor; *Christus*q; dehinc talia fatur: 3. 14.
Ecce meum natum, quem Spiritus impius intus 1.
Corripit, & misero morbo depascitur artus; 2.
Inq; undas ignemq; jacit; tum territus infans 0.3.46
Actuat, & mistum spumis vomit ore cruorem; 6.3.
Clamores simul horrendos ad sidera tollit. Ac. 2.
Hortabar Socios misero succurrere nato, 5.9.
Sed frustra, nam illis non tanta potentia, quare 5. 1
Supplicibus votis oro miserere laborum 3.0
Tantorum, miserere animi non digna ferentis. 2.
Tum graviter dictis Socios castigat *Iesus* 5.
Patrem ad se natumq; vocans, simul increpat ipsum 1.5.
Tartareum monstrum puerog; excedere cogit. 7.2
At subita trepidat formidine spiritus, inde 6.
Digrediens, celeriq; fuga sub tartara lapsus 3.
Pallantes umbras repetit, noctemq; profundam. 4.
Iamque *Capernaum* rursus contendit ad urbem; 1.
Hic nihil argenti cælati *Christus* habebat. 10.
Tum *Petrum* sic alloquitur, actalia mandat: 4.
Vade age, *Petre*, cito contende ad littora cursu, 4.1.
Alta petas, *Pelagoq;* immittas humida lina; G.1.
Piscis quem primo captabis guttura pande 0.3.46
Argentum invenies, hoc pro Me, Teq; rependas. 4.1
Dixerat; ille Dei magni parere parabat 4.
Imperio, graditurq; volens ad littora nota. 4.1.
Provehitur portu, demittit in æquora lina; 3.G.1.
Tum genus æquoreum *Nerei* per maxima stagna 0.3.40
Spumantes scindunt fluctus, ludunt q; per undas; 10.5
Quam multa in silvis avium se millia condunt G. 8.
Vesper ubi, aut *Hybernus* agit de montibus imber. G. 4.
Dumque secant æstum clari Delphines in orbe, 8.
Vnus de media nitidum caput extulit unda G. 4.
Squamea convolvens sublato pectore terga, G.3.
Ardentesq; oculos intorquens lumine glauco G. 4

6.1 In *Patrum*, fauces argento pandit onustas.
6.1. Corripit oblatum Thesaurum è gutture piscis
9. 6 *Petri*, & hoc pretio *Christum* semetq; redemiti
6.4.1. Tu cui Thesauros vitrea *Neptunus* abaula
1.6.1 Mittit, & occultis opibus gens squamea ditat;
1.6.2. Non aurum argentumve peto, non uberis agri
6.2.1. Proventum, quo me redimam de carcere lætus;
6.2. Condat opes alius, defessoq; incubet auro,
6.2. Sollicitent alii remis freta cæca, ruantque
6.2 In ferrum, penetrent aulas, & limina regum;
6.2: Hic petat excidiis urbes, miserosque penates,
6. 2. Vt gemma bibat & Sarranno dormiat ostro:
4.1. 2.1. Aft Ego cui nulla est foribus domus alta superbis
6.2. Mane salutantum revomens ex ædibus undam,
6. 2. Illusæq; auro vestes, *Ephyriaq;* æra,
6.2. Alba nec *Assyrio* fucatur lana veneno,
6.2. Nec casia liquidi corrumpitur usus Olivi,
A.3. Te peto *Christe* omnis curæ, casusq; levamen;
2. Teq; sequor, jã nulla mora est, quã duxeris, adsũ.
4.3.2 Si te *Christe* habeam, si non comes ire recusas
3. Dum vivo, vitamq; extrema per omnia duco;
6.1. Si me cum rapiet duræ inclementia mortis
6.2. Accipies, cælique vias, & sidera monstres;
6.2. Non varios inhians pulchra testudine postes
6. 2. Ambibo fasces populi; perituraq; regna,
7.3 Sed spernam mundiq; minas, fastumq; superbum
6.2. Atque metus omnes, & inexorabile fatum
6.2. Subjiciam pedibus, strepitumq; *Acherontis* avari.
6.2. Tu secura quies, Tu nescia fallere vita,
6.2. Tu quoque dives opũ variarum; & sanguinis una
3.6.1. Gutta valet, plusquam *Medi* ditissima terra,
6.2. Et pulcher *Ganges*, atque auro turbidus Hermus,
6. 2. Totaque thuriferis Panchaia pinguis arenis.
1. Posthæc cum sociis *Solymam* contendit ad urbem,
3.10. Dumq; docet populos alti sub fornice Templi
10.4. Seque ait *Abrahæ* majorem, protinus ira

Sævit inops animi populus, Phariſæq; turba 4.17
Æſtuat, atque imis ingens dolor oſſibus ardet. 8.9
Inſequitur nimbus lapidũ, furor arma miniſtrat, 7. 1
Vrbe concuſſa fremit, varijſq; per ora cucurrit 4.11.
Spectantũ turbata tremor; ceu ſaxa morantur 11
Cum rapides amnes clauſo ſit gurgite murmur, 11
Vicinæq; fremunt ripæ crepitantibus undis. 11.
At Deus obſcuro Chriſtum tunc aere ſepſit, 1.
Et multo circum nebularum ſudit amictu; 1
Cetnere ne quis Ium, neu quis contingere poſſit. 1.
Aufert ſe ſepcus nebulis (mirabile dictu) 1.
Per medios, miſcetq; viris, neq; cernitur ulli. 1.
Iudæ antientes cuprunt per ſtrata viarum, 4.1
Huc atque huc acies circum omnia teſta ferentes 11
Veſtigantq; virum fruſtra caligine tectum: 11.
Nigra velut magnas Domini cum divitis ædes 11,
Pervolat, & pennis alta aria luſtrat hirundo 11.
Pabula parva legens, nidiſq; loquacibus eſcas 11.
Et nunc porticibus vacuis, nunc humida circum 11
Stagna ſonat ſimilis mediam veſana per orbem 11.
Turba fremit, rapidoq; volans obit omnia curſu. 11.
O cæci Abramide quæ vos dementia cæpit? 6. Ec.
Quo ruitis miſeri? quæ mentem inſania mutat? 10.41
Voſne illum ſaxis premitis, qui ſaxea corda 8.9
Cum gemitu de nube cava ſpeculatur amictus? 4. 1
Voſne animam illius veſtris effundere dextris 1.
Speratis, cui ſola necis vitæque poteſtas? 4.9
Mortaline manu, mortem Immortalis obibit 9.6,
Qui cœlum terramq; ſuo vel numine replet? 1.
Ingrediturq; ſolo, & caput inter nubila condit. 4.
Tantane vos generis tenuit fiducia veſtri? 1
Heu quæ ſopitos deludunt ſomnia ſenſus! 10.
Remigio hoc agere eſt adverſo flumine lembum, G.1.
Quẽ prono in præceps ſpumãs rapit alveus amne G.1.
Irritus eſt omnis conatus, & irrita veſtra 4.9
Saxa volant, vacuas vos cædit ictibus auras! 8.5.

Ac

Ac veluti in somnis oculos vbi languida pressit
Nocte quies, nequicquam avidos extendere cursus
Velle videmus, & in mediis conatibus ægri
Succidimus: non lingua valet, non corpore notæ
Sufficiunt vires, nec vox, nec verba sequuntur;
Sic vobis quacunq; via tentatis *Iesum*
Oppeimere & cursum Regni tardare quietum,
Successum *Deus* ipse negat; verū hora propinqua
Fatalis, cum sponte sua se opponere morti
Non metuet quamvis merita non morte peribit.
Posthinc *Bethaniæ* fert gressum ad mœnia *Christus*
Illum omnis tectis, agrisque effusa juventus,
Turbaq; miratur matrum, & prospectat euntem.
Dumq; iter accelerans carpit mœstissima *Martha*
Multa gemens largoq; humectans flumine vultū
Occurrit, talesque effundit pectore questus:
Christe Deus credo quod Te demisit Olympo
Rex superum, cœlū ac terras qui Numine torquet
Vt genus humanum miserans in rebus egenis
Consilio, auxilioque juves, non luce careret
Si tua sensisset præsentia numina frater.
Nunc jacet exanimis, placidaq; in morte quiescit
Quarta hæc jam lux est, ex qua pallentia mēbra
Condidimus terra, patriaq; inclusimus urna,
Iam scio te precibus genitorem flectere posse;
Et. Explora, quodcunque petis dabit Ille petenti.
Talibus orabat, talesque miserrima fletus
Dat *Martha*; at *Christus* dictis solatur amicis
Olli sic breviter respondans:
Cur tam sollicita es, curisque ingentibus ægra
Effundis lachrymas? facilis descensus averni,
Noctes atque dies patet atri janua ditis;
Sed revocare gradum superasq; evadere ad auras
Hoc opus hic labor est: faciam tamē optima ab
Germani infernis ad lumina surgere vitæ (umbris
Qui claro duxisse genus me credit *Olympo*,

Progeniemque Patris magni qui fidera mundi 4.9
Aeternis regit imperiis licet alma recessit 1.3
Lux oculis, quamvis hunc somnus ferreus urget, 3.10
Non tamen æternam claudentur lumina noctē, 10.
Sed vivet, vitamque per omnia sæcula ducet. 3.
Hæc ubi dicta dedit, multis cum millibus ibat 1.5
Ad tumulum, magna, medius, comitante caterva. 5.
Hic *Mariam* flevisse videns, turbamq; dolentem. 4.4
Sustulit ad cœlos ardētia lumina *Christus* ob ortis 2.
Dans gemitum ingentem, lachrymisq; ita fatur 11.3
Sancte parens nostri nunquam tibi cura recedit, 4.2.
Propterea grates dignas tibi solvo quod audis 3.
Cum te voce voco, & supplex tua numina posco; 6.1.
Nunc Pater auxilium nobis ne subtrahe, rebus 3.6.
In dubiis adsis: audacibus annue cœptis. 7.9.
Sic fatur lachrymans, corpusque exanguis amici 6.2
Evocat ex tumulo corpus (mirabile dictu) 6.3
Vox *Christi* ut primum *Lazari* pervenit ad aures, 2.
Egreditur linquens antrum, rursusque medullas 6.2
Intravit calor, & labefacta per ossa cucurrit: 8.
Non secus atque olim tonitru cum rupta coruisco 8.
Ignea rima micans percurrit lumine nimbos. 8.
Ipse viro *Christus* manicas, atque arcta levari 2.
Vincla jubet: *Lazarum* revocatum à morte salutat 2.5
Tum vero tremefacta novus per pectora cunctis 2.
Insinuat pavor, ut *Lazarum* videre moventem 2.3
Tendentēque manus, *Christumq;* in vota vocantē. 1.5
Extemplo *Iude* magnas it fama per urbes: 4.
Fama malum quo non aliud velocius ullum 4.
Mobilitate viget, viresque acquirit eundo. 4.
Parva metu primo mox sese attollit in auras, 4.
Ingrediturque solo, & caput inter nubila condit. 4.
Illam Orci rector dirarum à sede sororum 6.7.
Emisit pedibus celerē & pernicibus alis: (plumæ, 4.
Monstrū horrendū ingens, cui quot sunt corpore 4.
Tot vigiles oculi subter, mirabile dictu. 4.

Tot

Tot linguæ, totidē ora sonant, tot subrigit aures
Nocte volat cœli medio terræque per umbram
Stridens, nec dulci declinat lumina somno.
Luce sedet custos, aut summi culmine tecti,
Turribus aut altis, & magnas territat urbes:
Tam ficti pravique tenax quam nuncia veri.
Hæc tum multiplici populos sermone replebat
Gaudens, & pariter facta, atque infecta canebat:
Venisse hunc *Christum* Regali à sanguine cretum
Qui *Iude* terras omni ditione teneret,
Qui populo dat jura, viamque affectat Olympo
Dum docet ignavum vulgus: quin credula corda
Ludit imaginibus falsis nova pectore versat
Consilia, ut possit *Iacobi* evertere gentem.
Hæc passim Dea fœda virum diffundit in ora.
Protenus ad *Scribas* cursum detorquet iniquos:
Incenditque animos dictis, atque aggerat iras.
Iamque Sacerdotum Primi totusque Senatus
Consilium summis Regni de rebus habebant:
Tum *Caiphas* solio medius consedit avito,
Insula cui sacra redimibat tempora vitta:
Et quassâs caput, hæc effudit pectore dicta: (vulgo
Quandoquidē hunc *Christum* sequitur miserabile
Et super æthereas errare licentius auras
Si sinimus; nobis, nostrisque nepotibus olim
Exitium magnum immittet *Romana* propago:
Nos patria omissa Dominis parere superbis
Cogemur, qui nunc lentè consedimus arvis:
Consulite in medium, & rebus succurrite fessis
Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes.
Impius hæc tam culta novalia miles habebit?
Barbarus has urbes? en quo discordia cives
Perduxit miseros! heu quanta insania *Christum*
Posthabitis nobis, animis opibusque juvare?
Accipite ergo animis, atque hæc mea figite dicta,
Pro Re namque loquor) sunt nobis fortia bello
Pectora,

Pectora sunt animis, & rebus spectata juventus; 8
Hinc delecta virum sortiti corpora, furtim 2.
Mittamus, *Christum* incautum, & nil tale verentē 1.9
Clā ferrō ut superent, manibus vel fune revinctis 1.3
Adducant, pœnas sed non sine sanguine pendet; 6.2.
Vnum pro multis dabitur caput. 5.
Talibus orabat *Caiphas*, cunctiq, fremebant 10.
Iudei assensu vario: ceu flamina prima 10.
Cum deprensa fremunt silvis, & cæca volutant 10.
Murmura, venturos nautis prodentia ventos. 10.
Postquam dixisset, solio tum protinus aureo 7.10.
Surgit *Sanctide* medium quem ad limina ducunt. 10.
At quia summa dies & ineluctabile tempus 2.
Christi nondum aderat; conantur plurima frustra 8.9
Iudei in Dominum, qui fraude & viribus illum 4.6
Hinc inde oppugnant, atque irrita jurgia jactant, 5.10.
Ne quid inexpertum frustra gens sæva relinquat: 4.
Ac veluti celsam oppugnat qui molibus urbem 5.
Aut montana sedet circum castella sub armis, 5.
Nunchos nunc illos aditus, omnemq; perertat 5.
Arte locū, & variis assultibus irritus urget: (tebāt 5.
Haud secus *Abramide* modo vi, modo fraude pe- 3.4.
Nec quidquī dominū, manet imperterritus ille, 2.10.
Et sicut *Pelagi* rupes immota resistit; 7.
Vt *Pelagi* rupes magno veniente fragore 7.
Quæ sese multis circum latrantibus undis 7.
Mole tenet: scopuli nequidquā & spumea circū 7.
Saxa fremunt, lateriq; illisa refunditur alga: 7
Sic *Christus* populiq; minas patrumq; ferebat 6.
Invalidus, vires ultra, sortemque creatæ 6.
Naturæ, si non animos viresque secundas 19.2
Sufficeret nato genitor Rex æthere alti. 10.12.
Sed cum se nostri generis vel sanguinis unum *Ec.8.*
Declarat, naturæ in *Christo* agnoscimus omnes 5.6.
Defectus sine defectu, sine crimine crimen. 6.2.12.
Hinc cupiens, maturiq; dolens, gaudensq; fatetur 6.

Se

4. Se ejrnẽ ex nostra, & nostris ex ossibus esse.
4.4. Hinc sedet ad puteũ, dulcesq; ex fontibus undas
4.9. Faucibus expectat siccis, suas ipse per ennis.
5.3. Et qui credenti latices de ventre fluentes
9.1. Puraque perpetuis promittit flumina lymphis.
3.7. Sic inter rupes desertas, vertere morsus
7. Exiguam in Cererem penuria adegit edendi.
8. Ille homines pecudesq; tamen turbasq; volantũ,
6. Et quæ marmorea fert móstra sub æquore pótus,
6.4. Nereni armenta, & turpes sub gurgite Phocæ;
4. Quæque lacus late liquidas, quæq; aspera dumis
3.3. Rura colunt, epulis animalia pascit opimis.
6.4. Ille onerat dapibus mensas, & pocula replet
1.5. Et nostra exhilarat multo convivia Bacchо.
6. Qui nutu cœlum ac terram, camposque liquentes
6. Lucentemque globum lunæ, Titaniaque astra
7.8. Sustinet, ille tamen defessus sæpe resedit.
1. Qui vultu cœlum tempestatesque serenat,
3.1. Sæpe dolens gemuit, curisq; ingentibus æger
4.6. Sæpe sinum lachrymis atque ora rigabat amaris.
10. Qui toties nutu totum tremefecit Olympum
6.8. Ipse metu tremuit velatus imagine nostra.
1. O Tu qui nostro doluisti sæpe dolore,
5.1. Cui lachrymis maduere genæ, qui pectore ab imo
2.12. Ingentes genitus pro nobis sæpe dedisti:
8.4.4. Nunc fontes reclude meos oculorum, & acerbo
7.5. Concute cor luctu, dolor ardeat ossibus imis,
6.3. Rumpatur tristes lachrymarum fontibus animæ;
6.4. Vt Te nocte dieq; fleam, ut tua vulnera lymphis
4.9. Abluã, & amplectens foveam Te pectore; mamq;
6.4. Funeris heu tibi causa fui; mea culpa laborum
2.12. Tantorum caput es, quæ tantam sanguinis undã
10.8.4. Effudit, quæ me miserum, & te perdidit, eheu!
8.4.4. Si te non fierem, vel saxis durior essem,
8.7. Horridior rusco, projecta vilior alga,
8.5. Nam (Iesu) tanto extinctum crudeli funere Templi

Velamen

Velamen flevit, flevit Sol aureus orbe 1.8.1
Prospiciens medio, cæloque invectus aperto 1.
Horret, & attonitus pronis dat lora quadrigis. 6.3.1
Tum caput auricomum nigro velavit amictu 6.8.
Nocte hyememque ferens, & inhorruit æthra te- 5.3.
Non tamen audaci populo fiducia cessit, (nebris. 10.
Nec stupet attonitus nec *Christo* indigna ferenti 6.1.12
Dat veniam, aut quisquã insontis misereturq; *Iesu* ; 4 5.
Sol licet abstinuit visu, aversusque refugit 7.
Fœda ministeria, & cæcis se condidit umbris 7.
Impiaque æternam timuerunt sæcula noctem. 6.1.
Non ego te flerem ? quem tot radicibus imis 6.4.12
Concussæ rupes fleverunt, ipsaque tellus 8.8.10
Dum tremefacta solo tumulos reseravit hiantes, 10.12
Ipsaque *Iudea* fleverunt saxa superbæ. 2.10.11
Quin Manes imis ululârunt sedibus orci, 6.6.4
Atque umbræ tenues simulachraq; luce carentũ. 6.4.
Christe tuum furias etiam ingemuisse *Barathri* 8.5.3.
Interitum, *Ausoniique* simul *Græique* loquuntur. 8.5.3.
Sed quo nos flendo defleximus? error amoris 6.10.
E calle abduxit ; nec mirum, lumina fletu 4.5.
Caligant, lachrymis nigrescunt omnia circum. 2.11.
Sed jam tempus equum fumantia flectere colla 6.2.
Et revocare gradum. 6.
Perge ergo annales *Christi* narrare laborum 1.2.
Calliope, & nostras vincire cothurno. 9.1.
Postquam concepit furias evicta dolore 4.
Credetis *Iudæ* soboles, quam gloria *Christi* 6. 11.
Obliqua invidia stimulisque agitabat amaris 11.
Constituit tacitus scelerata excedere terra 6.3.
Christum, & hospitium pollutum linquere *Iudæ*. 3.
Est deserta sui Regio submota recessu ; 4.1.
Hinc atque hinc vastæ rupes, variique minantur 1.
In cælum scopuli, atq; horrenda immania lustra. 1.
Haud procul hinc villa est *Ephrem* cognomine di- 3.3.
Ad quam concessit *Christus*, sociiq; sequuntur. (cta 5.1.

Hic

1.G.4. Hic latuit quem nil latuit; non intima Ditis
3.8. Regna, nec occultis *Neptunia* monstra latebris.
7.G.4. Quicquid in immēsa Oceanus cōplectitur alvo,
8.6. Quicquid & in cœco gremio telluris opertum est,
6.4. Hoc oculis patet omne suis; quin pectoris aula
2. Et cordis domus intus, & atria cœca patescunt.
12. Verte omnes tete in facies, & contrahe quicquid
12. Sive animis, sive arte vales: opta ardua pennis
12. Astra sequi, clausumque cava te condere terra,
3.10. Non tamen effugies oculos *Christi* omnipatentes;
3.G.4 Cui nihil occultum est, novit namq; omnia solus
G.4. Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahātur.
1. Scit Solus lunam errantem, Solisqve labores:
1. Vnde hominū genus & pecudum, unde imber &
1. Arcturū, pluviasq; hyadas genioſq; triones. (ignes
1. Quid tantum Oceano properent se tingere Soles
1. *Hyberni*, vel quæ tardis mora noctibus obstet;
G.4. Vnde tremor terris, qua vi maria alta tumescant
G.2. Obicibus ruptis, rursusque in se ipsa residunt.
G.4. Ast ego qui tantum studiis ignobilis otî
G.2.2. Floreo, & assiduo cupio indulgere labori,
G.1. Scilicet ut possim rerum cognoscere causas;
10. Nec quicquam humanas tentavi nescius artes;
G.2. Namque ut ne possim Naturæ accedere partes
G.1. Frigidus en obstat circum præcordia sanguis
6. Terreniq; hebitant artus, moribundaq; membra
1.6. Caligatq; acies mentis, quin insuper obstat
10. Omnibus, hoc vitæ breve & irreparabile tempus.
E.2.8. Ergo mihi liceat tecum, *Charissime Christe*;
G.2.2. Vivere, & insanos hominum vitare tumultus.
4. Tu degis thalami expertem sine crimine vitam;
E.2.1. Tu sylvas habitas horrendaque rupibus antra
1.G.4 Posthabitis aulis Regum portisq; superbis
5.G.4 Vrbium, ubi perpetuus cives amor urget habēdi.
E.2. O tantum liceat tecum mihi sordida rura
E.2.3. Atq; humiles habitare casas, & lustra ferarum.

Limina

Limina non Regum, aut Romana palatia cælo
Æquata, aut Pario splendentes marmore turres
Tantum affectabo dives quas condidit artes
Ipse colat, nobis placeant ante omnia sylvæ.
Tu modo sis mecum; sine te nil frigida Tempe,
Speluncæ, vivique lacus, aut flumina prosunt;
Mugitusve boum, mollesque sub arbore somni.
Certum est in silvis inter spelæa ferarum
Malle pati tecum, cunctosque inglorius annos
Exigere, & ruris duros perferre labores;
Quam sine te sceptra accipere, aut attollere facés.
Nam te nec populi fasces, nec purpura regum
Flexit, cum voluit rerum committere habenas
Vnanimi assensu populus; fugisti, & in altis
Exigere optasti potius vel montibus annos.
In quibus infidos nunquam discordia cives
Sollicitat, non bella fremunt, non ferrea jura,
Insanumne forum, aut populi tabularia cernis.
Non secura tamen densis steris otia lucis
More feræ, quamvis inter deserta ferarum
Lustra habites; non tu musam meditaris avena
Sylvestrem tenui, viridi projectus in antro,
Perque herbas patulæ recubãs sub tegmine fagi.
Muscosi fontes, & somno mollior herba,
Et quæ nos rara viridis tegit arbutus umbra,
Non te pertentant vana dulcedine lætum;
Sed varios tristi media inter talia curas
Pectore jactabas, premis altum corde dolorem.
Quin genus indocile, & dispersos rure colonos
Companis, legesque doces præceptaque patris
Evolvis, nec non totã regione vagaris
Occulte medicinas mortalibus inter eundum.
Sed non pomonis herbis aut frugibus ullis
Mortales revocas medicatis morte sub ægra;
Quæ sitas artes nostri novere magistri
Phyllirides, Chiron, Amythaonius, Melampus.

At nemo potuit languenti corpore morbos
Tactu, vel verbo se præter pellere; quippe
Nobis tu medicus, sola es medicina furorum.
Post hæc accumbens epulis *Simonis* in æde
Cum *Lazaro* plebem concursu accedere magno
Aspicit, ut *Lazarum* revocatum à morte viderent:
Circumstant animæ dextra lævaque frequentes.
Sed liquidum *Mariæ* ambrosiæ diffudit odorem
Quo sacrum *Christi* frontem perduxit, at illi
Dulcis compositis spiravit crinibus aura.
Ambrosiique pedes perfusorore madentes
Spiravere; ira *Iudæ* concussus acerba
Æstuat & *Mariam* dictis castigat amaris,
At *Christus* quanquam *Iudæ* lenire furorem
Conatur dictis, & sævam flectere mentem
Quem nec longa dies, pietas nec mitigat ulla,
Nec *Christi* voces ullas tractabilis audit)
Ille tamen sævos oculos aversus habebat,
Nec magis incæpto vultum sermone movetur
Quam si dura silex, aut stet *Marpesia* cautes;
Sed trepida & cæptis immanibus effera mens est.
Tandem sanguineos oculos, & torva tuentes
Volvens prorupit sese, atque excelsa petivit
Tecta *Sacerdotum*, *Christumque* incusat superbe,
Quem capere insidiis promittit perfidus ultro
Dumque novas artes *Iudas*, nova pectore versat
Consilia, insontem si fallere possit amicum,
Vrbem Asina vectus repetit, nil territus heros,
Quem trepidi socii comitantur passibus æquis.
At primum ut celsæ fastigia suspicit urbis
Christus, & adversas adspectat desuper arces,
Dat gemitum ingentem, lachrymisque ita fatur obortis
O fortunatam nimium tua si bona noscres (ortis
Ierusalem, tu quæ nactas crudeliter omnes
Inse Orantes quos ad te mittimus, heu! I
Curnexa dicta negas dextræ denique in usus?

Quæ

Quo ruis? aut quis te nostris amplexibus arcet? 4.
Te propter lachrymas fundo? Te propter eandem 4.
Volvere tot casus volui, tot adire labores; 1.
Tu tamen intentas mortem mihi pessima, quam- 1. P.
Te veniente die, Te discedente docebam. (vis G.4.
Heu *Solyma*! *Solyma* quæ te dementia cœpit? E.1.
Nec te noster amor, nec te mea verba movebunt? 4.
Nil nostri miserere? mori me deniq; cogis? E. 1.
En quia nec precibus nostris lachrymisve moveris 4.
Instat summa dies, & ineluctabile tempus 2.
Quo templū hoc immane, ingens, à culmine celso 1.1.
Corruet, & victa dominabitur hostis in urbe. 2.
Præter disjectas moles, avulsaque saxis 2.
Saxa nihil cernes, & mistum pulvere fumum; 2.
Romanus muros, totamq; à sedibus urbem 2.
Eruet; heu quantæ strages, quot funera passim? 9.
Millia multa virûm morientia corpora, nec non 11.
Iordanen rubro spumantem sanguine cerno, 6.
Et late campos *Judæorum* ossibus albos; 11.
Quod tua mens nunquā placida contenta quiete 9.
Tales ille suo rumpebat pectore questus. (est. 4.
Christe tuam pacem lachrimis precibusq; requiro, 3.
Dic pater, & pacem hanc æterno fœdere jungas. 11.
Fac ut nulla dies violet, nec fœdera rumpat 12.
Quo res cunque cadent; nec Te vis ulla volentem 12.
Avertat non si tellurem effundat in æquor 12.
Diluvio miscens, cælumve in tartara solvat; 12.
Non vanos strepitus bellorū horrebo nec hostes, G.3.
Præsentem quamvis intendent omnia mortem, 1.
Sed securus agam per aperta pericula vitam. 7. 12.
Iamq; iter emensus Turres ac Tecta *Syonis* 7.
Ardua prendebat *Christus*, muroque subibat; 7.
Cum subito turbæ densis undique ramis 6. 11.
Palmarum occurrunt, vocesque ad sidera jactant. 6.
Exuviisque vias sternunt palmasque ferentes 1. G. 3.
Procedunt, cinctum pueri, innuptæque puellæ 11. 8.

Sacra

Sacra canunt; frementq; virum, fudâsq; fauentes
Concinet omne nemus, vocemq; immensa volo-
Atria, pulsati colles clamore resultant. (tans
Tum studio effusæ matres, & vulgus inermum,
Invalidique senes, turres ac tecta domorum
Obsedere, alii portis sublimibus adstant.
Mox *Pharisæorum* furiis exarserat atro
Felle dolor, sæuaque infremuit dentibus ira.
At *Christus* Templum ascendens, factoq; flagello
Mutantes merces ejecit, & increpat ultro.
Dumq; fame premitur pingui conspexit in arvo
Pandentem ramos annosæq; brachia Ficum,
Sed nulla in tota pendebant arbore poma;
Quod nondum Eae * *Atlantides* abscondantur.
Propterea dictis hanc execratur acerbis,
Atque nova posthac vetuit ne fronde viresceat:
Neu tradat gemmas, neu flores explicet ullos.
Ad dictum hoc imis radicibus aruit arbor,
Lapsa cadunt folia, & genitalis deficit humor.
Non tenues pluviæ, rapidive potentia Solis
Acrior, aut *Boreæ* penetrabile frigus adurit,
Vsque adeo tua quam divino ex ore loquela
Christe Deus, solum quem agnoscit maximus orbis
Authorem frugum tempestatumque potentem.
Hei mihi qualis ager cordis, quâ sentibus horret.
Nulla in flore novo pomis se fertilis arbos
Induit, aut siquæ Autumnus matura ministrat,
Omnia degenerant succos oblita priores.
Verbi sæpe quibus mandavimus hordia sulcis
Infœlix lolium, & steriles dominantur avenæ,
Pro molli viola, pro purpureo *Narcisso*
Carduus & spinis surgit paliurus acutis
Sum velut in sylvis arbos de stirpe recisa
Matre carens, spoliata comis & cortice ferro;
Nunquam fronde levi fundens virgulta, nec um-
O tu qui ferro mortales rectere terram (bras
Insti-

* Maulum annotauerunt viri eruditi, quos tamen propter vetustatem legere non valuimus, quæ si *Palladis dictus* fuit, cuidam exhibet fortasse *Virgilium* imitatus Claudianus, formidini *Pallados*.

Insitivis, quando glandes atque arbuta sterne G. 1.
Destituunt silvæ; nunc sulcis semina cordis G. 1.
Debita committas, atq; ab radicibus imis G. 1.
Evellas lolium; sanctusq; repentibus aruis 0.12.
Spiritus omne mei foveat jam pectoris arvum; 0.12.4.
Insuper & læto descendat pluvius imbre; Ec. 7.
Sic fœcundus ero, sic pomis utilis arbos. G. 2.
At *Pharisæorum* gens implacabilis ardet, 12.
Irarum ingentem volvens sub pectore molem; 12.1
Fluctus uti primo cœpit cum albescere vento 7.
Paulatim sese tollit mare, & altius undas 7.
Erigit, inde imo consurgit ad æthera fundo; 7.
Mille dolos secum flammato corde volutant, 4.1
Si possint *Christum* quocunq; absumere lætho. 3.
Isamq; patrem manibus supplex orasse supinis 4.
Dicitur, ut natum merito dignetur honore; 4.1.
Multaq; dura suo tristi cum corde putabat; 8.
Ni signum cœlo Pater ipse dedisset aperto: 8.
Namque improviso vibratus ab æthere fulgur 8.
Cum sonitu venit, & ruere omnia visa repente; 8.
Suspiciunt, iterum atq; iterum fragor intonat ingens. 8
At Pater Omnipotens dum cœlo clarus ab alto 7.
Intonuit, radiisq; ardentem lucis & auro 7.
Ipse manu quatiens ostendit ab æthere nubem, 7.
En nube ex media vox reddita fertur ad aures: 1.6
Semper honoratum te habui, sic semper habebo. 5.
Obstupuere animis alii, sed maximus heros 8.6.
Agnovit sonitum, & magni promissa parentis; 8.
Tum memorat: vestri causa fragor intonat ille 8.
Quem casum portenta ferunt si quæritis, orbis 6.1.
Turbidus ejicitur princeps; ego poscor Olympo. 10.8.
Isamq; dies aderat qua gens *Judea* solebat 2.8.7.
Agni macta ti conspergere sanguine postes; 2.7.2
Non ex more datos, non hæc solennia tanta 8.
Vana superficio, verique ignara *Jehovæ* 8.
Impositi levis gens hæc servans periclis, 8.

Dum

10.1. Dum necat *Argiui* primarios Spiritus ales
3.8. Annua vota facit, meritoſque notabat honores.
1. *Chriſtus barbaris* ſocios præmiſit in urbem
3.E.1. Tecta parare jubēs, tenerumq; ab ouilibus agnū.
7. 1. Illi continuo volitant ac iuſſa capeſſunt.
6. Principio pinguem tædis, & robore ſecto
6.1. Ingentem ſtruxere pyram, tum viſcera torrent;
3.8. Inſternunt menſam, Cererē *Bacchumq;* miniſtrāt;
1.10. Agnum in fruſta ſecant; *Chriſtus* mæſtiq; ſodales
6.E.10 Circumſtant, agno ac herbis veſcuntur amaris.
8. Poſtquā exempta fames; & amor cōpreſſus edēdi
11.E.6 Veſtem deponit *Chriſtus*: ſimul incipit ipſe
6.1. Certatim pedibus ſociorum infundere lymphas
4.9. Et madidos ſiccare parat; nunq; optimus heros
3.6. 4 Circundans humeris longis mantilia villis
12. Detulit in labris purum ſplendentibus amnem;
Incumbenſq; ſacris genibus, manicisq; retractis
12.6. Nudato capite, & demiſſo lumine ſupplex
3.4. Ipſe lavat, ſiccatque pedes, *Petrumq;* refellit
2.p.1.a. Fonte recuſantem tingi. Poſtquam abluit omnes
10.8. Aſſurgit *Chriſtus*, tunicaque inducitur artus
4.3. Incubuitque toro, rupitque hanc pectore vocem:
9.6. Vidiſtis me fonte pedes laviſſe, viciſſim
1.6.1. Hoc agite inter vos, vobis amor omnibus idem
4.3. Sit precor æternam pacem concordia firmet
12. Vos inter; virtutem ex me verumq; laborem
6.12. Diſcite, nam vobis ſubeunda pericula pro Me:
5. Quicquid erit ſuperāda omnis fortuna ferēdo eſt.
E.1.2. Vos patriæ fines linquetis & arva coacti
3. Diverſa exilia, & deſertas quærere terras,
3: Incerti quo fata ferant, ubi ſiſtere detur,
1 Per varios caſus, per tot diſcrimina rerum
1. Tendētis in cœlum ſedes, ubi fata quietem
1.9. Oſtendent; ſed vos omnes ſuperate labores
1.12. Et revocate animos; nunq; hæc mea dextera ſe-
12. Deſſeſos deſeret, & magnainter præmia ducet; (per

Durate, & vosmet rebus servate secundis. 1.
In me spes vestra est & pax, sed dura feretis 5.
Supplicia in mundo, verum exultate, quod orbem
Terrarum, & sævi caput expugnavimus orci. 10.
Ad cœli hospitium propero & tecta alta parétis; 10.
Hic vobis certamque domum sedesque parabo; 8.1.
His volo vos mecum pariter considere Regnis. 1.
Si quando ad patrem palmas cum voce supinas 3.5.
Tenditis, in nostro rumpentes nomine questus; 1.4.
Audiet ex templo & cœlo miserebitur alto. 4.5.
Nec vos destituam nudos, mittetur Olympo G.3.
Spiritus, Ille omnis curæ casusque levamen 3.
Vos reget, & longos solabitur Ille labores. G.1.
En Ego cœlestem Via sum quæ ducit in urbem E. 9.
Auraque vitalis quam carpitis ille Ego veri 1.
Nuncius, & veris mentem impleo sciliect in Me 3.
Nec curæ ambiguæ, nec spes incerta futuri; 9.
Ergo adhibete animos, atq; hæc mea pectore di- 4.3.
Figite, consiliis nostris parete volentes. (ctæ. 5.
Nescio qua vana est mundus dulcedine lætus, G. 1.
Dum vos effusi lachrimis, dum saucia curis 2.4.
Pectora dat gemitus, sed vester planctus abibit
In plausum, lachrymarũ ingens siccabitur amnis. 1.10.
Cum mulier partu prolem est enixa virilem, 3.7.
Lætitia exultat, cunctorum oblita dolorum: 4.
Sic vos post varios terraque marisque labores 2.10.
Exhaustos, dulcedo animi mulcebit ovantes. 10.
Eripere hanc vobis hominum vis nulla valebit. 12.
Si vos mundus, odit, non mirum, Me prius odit.
Num famulus major domino, num verna legato?
Sum major, mihi vos æquum est parere ministri. E. 5.
Illa, Ego, sum vitis plantata à patre colono, 1.
Vos rami, dignos producite palmite fructus.
Fructibus in vestris se tollit gloria patris.
Sed sine me nec flores ager, nec parturit arbos, 2.1.
Nec sine me, plenis spumat vindemia labris. G.2.

Illa

G.1. Illa ferax planta est, quæ nostro inolescere libro
6.2. Edocta, & vitis trudit de cortice gemmas;
6.2. At frondes lapsæ sarmentaque tonsa cremantur.
Non voco vos famulos sed amicos, namq; mini-
1. Ignorant domini quæ sit sententia mei. (stri.
Omnia sed vobis patefeci arcana parentis.
6.4. Vobis Rex stygius cœlestes invidet arces,
6.7. Hinc furit, & totum contra vos concitat orbem,
2. Bella ciet patriaque vetat consistere terra,
4. Atque indignatur, vos extera quærere regna.
11. Vos animæ mundo viles ignotaque turba,
11. Quid mirum est odiis & crimine semper iniquo
10. Si vos exagitet, si vestras vertere fundo
11. Res studeat, si morte & vulnere crimen acerbet.
E.2. His sum despectus, nec quis sim, quæris eorum
5. Vllus, at immeritum cupit exedisse nefanda
Invidia, neque me, neque cognovere parentem.
1. Spernitur en genitor, genitoris imagine spreta.
6. Sed frons læta parum & dejecto lumina vultu
10. Cogunt me obductæ verbis vulgare dolorem;
11. Præcipitant curæ, turbataque funere mens est.
E.9. Quod semper veriti fuimus nunc instat agendi;
5.11. Quidam ex hoc numero statuit me tradere letho.
7. Qui mecum violat malis audacibus orbem
7.10. Fatalis crusti, me cædit calcibus ille.
4. Accipere hanc animam, meque his exolvere curis
1.10. Permitto, sed tempus erit quum optaverit emptū
10. Me magno intactum, & quando scelera ista di-
10.12 Oderit, interea spoliari lumine corpus (emq;
4.9. Non vereor, sed nuda petam per vulnera mortē.
4. Vixi & quem dederas cursum pater alme peregi,
4. Et nunc magna mei sub terras ibit imago; (quæ,
5.6. Non tamen usquā abero, neq; vos in morte relinq
4. Sed cum frigida mors anima seduxerit artus,
4.E.3. Omnibus ecce locis adero; deponite curas.
1. Talia voce refert; curisque ingentibus æger

Solatur socios; premit alto corde dolorem. 1.
Obstupuere omnes pallor simul occupat ora. 3.4.
Flet *Maria*, haud animo nequicquã exterrita ma- *Abrenũtiũq;* minis, & sæva mota tumultu; (ter 8.
Multa inter sese vario sermone serebant 6.
Quem sociũ incusset *Christus*, tunc maximus heros 6.5.
Increpitans, *Jude* fatalem porrigit offam; 1.6.
Corripit ille fame rabida fera guttura pandens. 6.
Hinc *Jude* furiis mens effera, nequid inausum 8.
Aut intentatum scelerisve dolive fuisset 8.
Exit, & argento mox visam vendit herilem 6.1.
Iamque dies cœlo concesserat, almaque *Phœbe* 10.
Noctivago curru cæsium pulsabat Olympum, 10.
Cum *Christus Cererem* sociis *Baccbumq;* ministrat: 8.
Quæ mortis monumenta suæ partitur in omnes; 6.1.
Vt longum hominibus *Christi* testentur amorem; 3.
Et variis dictis mœrentia pectora mulcet, 6.1.
Multaque præterea vatum prædicta priorum 4.
Divino ex ore evolvit, referatque futura, 3.7.6.
Incenditque animos Flatus venientis amore. 6.
Exin cuncta viris memorat quæ deinde gerenda, 6.
Et quo quemq; modo fugiantq;, ferantq; labore. 6.

CHRI-

CHRISTIADOS

LIBER. II.

Argumentum.

Finita cœna Christus *cum* Apostolis *in hortum* Gethsemani *se transtulit precatur & sanguine sudorem* Angelus *solatur; exhibetur; poculum lethali vino plenum, quod ipse patet cœlestis miscuit; poetice describitur poculum ab* Angelis *fabricatum; in cujus ora* Christi, Apostolorum *multorumque* Christianorum *martyria celantur. describitur* Christi *passio in horto, quem* Judas *ibidem, comitatus sceleratorum militum coborte, osculo prodidit, verum omnes ad* Christi *vocem in* Terram *ceciderunt; tandem permisit se capi & vinciri. At* Petrus *ira impatiens in medium agmen irruit, & Malchi aurem amputat, quam* Christus *objurgato* Petro *sanavit; inde in* Caiphæ *ædem deducitur, ubi se Dei filium fatetur; Caiphas vestes ab scidit, Christumque blasphemia damnavit; qui ibidem multa indigna passus est; Petrus vero dominum, ut ipse tradixit ter negavit; Sed audito Galli cantu, acerbe flevit; iterum* Christus *in concilio divinam generationem suam fassus, morti addicitur. Judas interea conscientia stimulis percitus, reddita pecunia, laqueo vitam finivit: ad Pilatum Christus deducitur & se Regem fatetur, sed cœlestem; ad* Herodem *mittitur, & irrisus, vestique albæinductus ad Pilatum remittitur. Qui in illo nullam mortis causam reperiens, flagellandum tradidit; moxque importunitate Judæorum victus, crucifigendum. Uxore hujusmodi territus frustra dissuadente multa indigna & acerba passus fuit, antequam cruci affixus, dum crucem humeris gestat, & ad montem Calvariæ ducitur, mulierest lachrymantes reprehendit, & Judæorum excidium prædixit. Virgo mater infando infantis nati supplicio acerbissime cruciatur; crux, sub cujus pondere, Christus deficere incepit humeris cujusdam Simonis impositur. Hic multa meditationes piæ intexta sunt.*

1. INterea Genitor potum miscebat amarum,
2. Læthalemque parat calicem dimittere ab astris
4. Ad natum, ut meritam pro nobis hauriat iram.
1. 3. Nimborum in patria fumantibus ardua muris
3. 3. Est domus, horrificis furit intus flamma caminis;
1. 8. Quæ quoties turris perrumpit cærula claustra

Cum tonitru horrēdo fremit indignata per auras. 4.4.
His pater omnipotens formatibus ignea dextra 8.
Fulmina molitur, toto quæ plurima cœlo 8.
Dejicit in terras; * animarum alata caterva 8.
His exercebat densa inter nubila tela 8.6.
Fulminis, & lentam properabat fingere massam. 8.6.4
His informātum manibus, jam parte polita 8.
Fulmen erat, sed adhuc pars imperfecta manebat; 8.
Tres imbris torti radios, tres nubis aquosæ 8.
Addiderant rutili tres ignis, & alitis austri. 8.
Fulgores nunc terrificos sonitumque metumque 8.
Miscebant operi, flammisque sequacibus iras. 8.
Huc nunc Ignipotens cœlo descendit ab alto: 8.
Tollite cuncta (inquit) cæptosq; auferte labores 8.
Alati juvenes, & huc advertite mentem; 8.
Desine jam * Brōtes Steropesq; & nude Pyracmō; 8.
Nam nato facienda meo est cratera; capaeem 8.9.
Reddite Lænæi laticis, quam rite paravi; G.3.
Illam pro miseris mortalibus hauriet, ergo 11.
Præcipitate moras, totis nunc viribus usus 8.
Nunc manibus rapidis, omni nunc arte magistra; 8.
Quantum ignes animæq; valent, ostendite, quan- 8.
lam fieri ferro liquidove potest electro. (tum 8.
Dixerat. illi autem imperio parere parantes 4.
Ocyus incubuere omnes, pariterque laborem 8.
Sortiti fluit æs rivis aurique metallum; 8.
Brachia dum tollūt, crebris gemit ictibus æther, 8.5.
Et chalybum structura micat stridentia tinguat 8.8.
Æra lacu, versantque tenaci forcipe massam. 8.
Æeris accipiunt & reddunt follibus auras. 8.
Sic pateram ingentem formant quæ sola liquore 8.
Contineat divinæ iræ, & lethalia vina.
Post opus exactū immensam pateripse popposcit, 1.
Implevitque mero pateram, tunc eligit, unum 1.5.
Ex omni aligeram cœtu cui talia mandat: 1.9.
Vade age serve, voca *Zephyros* & labere pennis, 4.

Et

10. Et natum cui fila legunt extrema sorores
4. Alloquere, & celeres defer mea dicta per auras.
9.2. Ne trepidet lætho crudeli occumbere, neve
1.6.2 Haurire hoc vinum medicatum, namq; soporem
2. Inducit membris, sed mentem ad sidera tollit.
Ille quidem proprio respersam sanguine primus
1. Hauriet hanc pateram, & plenos se proluet auro,
1. Post alii proceres, tantum gustare valebunt
1.6. Ore tenus, sed ne metuant contingere namque
12. *Ambrosiæ* succo fricui cratera salubri.
1. Hoc quicumque merum summo libaverit ore,
9. Mortalem amittet formam, pedibusque tyrannos
22.10 Proculcabit ovans, æternumque agitabit in astris.
5. Dixit, & ingenti sonuerunt omnia plausu
8. Cælicolûm, qui facta canunt laudesq; Tonantis.
1. Hortus erat variis olim lætissimus herbis
G.2. *Gethsemani*, juxtaque *Cedron* fugientibus undis
G.2. Decurrens, murmur per levia saxa ciebat;
G.3. Hic quoties ripis auctus pluvialibus austris
G.2. Exit, & obducto late tenet omnia limo,
Pingit humum violis, aliisq; virentibus herbis.
G.4. Illuc se recipit *Christus* jam tristis ab urbe,
8. Et famuli ex-animes gressum comitantur herilẽ.
Primus *Adam* errãdo cœlum præclusit in horto;
Alter *Adam* orando cœlum recludit in horto;
Hic gemit, & duplices tendens ad sidera palmas
1.6. Talia voce refert: Genitor sanctissime quæso
5.6. Eripe me letho; si fert ita corde voluntas;
G2.Ad. Nec calicem inficias læthæo rore, sed à me
Transeat, aut saltem cœlesti nectare misce,
6.3. Omnia namque potes, sed stet sententia menti.
2.E.3. Tu genitor, tibi Me est æquum parere querenti
6.5. Talibus extemplo sudor fluit undique rivis
3. Frigidus, & toto manavit corpore sanguis;
3.1. Et terram tabo, maculat; mox æthere lapsus
4. Remigio alarum volat ecce per æra magnum

Angelus ingenitem paterem fatalis patris 5.1.
Dona ferens nato, cui vulta supplice vino 11.3.
Spumantem exhibuit, verbisq; hæc insuper addit 1.9.
Ne fugias calicem, licet hic sit potus amarus
Atque soporatus, genitor nam miscuit ipse 6.5.
Nectare, & ambrosiæ liquido perfudit odore. 6.4.
Hujus vis summa est membris inferre stuporem
Mortis, & imbelles sensus auferre, sed idem
Mox animam super astra vehit, duplicatq; vigore 5.
Mentis, & hic olim revocabit corpus ab umbris. 9.
Macte ergo virtute tua, sic itur ad astra; 8.
Neve acrem dubites in prælia poscere mortem 10.6.
Quam victor superabis ovans, stygiumq; Tyran- 5.1.
Dixerit, & *Christi* solatus pectora dictis (num. 9.
In cœlum rursus paribus se sustulit alis. 8.
At *Christus* tristes oculos per singula volvens, 8.
Miraturque, interque manus & brachia versat 8.
Fatiferam ex auro calicem longeque micantem. 8.10.
Hic vatum gnari aligeri sortisque futuræ, 1.6.
Annales venturorum finxere laborum:
Namque oras circum calicis cælantur in auro 10.1.
Fortia *Christiadum* facta, & de morte triumphi. 1.
Hic sese in ligno pendentem agnovit *Jesus*, 1.12.
Tendentemq; manū, & Genitorē voce vocātem. 1.
Stant mæstæ circum matres, crinemq; solutæ. 2.11.
Pectora percutiunt, oculis argentea manant 1.8.
Flumina, tum *Mariam* pallentem morte futura 18.
Insontis Nati, cælavit spiritus ales. 8.6.
Cōspicit haud procul hinc excisum in rupe sepul- 6.
Et matres sibi defuncto, supcma ferentes. (chrū, 12
Tum descendentem manes se cernit ad imos, 2.
Atque reportantem de Dite & morte trophæa,
Moxque resurgentem, & super omnia sidera cœli 6.1.
Evectum, & patria sublimem insede locatum.
Tum *Stephanus* vidit media inter saxa precantem
Tendentemq; manus oculosq; sub astra tenentē. 1.5.

Saxa

1.5. Sera volant aures & circum tempora; cœlum
1.9. Desuper in medio discissum ostendit *Iesum*
3. Ad dextrum Patris manifesto in lumine stantem
6.4. Hic jacet avulsum caput à cervice *Iacobi*
9. Sanguine singultans; hic cœlo lapsus ab alto
Angelus educit trepidantem è carcere *Petrum*;
2. Panduntur portæ, labuntur vincula, custos
Stat miser attonitus; juxta est cœlata *Damascus*
Quo *Paulus* rapidis contendit passibus, albo
12. Vectus equo, cui frœna nitent argentea, *Christi*
Dum sequitur pavidos ferro flammaq; ministros
8. Illum indignanti similem, similemq; minanti
12. Aspiceres, verum nubes super imminet olli
1. Candida, tum subitus vibratur ab æthere fulgur
3. Quod juvenem deturbat equo, mox lumè ademit.
Astidem virgis pro *Christi* nomine cæsus
Cum Sila stabat nudato corpore; juxta
2. Carceris insculpta est foribus domus atra reclusis
6. Ostia namque domus patuere ingentia noctu
6.6 Sponte sua, in cœlum palmas dum tendit uterq;
6.8 Effundit q; preces; in ferrum janitor amens
2. Iam ruiturus erat, ni *Pauli* cura resistat.
6. Hæc inter magnas obeuntia cærula terras
6.5 Cernere erat, fluctusq; albos ad sidera tolli.
5 Imbribus effusis tempestas desuper atra
5. Fingitur, & densi cingentes æthera nimbi.
3. Hic puppis qua *Paulus* erat jactatus in alto
5.1 Aequare, jam superante salo rimosa fatiscit;
6.4. Omnes festinant cerris advertere proram
3.4 Insurgunt remis, feriunt retinacula ferro.
10. Tandem inflicta vadis dorso dum pendet iniquo
10. Anceps, sustentata diu, fluctusque fatigat,
10. Solvitur atq; viros mediis exponit ab undis
10. Nostra quidem tenuere vadi; sed puppis ab undi
6.10. Frangitur, hi manibus prensæ fluitantia transtra,
10. Fragmina remorum multi, tabulisq; rastractis

Innixi

Inniti adnabant terræ, & jam tuta tenebant. 6
Languentis Pelagi quidam servare recessus 10.
Atque videbantur brevibus se credere saltu. 10.
Hic elata mari cælatur Gaussia tellus, 6.
Quam prætervectus radebat littora *Paulus*; 3.3
Credas æquatis navim procedere velis. 4.
Huic contra *Melete* mediis apparet in undis 3.
Insula dives opum studiisque asperrima belli, 1.
Quæ *Paulum* & socios jactatos littore egenos 4.
Accipit, hospitioq; juvat; micat ignis, & ingens 1.
Exilit é lignis in *Paulum* vipera, dextram G.3.
Amplectens placide, tactuque innoxia molli 5.1
Excutitur, tota astantum mirante caterva. 1.1
Nec procul hinc *Romam* & Capitolia celsa videres 8.
Christiadumq; gregem, *Paulumq;* extrema luentem 11.
Supplicia, & totam rorantem sanguine terram, 8
Avulsumq; humeris caput & sine nomine corpus. 2.
Conspicitur *Petrus* ligno resupinus adhærens, 1.
Pro Domino expirans animam; quê voce negavit 11.
Et vitam *Andreas* frater trabe finit in alta.
Exhalatq; animam fato *Philippus* eodem. 2.4.
Pellem diripiunt costis, & viscera nudant, 1.
Et tandem abscindunt cervicem *Bartholomæi*.
Barbaricis telis *Thomas* confossus, in ignem 8.9
Fert gressus, multaq; premit vestigia pruna. 1.11.
Matthei à tergo miles stat barbarus hastam
Injiciens, fixo transit præcordia ligno. 9.
Saxorum obruitur dum Tempestate *Iacobus* 12.
Alter, & oraret passis in littore palmis: 3.
Barbarus adveniens & torre armatus adusto 7.
Percalit & fulva morientem extendit arena
Iudas & Simeon scelerato in limine Templi,
Ense jacent fusi, namq; ingredientibus illis
In Templum collapsa ruunt simulachra Deorum 9
Matthias saxis contunditur, & caput ense 1.12.
Auferitur, sacro liquuntur sanguine guttæ. 3.

Immer-

Immersus ferventi oleo mirabile dictu.
Exilit illæsus, populo spectante, *Iohannes*.
Cælatur toto laniatus corpore *Marcus*.
Adduntur manicæ palmis, & stupea collo
Vincula, per terram cervixq; comæq; trahuntur:
Sacraq; per duros raptantur viscera cautes.
Vidisses multo rorantes sanguine vepres.
At vero Hypolitum acres in diversa quadrigæ
Distuleran t; rabidos *Ignatius* ante leones
Constitit impavidus, sed frendere dentibus illi,
Et jam jamque viri discerpere membra videntur.
Haud procul hinc candēs excusa est ferrea crates
Quam super incumbens lento *Laurentius*, igne
Torquetur, juxta juvenum manus impia stabat
Subjiciens lateri prunas & viscera torrens.
Quid memorem *Lucam*, *Iustinum*, quid *Cyprianum*:
Christophorum, *vitum Martinum*, quidve *Nicetam*;
Vel quid *Gregorium*, *Villurcm*, *Paulumque*;
Innumerosque alios qui se pro laude Magistri
Mactarunt, ultroque animem pro rege dederunt?
Hos flammæ absumūt, illos vorat æquore vortex
Hi gladio pereunt, sunt præda leonibus illi.
Vexat dira fames alios, aut turpis egestas.
Suspensi ad Ventos alii tolluntur inanes;
Præcipites alii specula de montis in imos
Truduntur silices, fit terra cruenta cerebris,
Et sanie respersa natat; ne quære doceri
Quæ passi aut quæ pœna viros fortunave mersit.
Tunduntur saxis alii, radiisque rotarum
Districti pendent: virgis cædūntur; in ora
Vidisses crateræ artus, avulsaq; membra,
Effossos oculos, populataque tempora raptis
Auribus, & truncas inhonesto vulnere nares;
Et pice torrentes fibras, & gutture linguas
Exectas, calido fumantia viscera plumbo.
Ferrea telorum seges hunc tegit, *ille coronam *Christophorum
Candentem

Candentem ex ferro sublimi in vertice gestat, 2.
Ni fugeret tempus, breve & irreparabile tempus, 6.3
Omnia dum capti circumvectamur amore, 6.3.
Non tu carminibus *Dionysi* dictus abires 7.
* Aphidius. Sancte meis, nec * Tu cu prole et conjuge chara
Aereus ignita torsit quos Taurus in alto,
Ante diem clauso componet vesper Olympo, 1.
Quam quis pœnarum percurrat nomina quæque 6.
At parte ex alia stat *Constantius* in auro 8.
Arduus agmen agens, cui belli insigne superbum 8.
Aurea crux liquidi fulgens in vertice cœli; 1.
Contra *Neptunum*, & *Venerem*, contraq; *Mistrvam* 8.
Tela tenens, omnesq; Deos *Babylonis*, & orci 8.
Imperium, sævit medio in certamine Pluto. 8.
Huic hostes trepida vertunt formidine terga 6.
Agminibus totis; *Licinius* avolat ipse 11.11.
Haud mora, conversisque fugax aufertur habenis 11.
At *Christus* cœli residens in parte serena 9.
Nube super nivea, spectansq; interritus hostes 11.
Fusos per campum, proprioq; in sanguine sese 11.
Versantis calidi revomentes sanguinis undas, 11.5
Qui *Christi* toties poti sunt sanguine, totq;
Millia *Christiadum* crudeli morte necarunt; 8.
Quorũ animas *Christo* adstantes in vestibus albis
Angelus extuderat, manibus victricibus addens
Florentes palmas, tum crines implicat auro.
Necnon exunctæ crudeli funere Nymphæ 8.5.
Adstant, quæ vires ultra sexumque caducum 6.
Fortes, Virgineum fuderunt sponte cruorem.
At chorus aligerum radiante in veste canebat
Christum everſorem Regni Plutonis & urbis;
Necnon *Christiadas* pro *Christo* vulnera passos; 6.
Arguto tenues resonabant pectine nervi. 7.9
Exultat cœlum, & tellus, & pontus & aer.
Cynthius ingeminat plausum, stellæque sequuntur 1.
Fœminea exultant viridantibus agmina palmis. 11.5

Talia

1. Talia per calicem divini dona parentis
2 Miratur, mentemq; oblectat imagine rerum,
Dum gestat manibus fumasque & fata suorum.
3. At nondum idcirco divina incendia vires
5.6. Indomitas posuere, alto sub pectore sævit
3.4. Ira Patris, mortisque horror, penitusq; medullas
4.5 Est dolor, & toto descendit corpore pestis;
Sed dolor hic Domini servo est medicina doloris
9.E.9. Inter delicias, & suaves inter odores
1.7 *Christe* genis, lachrymisq; rigas & sanguine flores
1.2.3. Pallantes, violas superas pallore; hyacinthus
1.2.2. Suave rubens non tam rubuit quam corpus *Iesu*
10.7 Sanguineo nunc rore madens; felicia tandem
E.3.9. *Lilia*, quæ florent *Christi* depicta cruore.
1.2.1. Fœlices violæ, atq; ô fœlices hyacinthi;
E.4.1. Et vitreis lymphis, & rubro nectare tincti.
6.1.4. O qui *Gethsemani* sacro me sistat in horto;
6.2.7 Horto ubi sanguineæ turgent in palmite gemmæ
6.2.2 *Christus* enim palme; simus tua brachia *Christe*.
6.1. Facq; tuus calor illevias & cæca relaxet
6.1. Spiramenta, novos veniat qua succus in artus.
6.2. Et cum luxuria foliorum exuberat umbra,
6.2. Exerce imperia, & ramos compesce fluentes;
6. 4. Stringe comas verbo, non ferro, & brachia tonde
6. 2. Et vos quos croceis halantes floribus horti
E.2.1. Invitant, vel quos ramorum protegit umbra
6. 3. Solis ab ardentis radiis, si florea rura,
6.3. Sylvæq; & rigui placeant in vallibus amnes:
6.3 Dum molles somnos sub divo carpitis, aut dum
E.1. Colligitis flores, & humi nascentia fraga
2.3.2 Ne vestri illius labatur pectore vultus,
6.4.2. Qui molles inter violas, & lilia cana
E. 2. Mista rosis, Casium, & flores bene olentis anethi,
10.6. Tum calthæ, atq; aliis inclusus suavibus herbis
6.3.4.3. Sanguineo fudore rubet; cui pectore ab imo
E.7 Spiritus eructus singultibus ilia pulsat.

Nos

Non illum salinca movet commista roseis E.7.
Punicis; dulcem non mollis amaracus auram
Floribus expirans, vitisve umbracula texens;
Nec capitur placida ventosi murmuris aura: E.8.
O Tu, qui nostri custos es pauperis horti E.7.
Pro me sanguineos rores, qui fundis in horto:
Nunc horto succede meo, nunc imbre cruoris
Irrora nimis sitientes æstibus herbas. G.
O utinam mea mens Virtutum floribus halet. G.
O si cordis humum spargas florentibus herbis E.9.
Gratiæ, ut hic hortus lachrymarũ rore madescens
Virtutum violas, virtutum lilia fundat:
Vt recubes inter blandos ad flumina flores. E.4
Nox erat & placidum carpebant fessa soporem
Corpora per terras, sylvæq; & sæva quierunt
Aequora, cum medio volvantur sidera lapsu,
Cũ tacet omnis ager, pecudes, pulchæq; volucres:
Quæq; lacus late liquidos, quæq; aspera dumis
Rura tenent, somno positæ sub nocte silenti
Lenibant curas, & corda oblita laborum.
At non jam *Christus* (qui tristi in mente võlutat
Tot curas, cujus divina est ira medullas
Solvitur in somnos, oculisve aut corde quietem
Accipit; ingeminant gemitus, semperq; recursat
Æthi horror, magnoq; dolorum fluctuat æstu.
Qui voluit pro me tot acerbos ferre dolores,
Et patriæ fines, & dulcia linquere regna
Cœlicolum, mortemq; pati, Genitoris & iram:
Non inter salices lenta sub vite jacebat E.10
Fronde super viridi, non inter flumina nota, E.1.
Et fontes sacros frigus captabat opacum. E.1.
Non sepes apibus florem depasta salicti E.1.
Irriguum somnum suadebat inire susurro.
Sed curæ ingeminãt quæ oculis & pectore nocte
Eripiunt; hæret lateri lethalis arundo
Iræ divinæ; jecur immortale coquebat

Ignis edax, tacitum vivit sub pectore vulnus.
Hei mihi peccati furor ardet, viscera torrens
Omnia, nec fibris requies datur ulla, medullas
Improba flamma coquit, sunt ossibus ignis anhe-
O tandem ruptis expiret flamma caminis (lans
Abdita, quæ cordis nunc fundo exæstuat imo.
Tu cujus patriis arserunt viscera flammis
Pro me, *Christe*, oro lachrymans, aboleto nefanda
Peccati monumenta mei, atq; hac corripe flamma
Quæ te corripuit, quæque ossibus hæsit adesis;
Aut oculis ruat imber aquæ; mea flumina crescat
Nubibus abruptis, lachrymarum fonte madescat
Peccato ambustum cor, & fuligine nigrum.
At socii placida laxabant membra quiete;
Tunc hos confectos curis, somnoq; gravatos
Aggreditur *Christus*, dictisq; fatigat amicis:
Præcipites vigilate viri; nunc pectore firmo
Nunc animis opus est, nã vis inimica propinquat
Ardentes clypeos, atq; æra micantia cerno.
Vix ea fatus erat subito cum creber ad aures
Visus adesse pedum sonitus, nam ductus *Iudas*
Ducens armatos pedites equitesq; propinquat.
Obsedere fores strictis mucronibus omnes.
Obsiciunt equites sese ad divortia nota.
Hinc atq; hinc, omnemq; aditi custode coronãt.
Frigidus en sociis coit in præcordia sanguis
At *Christus* qui jam certæ succumbere morti
Sponte sua voluit, tempus secum ipse modumq;
Exigit, & *Iudam* venientẽ haud reppulit, ast hic
Christum ut conspexit palmas utrasque tetendit;
(Nam multas habuere faces, lucet via longo
Ordine flammarum, & late discriminat agros)
Amplexumq; tenes *Iuda*, atque oscula figit.
Cui breviter *Christus*, tunc oscula figis, amice,
Et prodis me voce tua: nec plura loquutus
Constitit, atque oculis dira agmina circumspexit:

Tum

Tum demũ exclamat; cors quem quæritis adsu
Ad vocẽ hanc cecidere omnes peditesq; equitesq;
In terram; vasto tremuit sub pondere tellus,
Instremuere viri, gemitumq; dedere cadentes.
Omnis se arrexit quadrupes, & calcibus auras
Verberat, effusumq; equitem super ipse sequutus
Impliet, ejectoq; ; incumbit cernuus armo.
Tum *Christus* : si me vultis deducere in urbem
Fatorum hos comites demittite ; protinus illi
Cum clamore ruunt magno, manicisq; coercent.
Verum ubi correptum manibus, durisque catenis
Vinctum conspexit *Petrus*, furor iraque mentem
Præcipitant, tantum nescit perferre dolorem.
Quid faciat, qua vi *Christum*, quibus audeat armis
Eripere? an sese medios moriturus in hostes
Inferat? Et pulchrã properet per vulnera mortẽ:
Non tulit hanc speciẽ, medium sed fertur in agmẽ
Vt fera quæ densa venantum septa corona
Contra tela furit, seseque haud nescia morti
Injicit, & saltu supra venabula fertur.
Aut veluti montis saxum de vertice præceps
Quum ruit avulsum vento : seu turbidus imber
Proluit, aut annis solvit sub-lapsa vetustas,
Fertur in abruptum magno mons improbus actu
Exultatque solo, sylvas, armenta virosque
Involvens secum: disjecta per agmina *Petrus*
Irruit haud aliter medios moriturus in hostes
Irrut : et quà tela videt densissima tendit.
Ense petens *Malchum* nudo superimminet, atque
Cæsoreæ læva turbati corripit hostis,
Impectoque genu nitens terræ applicat ipsum,
Et rigido dextram ferro secat impiger aurem.
At graviter dictis *Petrum* castigat *Iesus*
Fulmineumque jubet vagina condere ferrum.
Quid tibi visque mens tam dira, miserrime *Petre*
Impulit his cinge tela? aut quo ruis inquit?

Non

2. Non tali auxilio, nec defensoribus istis
3.6 Tempus eget; *Malchi* mox aurem, & tempora ferro
22.7. Trunca, manu medica *Christus*, nun arte, levavit.
12. Nec inquam humanis opibus, nom arte Magistra
12. Hæc fiunt; nec te *Simon* tua dextera servat
12. Major agit *Deus*, atque opera ad majora remittit.
2. Ducitur interea manibus post tergа revinctis
6.2 Ad socerum *Caiphæ*, dum multa hic flagitat, adstat
2.12. Miles qui palma faciem percussit honestam.
4. Diffugiunt comites, & nocte teguntur opaca.
6. Sed solus *Petrus* casu percussus iniquo,
6. Prosequitur lachrymans longe & miseratus *Iesu*
6.8.3. Mox tamẽ (heu) Dominũ *Petrus* ter voce negavit
8.5.4. Ante focũ (nam frigus erat) dum staret in aula;
4.3 Hoc fore prædixit Divino ex ore Magister.
6. 4 Exinde ad *Caiphæ Christus* deducitur ædes.
2.5. Hic falsi incusant testes, atq; ipse Sacerdos
10.3. Sublimis solio his verbis compellat *Iesum*:
2. Quisquis es hæc mihi nunc edissere vera roganti,
12.10. (Te namq; adjuro per magni numen Olympi)
12.4.10 Tune ille es *Christus* soboles *Iovis* Omnipotentis
6. Cui *Christus*: sum nempe *Dei* certissima proles,
12.5. Quam post aerias sublimen in sede videbis
7.12 Nubibus incinctam & præclara luce decoram.
11. His verbis turbati animi, concussaq; Patrum
11. Pectora, & arrecta stimulis haud mollibus iræ.
5. Mox capit *Caiphas* humeris abscindere vestes,
5. Auxilioque vocare viros, & tendere palmas;
6.11 Et *Christum* insontem dictis onerare malignis.
11. Quem mulcs incusat falso: tunc undiq; clamor
2.11. Cum fremitu horrendo magnus se tollit in auras
11. Haud secus atq; altoin luco, quum forte canorus
11. Consedere avium, piscosove amne paludes
11. Dant sonitum rauci per stagna loquacia Cygni
4.2. Testibus haud opus est aliis, proprijs (inquit) auribus (nas,
2.4 Pro scelere exclamat *Caiphas*; dabis improbe pœ-

Accurrunt juvenes, *Christique* illudere certant;
Hic spuit ore, alter diverberat ictibus illum:
Involvunt alii faciem; fiat tristis *Iesus*.
Submisso vultu, prælioque obmutuit ore:
Irrident, erratque aures, & tempora circum
Crebra manus, duro crepitant sub vulnere malæ.
Hei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo
Christe, qui quondam conspersit lumine montem
Thabor, & è sacris effavit naribus ignem.
Olim vera hominum? Spes ô fidissima mundi.
Quis tam crudeles optavit sumere pœnas?
Cui tantum de te licuit? Cur sanguine crines
Concretos video? quæ causa indigna serenos
Fædavit vultus, aut cur hæc vulnera cerno!
An Pater Omnipotés superûm regnator, Olympo
Demissum voluit tantos te ferre labores?
Hunc ego, te *Christe* alpicio mea sola voluptas
Solamenque mali? vestri miserescite Regis
Cohortes, si qua est pietas, in me omnia tela
Conjicite, hanc miserâ quæ primùm abrûpite vitâ
Quid meus in vos (heu) domin? cõmittere tantũ?
Quid potuit, tantas ut solvat sanguine pœnas.
Me, me, adsum qui feci, in me convertite ferrum
Iudei, mea fraus omnis, nihil ille nec ausus
Nec potuit (cœlum hoc & conscia sidera testor)
Tantum infœlicem nimium dilexit amicum.
Propterea te *Christe Deus* jam pectore toto
Accipio, & Dominũ casus complectorin omnes;
Nulla meis sine te quæretur gloria rebus
Seu pacem, seu bella geram: tibi maxima rerum
Verborũq; fides: lachrymis tua vulnera *Christe*
Proluo, & assiduâ magnum prece numen adoro.
At mens *Eur-Fons* jamdudum saucia cura
Vulnus alit venis, & cæco carpitur igne:
Multa viri Virtus animo, multusque recurrit
Oris honos, hæretq; infixi pectore vultus.

Verbaq;

4. Verbaq; nec placidis membris dat cura quietē.
12. Heu quid agat? vario nec quicquam finctuat æstu
12. Diversæq; vocant animum in contraria curæ.
3.6 Aulai in medio tædis atque ilice secto
6.2 Ingentem struxere pyram: stat mœstus ad ignem
12. *Petrus*, nam gelido concrevit frigore sanguis;
2.6.1. Aſt animo desævit hyems longe acrior, horret
6.6.2. Prisca fides glacie, cana concreta pruina
6.2.10 Mens jacet; aggeribus niveis fiducia tecta est.
6.2. 6 Torpet amor velut unda gelu, qui nuper in horto
6. 4. Arsit ut inclusus rapidis fornacibus ignis.
11.1 O *Simon* non hæc dederas promissa Magistro
6. Qui fore te fidum vel sæva in morte canebas.
12.5. Nec desertorem *Christi* dum vita maneret.
3.11. Cum ergo ad vocem famulæ tremor occupat ar-
11. Cur adeo indecorem video te limine primo (tus?
2.4. Deficere? en virgo incusat, ter voce negasti
6. 4.9 Vnquam te noviſſe virum, comitemve fuiſſe.
10. Hoc docet humanis quæ sit fiducia rebus.
13. *Christe* Deus cor hoc concretum frigore tanto
8 Dissolve in lachrymas, fornace liquescat amoris
6. 4. Et tepefacta tuis radiis hæc lumina dudum
6. 4. Sicca fluant, caput hoc rorem dispergat amarum.
6. 3. Heu capitis solidam in glaciem vertere lacunæ;
6. 4 Tristis hyems glacie cursus frænavit aquarum
Torpet mole nivis, cor, pectus frigore torpet.
6. 3. Concrescunt duræ lachrymarū in flumine crustæ
6. Interea roseis invecta Aurora quadrigis
6. Iam medium ætherio cursu trajecerat axem.
8 Iam matutinus volucrum sub culmine cantus
6.1. Suscitat Agricolas, jam rauco gutture gallus
6.2. Exercet cantus quatiens clangoribus alas;
9.2.12. Qui clangor valido *Petrum* quoq; verberat ictu,
1.8. Et cor è somno sopitum suscitat alto.
6.6.3. O si eadem volucris cantu mihi rumpat eodem
6. Pectus, & hanc animam secuto in corde jacentē

Excitet à somnis alarum verbere pulsans. 12.
Sed simul ut strepitum pennarũ ex sensit hausit 6.
Alitis horrisonæ, & feralia carmina *Petrus* 12.4
Mox venit in mentem nuper quæ dixerat illi 4.11.
Christus, quod Dominum trepida ter voce negaret 6.2.3
Ante daret quam bis cantus cristata volucris. 1.1
Et simul ac oculos contorsit lumine glauco 6.4.
In *Petrum Christus*, genitum dat pectore ab imo) 1.
Ingentẽ, lachrymisq; sinus implevit obortis; (tus 4.
Me quoque, magne Deus, me respice lumine vul- 5.2
Et geminas huc flecte acies, penetralia cordis 6.2
Illustra radiis oculorum *Christe* tuorum, 2. 4
Vt possim largo fletu simul ora rigare. 6.
Ex oculis scinulla tuis super arida cordis 1.
Nutrimenta cadat, rapiatq; in fomite flammam; 1.
Pectus ut accensum flammas expiret amoris; 3.
Hanc animam verbito nitru nunc rumpe coruſco 8.
Igne animi meos percurrat lumine nimbos. 8.
Postera vix summos spargebat lumine montes 12.
Orta dies, quum primum alto se gurgite tollunt 12.
Solis equi, luceq; que elatis naribus effant. 12.
Iamque *Sacerdotum* princeps, & maximus ævo 6.11.
Concilium *Caiphas* magnum, primosq; suorum 11.
Imperio accitos alta intra limina cogit. 11.
Conveniunt, stratoq; super discumbitur ostro. 4.
Armati quidam educunt è carcere *Christum*, 2.1.
Quidam astant portis bipatentibus ære coruſci; 2.
Obsedere alii telis angusta viarum; 2.
Oppositi stat ferri acies mucrone coruſco 2.
Stricta parata neci, si quis tentaret *Iesum* 2.3
Vi rapere; exitium præsens mortemq; minantur 2.12.
Si quisquam vel *Christum* adeat, terrentq; trementes 12.
Tunc iterum Dominus divino ex ore fatetur 3.4
Cœlicolum se Rege satum; furor iraque Patrum 3.7.2
Præcipitant mentes; infrendunt dentibus omnes 3.8.
Et *Christum* falso damnarunt crimine mortis. 6.

Continuo

6. Continuo sontem *Iudam* succincta flagello
6. *Tysiphone* quatit insultans, torvosque sinistra
6. Intentans angues, vocat agmina sæva sororum.
6. 7 Sibilat innumeris hydris sata nocte *Megæra*
7. Verberaq; insonuit, tum lumina torquet *Erynnis*
7. Flammea fumentes figens sub pectore tædas.
7. *Alecto* torvam faciem & furialia membra
5.7. Ostendit, penituſq; in *Iudæ* viscera lapſa est.
12. His agitur furiis, totoq; ardentis ab ore
12. Scintillæ absistunt oculis, micat acribus ignis.
7. 4 Per medias urbes agitur furibundus, & alta
6.4. Templa petit, qualis conjecta cerva sagitta
4. Quam procul, incautum nemora inter *Cretsia* fixit
4. Pastor agens telis, liquitq; volatile ferrum.
4. Nescius, illa fuga silvas saltuſq; peragrat
4 Dictæos, hæret lateri læthalis arundo.
7. Tunc *Iudas* tremulis ululatibus æthera complet,
12. Se causam inclamans, crimenq; caputq; malorum
6.12. 6 Quæ Domino insonti acciderant; quod vendidit
2.5. Hostibus incusat seſe, redditq; repente (Illum
1.4.2. Argentum, & scelerum furiis agitatus abivit;
12. Et nodum informis læthi trabe nectit ab alta.
E. 7.8 Ilia rumpuntur miſero; deformè cadaver
6 Terribili squalore horret: dependet amictus
1.G. 3 Sordidus ex humeris, oculos stupor urget inertes
1.6. Ora modis miris pallent, gravis halitus atro
6. Corpore se fundens supera ad convexa ferebat,
12. Vitaque Tartareas fugit indignata sub umbras.
6.4. Interea *Christus* peditum comitantibus armis,
11. 7 Ducitur ad sævi sublimia tecta *Pilati*.
2. Hortatur judex fari quo sanguine cretus
2. Quidve ferat, memoret, quæ sit fiducia capto.
2. Ille hæc, deposita tandem formidine fatur;
9. Est tibi nunc in me judex permissa potestas,
10.2. Sed Pater Omnipotens superi Regnator Olympi
8.3 Hanc tibi permisit, genus à quo principe nostrum

Ducimus ignoras; est mi genus ab Ioue summo. 5. 8
Sunt quoq; regna mihi, sed non terrena; necullos 12.6.
Christus in arma viros armis circundatus ipse 9
Suscitat, æratasque acies in prælia cogit; 9.
Non ea vis animo, nec tanta superbia victo; 1.
Non venio slipante manu (mihi crede) meorum; 4.
Si mihi regna foret terrena, aut oppida multa; 6.12
Aut si mens belli juvenili arderet amore, 8.
Iampridem resides populos, dissuetaq; bello 7
Agmina in arma mea pro libertate vocarem; 7. 6
Hortarer bellum dira hac cum gente gerendum 3.
Quæ unius in miseri exitium conspirat apertum 2. 7
Me morti eriperent famuli, vel cædis acervos 12.11
Perque urbes, perq; arva darent, sed regia cœli 11.6.1
Et dom9, & patria est quam quæro, talibus ille 4.1.
Se natum regem memorat, nomenq; genusque 10.
Quidque petat, quidq; ipse ferat, sed Cæsare hostē 10.2.
Iudei exclamant, & seditione potentem; 2.11.
Eversorem, aiunt, Galilææ Gentis, & ipsum 11.4
Projicere incautos in aperta pericula cives. 11.
Talibus Abramidum dictis defixa Pilatus 7.
Obtutu tenet ora, soloque immobilis hæret 7.
Intentos volvens oculos, tunc mittit Iesum 7. 1
Ad Regem Herodem, solio Rex sævus ab alto 7. 10
Multa rogat Christum, sed respondere roganti 1.E.5
Dignari haud voluit; rex ira concitus, albis 1. 9
Vestibus indutum, irrisumq; remittit Iesum. 2.4. 2
Tunc Christum pedites magno clamore trahentes 6.2
Ante fores sistunt Romani judicis, ille 6.8
Conspectum in medium populi deduxit Iesum 2.4.
Insontem clamans; contra omnes vocibus instat 2.4
Abramide infensi, & pœnas ex sanguine poscunt 2.
Esse reum mortis clamant, & Cæsaris hostem. 5.2
Clamore assiduo victus precibusq; coactus 5.2
Virgis cædendum tradit tortoribus; illi 6.3
Continuo invadunt, & candida pectora nudant, 4. 9

Atque

Atque inter sese multa vi brachia tollunt
In numerum, largus sequitur de corpore sanguis.
Tunditur assiduis hinc atque hinc ictibus Heros
Ingemit, & sacros quatit æger anhelitus artus.
Heu multo *Christi* violarunt vulnere corpus;
Multa cavo lateri ingeminant, & pectore vastos.
Dant sonitus erratq; aures & tempora circum
Crebra manus, duro crepitant sub vulnere malæ
Nec prius absistunt, quam crebro verbere victus
Diriguit, fugitq; auras, calor ossa reliquit;
Labitur heu tandem, & longo vix tempore fatur
Ac veluti summis ingentem in montibus ornum
Cum ferro accisam, crebrisq; bipennibus instant
Eruere Agricolæ certatim: illa usque minatur
Et tremefacta comam concusso vertice nutat;
Vulneribus donec paulatim evicta supremum
Congemuit, traxitque jugis avulsa ruinam.
Quis gemitus ô *Christe* tuos, quis vulnera fando
Explicet, aut possit lachrymis æquare dolores?
Quis siccis oculis calidum de corpore flumen
Cerneret? Et tanto spumantem sanguine terram?
Non tamen hoc Domini casu *Iudea* movetur,
Nec fletu ingemuit *Christi*, nec lumina flexit,
Nec lachrymis vitæ dedit, aut miserata magistrũ
Nec quisquã tantas persentit pectore curas. (est;
Non tibi *Sara* parens, generis nõ author *Abram*,
Perfida, sed duris genuit te cautibus horrens
Caucasus, Hyrcanæq; admorunt ubera Tygres.
O mihi si tanto manerent lumina fletu,
Quanto *Christe* tuo manat it sanguine corpus;
Vulnera sacra meis guttis perfunderem, & artus
Sanguine rorantes lachrymarum fonte lavarem.
Postquam verberibus laniassent corpore toto
Tortores *Christum*, lacerant crudeliter ora,
Ora, aureisque ambas, spoliat aq; tempora spinis;
(Nam textã ex spinis capiti imposuere coronã)

Pur-

Purpureasq; super vestes velamina Regum 6.
Inficiunt, solio Christum tum sedit in alto; 6.7
Gestat Arundineũ, Rex qui regit, omnia sceptrũ 10.1.7
Cæditur ante aras crudeles victima nostra, 2.1
Cui caput innectunt sertis, & fronde cerenant 4.
Funerea, rubrisq; incingunt tempora vittis. 4.6
Nostrer purpureo Rex est adopertus amictu; 3.
En Vatem qui fata docet responsaq; Patris 3.6
Cujus olorino mulcentur pectora cantu. 10.1.
Cernite Pontificem jam crimina nostra gerentẽ,
Iosephi nostri tunicam spectate cruentam,
Non hœdi sanie, proprio sed sanguine tinctam; 31
Spinarum serto tibi frons horrescit *Iesu*, 4.2
Dignior *Herculeo* bicolor quem Populus umbra 8.
Velet, quique feras palmam, crinemq; madentẽ 5.4
Sanguine, fronde premas lauri, vel pinguis olivæ 4.8.
Atque umbrata geras civili tempora quercu. 6.
Verum ideo caput (heu) spinis laniatur honestũ 6. 10.
Quod mea mens spinis, & densis vepribus horret 3.8
Mille modis *Christo* illudit gens barbara, quidam 5.11.
Percutiunt pugnis faciem; spuit alter, & alter 4.10.
Tundit arundinea virga, Regemque salutat: 10.6.1
Interea ex venis sanguis fluit undique rivis.
Tortores vero *Christum* genua ægra trahentem, 5.
Iactantemque utroque caput, crassumq; cruorem 5
Ore rejectantem, mistosque in sanguine dentes, 5.
In medium populi cœtum duxere; sedilli 5.6.
(O Gentem truncis & duro robore natam) 8.
Clamorem immensum tollunt, ripæque, lacusq; 3.12.
Responsant circa, & cœlũ tonat omne tumultu; 12.
Instigant cuncti studiis fremitumque *Pilatum*, 5.
Vt vellet *Christum* quũ primum absumere letho. 9.3.
Ille diu veluti rupes immota resistit: 7.
Iudei ardentes instant, hominemque fatigant: 1.7.
Illicet insontem ad mortẽ contra omnia *Christũ*, 5.7
Contra justa Dei perverso Numine poscunt. 7.

Connubio

4. Connubio stabili fuit uxor juncta *Pilati.*
1.1. Huic ecce in somnis *Christi* mœstissima imago
1. Visa est, ora modis attollens pallida miris;
2. Et graviter genitus imo de pectore ducens,
3. Ipsa videbatur largos effundere fletus.
2. Squalentem barbâ, & concretos sanguine crines
1.11. Vulneraq; illa gerens, quæ duris plurima virgis
2.4. Accepit; mulier tristi conterrita viso
3.7. Excutitur somno; lachrimis precibusq; maritum
4.5. Sollicitat, casum miserêri insontis *Jesu.*
4.10. Olli quam primum solio confederat aureo,
7.9. Nuncius hæc mandata ferens à conjuge venit:
4. O *Iudex*, & luce magis dilecte marite.
5. Vix primos inopina quies laxaverat artus,
4. Cum me suspensam terrent insomnia mira:
5.12. Nam subito ante oculos *Christus* mœstissimus ad-
5.2. Cui totum sacro rorabat sanguine corpus; (stat,
11.4. Ora modis miris pallebant morte futura
3. Attonita hoc viso, magnisque exterrita monstris
3.2. Implevi clamore locum, flensq; ipsa videbar
2. Compellare virum, & mœstas expromere voces:
10.6. O *Christe* omnipotês, genus alto à sanguine Regũ,
6. Cur nox atra caput tristi circumvolat umbra?
12.11 Quis roseas laniare genas, quis vulnere corpus
11.12 Fædare, aut ausus turpare in sanguine crines?
3. Verane te facies, verus mihi nuncius affers
3. Nate Deo? vivisne? aut si lux alma recessit
6.4. Quid pietas, quid prisca fides tibi profuit? an non
12. Supra homines supraire Deos pietate solebas?
1.3. Hic pietatis honos? vix tandem panca furenti
3. Subjecit, & raris turbatus vocibus hisce:
10. Vivo equidẽ, nec adhuc homines lucemq; relinquo,
10.1. Sed linquam: nam nox cœli quibus annuit arcem
10.11 Omnipotês Genitor, per cædem & vulnera ducit;
6.6. Per q; metũ & curas, morbosq;, & mille labores:
2. Perque undas superante salo, perque invia saxa;

Hac

Hac iter *Elysium* nobis, sic itur ad astra. 6.9
Non scelera & fraus Me pœnas traxere per istas, 1.5.
Sed mea Me virtus, & sancta oracula Patris. 8.
At pentem invisam, quæ Me nil tale merentem 7.2.
Vulnerat, & corpus (spoliare hoc lumine gaudet, 12.
Mox flammæ absumét, inimicus & hauriet ensis. 7.2.
Quas pœnas mihi *Iuda* dabis? quâ multa sub un- 8.
Scuta virû, galeasq;, & fortia corpora volves, (das 8.
Corniger *Abramidum* Iordanis Rex fluviorum? 8.6.2
Heu quantæ cædes instant? quot acerba tuorum 8.2.
Funera conspicies? magnæ inclementia *Romæ* 3.2.
Has evertet opes, *Solymamque* à culmine sternet. 2.
Hæc ubi dicta dedit, caput atro texit amictu 2.12.
Multa gemens, & se nocturnis condidit umbris. 12.4.
Sic me deseruit lachrymantem & multa volentè 2.
Dicere, & in tenues auras concessit imago, 2.
Par levibus ventis, volucrique simillima somno. 2.
Tum gelidus toto manavit corpore sudor. 3.
Corripio è stratis corpus, tendoque supinas 3.
Ad cœlum cum voce manus, & munera libo 3.
Intemerata focis; oneravique æthera votis. 3.9.
Iam te per cœli jucundum lumen & auras, 6.
Per connubia nostra, per inceptos hymenæos: 4.
Si bene quid de Te merui, fuit aut tibi quidquam 4.
Dulce meum, miserere animæ non digna ferentis 4.2.
Oro, & si quis adhuc precibus locus exue mentē; 4.
Parce tuas scelerare manus, jam parce cruori 3.
Innocuo, nam *Christus* hic est, quo justior alter 1.
Nec pietate viget, nec verbo major & actis. 1.
Meque hujus (juro) quoties humentibus umbris 9.4.
Nox operit terras quoties astra ignea surgunt, 4.
Admonit in somnis & turbida terret imago. 4.
Hæc ubi dicta dedit, abiit, obmutuit amens, 1.4.
Arrectæq; horrore comæ, & vox faucibus hæsit 4.
Attonitus tanto monitu. 4.
Heu quid agat, populi quo nunc ambire furentē 4.

Audeat

4. Audeat affatu? & quæ prima exordia sumat?
3.4. Ille quidem conatus erat dimittere *Christum*
2.5. Sed frustra; gravis ira, & inexaturabile pectus
5. *Judææ* gentis, precibus non flectitur ullis.
5. Non satis est *Christum* pœnam traxisse per omnē,
6.3. Sed vita spoliare volunt, sacrique cruoris
1.2. Relliquias poscunt, tanta hos insania cœca
4.9. Præcipitat, tanta populos furit improbus ira.
7. Ergo ubi nulla datur cœcum exuperare potestas
7.12. Consilium, & populi nutu impatientis euntes;
1.6.4. Poscit aquam tonsisque petit mantilia villis.
1.3. Dant famuli manibus lymphas lavit inde cruorē
6.9.2. Insontem & jurat caput hoc se opponere morti
6.2. Invitum; vestris, inquit, clamoribus actus
3.8. Hanc animam vobis trado, vos morte necate.
7. Ipsi has sacrilego pendetis sanguine pœnas.
7. O miseri: Te *Iuda* nefas, Te triste manebit
7. Supplicium, votisque Deum veneraberę seris;
7. Nam mihi parta quies, omnisq; in limine portus.
7.6.2 His dictis sepsit se tectis; jamque cohortes
1.11. Romani longo procedunt ordine; *Christus*
2.11. Pone subit, gestis humeris languentibus, (cheu!)
6.2.4. Fatalemq; trabem, vestemq; cruore madentem.
6.2.1.9. Hunc gemini fures comitantur; cætera turba
2.6. Subsequitur; matres, pueri, innuptæq; puellæ
11. Fœmineum clamorem ad cœli sidera tollunt;
6.11. Effusæque genis lachrymæ; solatia luctus
11. Exigua ingentis, sed non indebita *Christo*.
2.7. Hos tamen increpitans verbis compellat amicis
5.4. Cur tantæ (o miseras) lachrimæ volvuntur ina-
3.1. Funditepro vobis vestrisq; nepotibus illas. (nes?
10.1. Vobis tempus erit cum terq; quaterq; beatos
3.8. Dicetis steriles, quarum circum ubera nullos
8.10. Ludere pendentes pueros, & lactea collo
8.1. Lambere cernetis, montes optabitis altos
8.8.2. Præcipites in vos labi, collesque supinos;

Ve

Vtrecti tenebris, & dono noctis opacæ 8.
Telluris gremio tuto lateatis ab hoste. 5. 10.
Cum *Martem* indomitum *Aeneadæq;* ad tecta ru- 2.
Cernitis, obsessumq; acta testudine Tēplū, (entes 2.
Atque urbis captæ casum, convulsaque late 2.
Limina tectorū, & mediū in penetralibus hostē; 2.3.
Qui gemitus, & quī planctus lachrymæq; futuræ? 4.3.
Tempus erit quando immissis *Vulcanus* habenis 10.5.
Per turres, & tecta furet, tabulasque volutus 2.12.
Ad cœlum undabit vortex, templumque tenebit, 11.
Totaque *Iudæa* fudabit sanguine tellus. 2.
Nonne reformidant ligna infæcunda bipennē, 6.2.6.
Agricolæ viridis si ferro excinditur arbos? 6.6a.
At curis ægra, & tristi conterrita sorte 1.12.
Insontis nati, diet virgo miserrima mater, 6.4.
Flagrantes perfusa genas, & pectora tundens. 12.1.
Chara mihi ante alias virgo sanctissima, natum 11.7.
Ne quæso tantis lachrimis, neve omine tanto 11.
Posequere in duræ certamina mortis euntem; 12.
Nam pro me misero, pro me crudele luebat 4.11.
Supplicium, culpasque meas heu morte piabat; 11.2.
Hoc tamen immeritam nati solabere mortem, 10.
Quod magni patris dextra cadit; ille volebat 10.
Pro sonte insontem crudeles sumere pœnas; 2.6.
Imperioque suo pallentes ire per umbras, 6.
Per loca lenta situ cogit, noctemque profundam; 6.
Non tamen indecore genitor Te *Christe* relinquet 11.
Externa jam in morte: neq; hoc sine nomine le- 11.
Per gentes erit, aut famam patieris inultus. (thum 11.
Nam quicunque tuum violavit vulnere corpus 11.
Morte luit merita. quin ipsa in morte tuetur 11.6.
Te Pater omnipotens: nam primū ut tertia cœlo 10.12.
Puniceis invecta rotis aurora rubebit, 12.
Tartara perrumpens, superas educet ad auras, 6.6.
At *Christus* ligni fatalis pondere pressus 6.5.
Deficere incæpit (misserim) cui cuncta trementi

5.14. *Genua* labant, roseus quondã color ora relinquit;
11.0.5 Labitur exanguis, mœrituro frigidus artus
7. Perrupit sudor.
11. Succurrunt servi comites, dominumque ruentem
11.1. Suscipiunt, quondam *Cyrenes* turba coegit
6.1. *Simonem* portare crucem; sed crimina mundi
2.6.1. Hec ligno graviora humeris Tu *Christe* tulisti.
6. Me quoque per flammas, & mille sequentia tela
6.2. Eripis his humeris, medioque ex hoste revellis;
7. Omnibus exhausti Me casibus, omnium egenti
3.1. Cœlicolum socias turbis; persolvere grates
1. Dignas non opis est nostræ, nec quicquid ubiq; est
1. Humanæ gentis magnum quæ sparsa per orbem
1. Instreta dum flavii currûs, dum montibus umbræ
1 Lustrabunt, convexa polus dum sidera pascet,
1. Semper honos nomenq; tuum laudesq; manebit.
6.3. Ventum erat ad montẽ cui nunc *Calvaria* nomẽ,
12. Millibus in mediis stat multo sanguine sudans;
6.1. Vt quondam ductus cornu sacer hircus ad *Aram*,
8. Cujus sanguineis rorabant cornua guttis
8. Pontificis respersa manu: sic *Christus Iesus*
4.12. Constitit ante crucẽ velut hircus, seu velut agnus
6.4. Innocuus, velut intacta cervice juventus.
62.4.4. Ipse ara est, ac ipse est victima, & ipse sacerdos
1.2. Qui sese ut meritum patri mactavit honorem:
8. Thura dedit, tepidusq; cruor fumavit ad aras,
2.12. Sanguine qui pecudum longe excellentior omni
3. Cujus jam sacra spumant aspergine Gentes.
4. Sed postquã est paulum lachrymis & mente mo-
3.5. Eloquar an sileam? clavis affixus *Jesus* (ratus:
5.2. Ligno hæret, cæloque ardentia lumina tendit,
2. Lumina, nam palmas ferrum terebravit acutum.
2. Illa manus rapidum jaculari e nubibus ignem
7.11. Quæ quondam solita est, ferro confoditur; Illo
5.1. Pes ligno rigidis clavis transfixus adhæret,
10. Maxima qui *Nevei* calcavit stagna profundi.

Qui

Qui picturatas volucres, qui lilia vestit: 3.8.
Hæc foliis, illas tot verticolloribus alis, 6.11.
Et qui succingit fulgenti murice Reges: 6.9.
Ipse tamen pendet sine veste inglorius ulla, 4.12.
Sanguineis frontem spinis & tempora fossus. E.6.
Dat populus *Christo* sitienti pocula fellis, 2.1.9
Qui populi saliente sitim restinguere rivo E.7.
Dulcis aquæ solitus venerando ex ore fluentis. 2.1.11
Sanguinis è venis largus demittitur imber, G.1.
Et ruit ut rapidus summis de montibus amnis. 12.4.
Sanguinis obicibus ruptis maria alta tumescunt. G.2.
Scilicet hoc nobis rubri maris æquor arandum, 3.
Littora si patriæ cupimus portusque quietos 3.
Prendere sanguinea lentandus remus in unda. 3.
Per mare purpureum mihi sis *Portunus* cunti, 4.12.
Vt mea mens duce Te portu se condat in alto 5.
Cœlestis patriæ, num sit mihi gratior ulla (sam 5.
Quo magis hanc animam cupiam demittere fes- 5.
Quam quæ ductorem tellus mihi servat *Jesum*. 5.
Et patris *Abrami* gremio complectitur omnes 5.
Insignes pietate viros, virtutis amantes. 1.

CHRI-

CHRISTIADOS

LIBER. 12.

Argumentum.

Christus crucis affixus tertio diei sortes alea vestes; titulus super scribitur: aliter latronum rides, aliter Christum sortes & vestes, nec Paradisus promittitur. Dum qui Christus pro iudicio erat, mortem grauiter dolentem conficit, eamque Iohanni commendat. Deseritur à cœlestibus Solis Eclypsis, & Iudæorum contra; tandem Dominus dolores in summos, & vsq; deinde passis auget; tremit terra, nunquatur saxa, sepulchra reclusa; velum Templi, quod hic deseritur, discerpitur est. Centurio his prodigijs motus, Christum Dei filium agnoscit; dumque latronum crura frangunt, lancea Christi latus confodit ex quo sanguis & aqua fluit. Describitur Christi de cruce ad ima ferri, & ejusdem sepulturæ per Ioseph; Nicodemi, & mœstum pium; Virginisque Mariæ acerbissimi doloris. Christus tertia die resurgit, cæsis custodibus terra tremit, reperitur. Angeli mulieribus, ille Apostolis resurrectionem nunciant. Petrus & Iohannes ad sepulchrum currunt. Vigiles autem pecunia corrupti mendacium fingunt, discipulos nocte demissum furto abstulisse; Iudæorum malitia in Christum describitur. Magdalena adhuc sepulchro plorans, quem Christus sibi formæ hortulani salutat; duobus discipulis emaus hic Emmaüs, adparitio se profert, similibus Apostolis apparet, quibus potestatem remittendi peccata dat. Thomæ incredulitas castigatur, pisces. Iudæi ad Christi cognitionem, Christiani ad fidem invitantur; in hoc libro multa sunt mysteria & suavissima meditationis.

2. AT crucis immēsā quā primū attollere molē
4.6. Aggreditur populus, cœloq; educere certat
4. Hanc aram, cujus media inter cornua fulsit
9.8. Purpureum Deus ipse animam votumq; sacravit;
5.3. Tollitur in cœlum clamor, totusque remugit
3.7. Mons circū, tremulis ululatibus æthera cōplent.
6.6.2 Tum cœlum mortis super imposuere legendam
3.12. Omnibus Hebræis populis, Græisq; Latinisq;
12.6.1 Hic est *Rex Iudæorum Nazarenus Iesus.*
Sic qui tū meruit sublimis in arbore pendet
Pen-

Prædones inter gemitus; quorum alter *Jesum* 12.8.
Ridens, nunc, nobis inquit, fugisse, cubique 5.2.
Quis servat alios, hunc verbis increpat alter 2.10.
Qui *Christi* ad dextram pendebat ab arbore latro: 1.5.
Ingemuitque dedituque haud imo pectore voces; 11.
Nos merito scelerum pœnas expendimus ambo, 11.
At hunc quis dicet scelus expendisse merentem, 2.
In quo nulla unquam sceleris vestigia visa; 9.14.
Sed mundi labem concretam eximit, & omnes 6.
Corporeas pellit, & tristitiæ abluit omnes. 6.4.
Heu nimium *Christe*, heu nimium crudele fuisti 11.
Supplicium, scelerum tantorum ignare; quid ergo 11.12.
Profanulis morteris dominus, profontibus infons? 3.6.
Solus amor nostri, & redimendi gloria mundi 6.6.
His mersere malis, hoc funere mersit acerbo. 6.6.
Tum flevit, supplexque preces e pectore fundit: 1.6.
Ne pigeat meminisse mei rerum alme magister, 4.9.
Cum tibi continget solio sceptroque potiri 6.9.
Regni cœlicolum, patriosque attollere fasces. 1.7.
Cui *Christus*: mecum lucis habitabis opacis 6.
Ripasque toros, & prata recentia rivis 6.
Devenies, dulcesque bibes de fontibus undas, 6.6.3
Ante tegat quam nox terras humentibus umbris. 4.
Dumque illudentes pendent à stipite *Christo* 7.3.
Hostes vociferant digna atque indigna relatu; 9.
Extremos gemitus ciet ille, & pectore ab imo 3.6
Effudisque preces, patremque in vota vocavit: 6.3.
His ignosce pater quoniam furor improbus illis 4.12.
Consulam eripuit meniem, sic fatus *Iesus* 2.6.
Ardentes oculorum acies super agmina jecit. 12.
Hic *Maria* indigno nati concussa dolore 12.
Stat lachrimis, & multa querens, & pectora tun- 6.4.12
Mortem orat, videt cœlicon vexa tueri, (dens; 4.
Difficilesque obitus nati, tantosque dolores; 4
Nam sequitur mœris sanguis de vulnere nati. 12.
Vosne harum interpres curarum & conscius olim 4.

Prædixit

Prædixit Genius, transit per condita matris
Culpis, [illegible] sceleratæ
Hanc ubi conspexit, [illegible]
Demisit lacrymas, dulcique affatur amore eam.
Ecce tuum natum mulier, cum sorte [illegible]
Conspexit, simul his ardentem affatur amicitiæ;
Ecce tuam matrem. Perculsa mente decorus
Adstantes lachrimas ante omnes ipse [illegible]
Atque animum patriæ strinxit pietatis imago.
Tum corpit solari inopem, & succurrere [illegible]
Et colere ut propriam genetricem; hic plus heros
Lugentem matrem nolebat linquere solam,
Sed consanguineo lachrimans commendat amico:
Fœlix sorte tua, fœlix hac matre [illegible]
Et fœlix tectum cui talis conjugi [illegible]
Nempe die genetrix, forma pulcherrima virgo.
Dum vero Pluto inclytus vim [illegible]
Missilibusque furit, socii formidine cedunt,
Atq; ducem linquunt, ut nimbum perferat omnã
Telorum, & *Patrem* moribundum deserit ipsum,
Pro quo fulmineum super distrinxerat ensem.
Ille autem impavidus dextram tendebat inermã
Nudato capite, & patrem clamore vocando,
Ictus hostiles & vulnera sustinet unus.
Me super hanc dextra victrice extende magister,
Dum tela ejiciunt, procumbantq; enumina hostes;
Hæc clypei paramæque instar, me me omnia contra
Tela tenebrarum defendat & agmina Ditis;
Nam mea mens hinc te vim tanta tendere contra
Nec moritura valet, majorave viribus audet;
Ergo assurgentis dextram plagamq; ferentis
Pluma subeas morbosem ut [illegible]
Sic fauxilus domini dextra protectus alebo.
Sol qui [illegible] omnia [illegible]

Hoc agens infandum, haud ocilla passer adspicit 4.
Sedecagne obscura nitidum ferrugine texit. (quis 6.1.
Conticuit in tenebras atrum caligine cœlum; 11.
Quippe dolet dominæ luctum crudele videre, 12.
Atque pudet nullum mortalibus esse pudorem. 10.
Ingentiluctu concussa est Regia cœli, 11.7.
Cum Sol in medio defecit mœstus Olympo; 11.
Auratasque comas tenebrarum obnubit amictu. 11.
Diuesque citatorum Phœbi pertentat equorum 12.6.3
Corpora tota tremor, nec lucè è naribus efflant, 6.4.11
Orbis terrarum jam casus lumine luget: 12.
Et templum ut charo conjux orbata marito
Sacratas moritura manu discindit amictus. 12.
Dissultant rupes, telluri frigidus horror 8.3.
Membra quatit, gelidusq; super formidine pœtus. 3.
E scopulis trepidæ fugiunt in cærula Phocæ. 6.3.
Extemplo silet omnis ager, non avia rura, 4.
Jam volucrum cantu resonant, colleve supini 8.6.3
Balatu pecorum, aut ullis mugitibus amnes. 6.3.
Ipsa super curvis homini malefida latebris 2.6.3
Vipera, & arroniti squamis astantibus hydri. 2.6.3
Luctus ubiq; fuit, metus undiq; & undiq; fletus. 2. 3.
At Dido infelix scopulis heu durior ipsis,
Vipereo genere, & graviter spirantibus hydris 7.
Sævior, haud tactis mœstis, lachrymisve movetur,
Mens immota manet, lachrymæ volvuntur inanes. 4.
Nox tam densa polum bigis subvecta tenebat, 5.
Quòd Sol in medio dum volvitur axe, per ædes
Lychni accenduntur, collucent ignibus urbes; 11.
Agricola admirans subito caligine cæca
Erepsum ex oculis cœlum, noctemq; reductam, 1.11.
Cum nondum Sol tinctis equos in gurgite sedit 11.
E vena silicis scintillam excudit in agris: 12.
Suscepitque ignem foliis, atque arida circum
Nutri-

1.2. Noctemq; dedit, tapetoque in fornice flammæ,
Accendunt{que} faces sidera, cæ{que} ipse superbus
7. Vrit odoratam nocturna in lumina cedrum.
6.2. At nox atra magis, major circumvolat umbra
6.3.4. *Abramidas*, errant cæca caligine mentes,
6.4.6. Dum non agnoscunt morientem, & dira ferentē
6.2. Supplicia, hunc hominum verum divumq; satorē;
9.5. Sed quidam illudunt, quidam descendere suadēt;
3.6. Dividit hic vestem, mox porrigit alter aceto.
2. Hei mihi qui tantis tenebris involvor et umbris
20.4. Sole sub ardenti, & medio dum volvitur orbe
4. Nox obscura tener mentem, nec pectus amoris
4. Igne micat: me *Christe* tua jam lampade lustra:
2.1. Solve meas tenebras, fac circumfusa repente
1. Scindas se nubes, & in æthera purget aperum.
4. Colluc{ere} faces, & fervere pectora flammis
1. Fac mea *Christe* tuis, fac noctem lumina vincant
12. Quis mortem aspicere hanc oculis, quis vulnera
possit ?
10. Omnipotēs genitor tanton' hanc crimine digni
10. Duxisti, & tales voluisti expendere pœnas
2.4. Insontem? Genitor natum (mirabile dictu)
6. Ad pœnam nostra pro libertate vocavit.
6.2. Vicit amor mundi, nostræque immensa salutis
2.2.10 Cura, sed hen misero quæ jam satis ima dehiscat
10. 6. Terra mihi, qui causa fui tibi mortis *Iesu*.
10. Namq; ego *Christe* tuum maculavi crimine nomē.
10.6. Debueram pœnas scelerum expendisse meorum,
10. Omnes per mortes animā sontem ipse dedissem:
10.3. Sed vivo, vitamq; tuo de vulnere duco.
10. Tantane te tenuit moriendi *Christe* voluptas
10.2. Vt pro me tristi voluisti occumbere morti? (vor
3.10. Tu dominus, tuane hæc famulus per vulnera ser-
10.11. Morte tua vivens? quas dignas dicere grates (quā
11.9. Quasve referre pares meritorū haud immemorun-

Tantumne fuerat, dum fed regis mansuescere mitem; 9.0.1
Naufragio Pontis cuncta cum pulsa dispersum, 10.
Ante leves ergo pallentior in arbore cani, E.1.
Effeta defluxere nodos in lentore pilæ; E.2.
Ante perennatis mutescunt fontibus, exul E.1.
Aut Arctois Phœbus delitet, aut Germania Tygris, E.2.
Quam nostro Christi labente pectore velox. E.1.
Tandem confectus curis, multoque dolore 6.2.
Vocē vocat Patrem, genibus; hæc edidit alto: 6.11.
Sancte pater cur Me morientem deseris exin 5.6.
Ingemuit rursus, dixitque novissima verba; 2.11
Hinc mœstam tibi commendo pater matrem salu. 4.5.10
His dictis, tenebris nitrescunt omnia cæcum, 6.12.
Occupat os pallor, solvuntur frigore membra; 4.11.
Vitæque cum gemitu tenues vanescit in auras. 12.11.
Olli dura jubes oculis, pulchroque per arvus 10.9.
It cruor, inque humeros cervix collapsa recubit: 9.
Purpureus velut cum flos succisus aratro 9.
Languescit moriens, lassove papavera collo 9.
Demisere caput pluvia, cum forte gravantur. 9.
Hoc illud, hoc *Judæ* fuit, me fraude petebas, 4.
Prodere cum dominum voluisti perfide justum, 4.
En crux ista mihi, hi clavi, spinæque paratæ. 4.
Quid defertus ego primum queram? anne magister 4.
Sprevisti comitem crudeli in morte ministrum 4.
Tot meritum mortes? eadē Me ad fata vocasses, 10.4.
Idem ambos ligno dolor, ictus, eadē hora tulisset. 4.
Me lancea spinis, hic clavis perforet hostis, 10.
Inq; meum pectus sceleratam intorqueat hastā; 5.
Extinxi te ipseque simul, populumque *Judæ* 4.
Et patres urbemq; tuam, da vulnera *Christo*, 4.
Da, lachrimis fœcabo meis, corpusq; lavabo. 10.
Ah ubi nunc oculorum ignes, ubi fulgida quondā 3.9.
Cæsaris pulchræque micantia fulgura vultus? 3.9.

Lumina

Lumina conderentur tenebris caligine vultus
Atque ea ita referam nec abhinc atra ora reflexa.
Christe mihi vita semper dum vita manebit
Charo meus Christe inamarcis exercite fatis:
Brachia dilectis dimitte in oscula vultus,
Ne ramos nostro circundare brachia collo,
Amplexus da Christe meos, atque oscula fige;
O si rore tui stillantis sanguinis omnes
Ablueres animæ sordes, & lumine vivo
Vulnera siccares lachrymarum æterne tuarum,
Vulnera quæ mihi jam fixere in sub pectore ferra,
Eripe Me his invicte malis, & Tu mihi cœlum
Porrige (nemo potes) sidumq; tuere ministrum;
Da dextram misero, & Tecum me tolle per astra
Sedibus ut tandem placidis in morte quiescam.
At mœstæ matres crinem de more solutæ
Ingentem geminum tumulis ad sidera tollunt
Pectoribus, resonat magnis plangoribus æther.
Quis tibi nunc, mater, cernenti talia finis?
Quove dabas genitum? cum tu miserabile corpus
Prospiceres nati, madefactum sanguine tanto,
Pulchraque vulneribus fœdari membra pudendis?
Nympha decus mulierum, animo grauissima no-
Imo in corde dolet, oculos dejecta decoros (stro,
Multa gemis, largoque humectis flumine vultum
Pectora percutiens, & cœlum quassibus implés:
Qualis populeas mœrens Philomela sub umbra
Amissos queritur fœtus, quos durus arator
Observans nido implumes detraxit, at illa
Flet noctem, ramoque sedens miserabile carmen
Integrat, & mœstis late loca questibus implet.
Haud aliter virgo fatis contenta nati
Sera lachrymans, ang; hos crudeles nomine dicit
Qui nati insonnis certus fecerunt in vitam

Fecere & matris fœdarunt funere vultus. 1.
Hic aliud majus populo, multoque tremendum 2.
Objicitur, magis atq; improvida pectora turbat; 2.
Nam simulac *Christus* telluris operta subivit, 4.6.
Sub pedibus mugire solum, & juga cœpta moveri 6.
Sylvarum insolitis tremuerunt motibus urbes; 6.6.1
Et tremefacta solo tellus, avulsaque saxis 10.1.
Saxa ruunt, tremuit patuerunt viscera terræ. 2.8.
Vidisses animas imis exire sepulchris. E.8.
Vox quoque sub nostrum semel exaudita silentem G.1.
Proclamans lætho crudeli *Pana* peremptum; 5.4.
Quæ vox ut simul est liquidas emissa per auras, 4.6.
En subito horrendus gemitus ferit æthera; credas 2.1.
Vicinos resonasse lupis ululantibus agros G.1.
Apparentiarus sacri penetralia templi; 2.6.
Nam velum jam sponte sua discerpitur; illud 6.G.4
Arte laboratum, atque auro fuit intertextum. 1.8.
Pictus acu, filis & versicoloribus orbis 11.9.
Cernitur: hic animæ, terræq; & pontus, & ignis E.6.1.
Cælantur liquidique cadunt e nubibus imbres. 10.E.6
Hic sylvæ frondent, animalia montibus errant, 3.E.6.
Assurgunt turres, villarum culmina fumant; 4.E.1.
Saxosis inter decurrunt flumina valles. E.4.
Hæc inter tumidi late maris ibat imago 8.
Aures: sed fluctu spumabant cærula cano, 9.
Et circum argento clari delphines in orbem 8.
Æquora verrebant candis, æstumque secabant. 8.
His cœli super incumbens argenteus orbis 11.8.
Astra tenet, pluviasq; hyadas, geminosq; triones, 1.
Armatumque auro complectitur Orionα. 3.
Hic currit duodena inter Sol aureus astra; G.1.
Et soror obtusis per cœlum cornibus erat. 6.1.1.
Quinq; intertextæ Zonæ, quarum una coruſco 8.G.1.
Semper sole rubens, & torrida semper ab igne; G.1.

Quam

G.1. Quam circum extremæ dextra lævaq; trahuntur
G.1. Cærulea glacie concretæ, atque imbribus atris
G.1. Has inter, mediasque, duæ mortalibus ægris
1.G.1. A superum rectore datæ: & via secta per umbras
G.1. Obliquus qua se signorum verteret ordo,
7.6. Hoc velum festis solitum fit de more diebus
9.11. Suspendi, quod nunc mœrores abrumpitur: illis
7.1. Sollicitus monstris quidam Romanus (hic olim
9.10. Ducere ornatenos juvenes in bella solebat
11.8. Ære caput fulgens, horrensq; in vertice cassis
9.14. Sanguineis clypeoque insignis & ense corusco)
6. Admonet, & magna testatur voce per agmen:
4.5. Credo equidé, nec vana fides, genus esse Tonantis
1. Hunc quem tormentis & longa morte necatis,
1.11.12. Interea tortor dum frangit crura latronum,
4. Vt luctantem animam, nexosq; resolveret artus,
7. Romanus juvenis belloq; expertus & armis,
12.3. Vectus equo, validis ingentem viribus hastam
3.6. In latus, inque sacri cordis penetralia torsit
4.10. Crudelis latebrasq; animæ mucrone recludit
9. Transadigés costas, & candida pectora rumpens,
9.3.9. Ecce novum pulchro manat de corpore flumen
1.9. Sanguinis & laticum, largo tepefacta cruore
9.4. Terra madet, fixum stridet sub pectore vulnus,
4.2. Quid tibi vis miles? cur fœdas vulnere corpus
1.12.6 Exanimum? vita spoliato parcere fas est.
11. Nullum cum victis certamen & æthere cassis.
1. Romanos rerum dominos, gentemque togatam
6. Parcere subjectis, & debellare superbos,
6.1.14. Non misero insultare decet, non morte peracto
3.2. Immerita, nullas habet hæc victoria laudes.
7. Cervus erat formâ præstanti & cornibus ingés
7.4. Quem procul errantem rabidæ nigrantis averni
7.5. Commovere canes; jaculis cursuque fatigant

Vestitus: cursu arcetis hostia arcem 10.9.
Corpus in adversum telum [illegible] 8.4.
Perosa [illegible] 7.3.
Heu quot me cunctis Pisis vexasse [illegible] 7.1.
Pro se quisque hostes deprimunt tela [illegible] 5.1.
Aut; in me valida incurrant vi [illegible] 5.2.
Nonne vides ergo volucres hærere [illegible] 12.
Christe Deus, finem contorta [illegible] 9.
Fulminis ictu modo, quam nec [illegible] 9.
Nec triplici squamis lorica fidelis & auro 9.
Sustinere valet, stomachoq; infixa sub altum 9.
Pectus abit, reddis specus atri vulneris undam 9.
Spumantem, & fixo fervum in pulmone tepescit. 9.
Tu penitus teli latebras rimare, & voces 12.
Exicca, vulnusque lave, tum sparge salubres 12.
Ambrosiæ succos, & odoriferum panacem 12.
Sanguinis, hæc oleum stillis bene *sustinet* G.3.
Vulneribus nostris, hæc vana loquencia funde. 3.
Hic ille est cujus dorsum proscindere aratro 1.G.
Agricolæ audebant, longosq; infindere sulcos. 1.
Ille novo musto direptis cuira cothurnis G.
Tinxit, & hic solus calcavit vinitor uvas. 1.
Olim cærulens mundo superaffluit imber, 1.
Noctem hymenæq; serens, & lucrorrit unda te- 1.
Ipse gubernator puppi jam *Christus* ab alta (nebulis 1.
Colligere arma jubet, malú conscendit, & omne 1.
Prospectum late pelago petit, æra capeat 1.
Auribus, explorat ventos, & sidera servat, 1.
Atque cavet navis ne littora dira subiret, 1.
Neve inflicta vadis medio solvatur in undas. 10.
Tu cujus pelagi imperiú est, quem rector olympi 1.
Nimborum facit, tempestatumq; potentem, 1.
Aspice qui tanti cinxerunt æthera nimbi, 1.
Mutati quam retia ferantur, & reseret ab auro 1.

Con-

Consurgunt venti, atque in nubem cogitur aer;
Nec quo obniti contra, nec tendere tantum
Sufficimus, dum surgit hyems, & aquosus Orion,
Quassatæque rates, & non tractabile cœlum.
Heu Nauis tua nunc ventis & fluctibus acta
In saxa & rupes, & dorso pendet iniquo,
Accipiens inimicum imbrem, rimisque fatiscens.
Christicolæ miseri vestris maxima omnia vestri
Ornatus motos fluctus componite tribuni.
Aequatæ spiritus unæ, sitq; hora quieti.
Atque vtinam Nauem tot tempestatibus actam
Totque adeo ibcussos cæca caligine scopulos
Erantem pelago, nec denique fidere portus
Deferin optatos portus tranquillaque littora,
Ne subeat scopulos Syrtesque & saxa sonora,
Nec jam deficiat remis surgentibus undas,
Ipse ratem cursu subigas, velisque ministres,
Et tandem ventis impleta vela secundis
Tuto me servatum ex undis ad littora cœli
Dirige, da Patriæ portus optare quietos.
En accessu nunc porta patet, nunc ardua rupes
Fundit aquas virgæ Mosis percussa fatigna,
Nunc tandem pectus vestrum Pellæa securis
Vt populus implacata nequit res sanguine fluctus.
Ecce ferit, medium fidens tetra sanguine venit
Ipse tibi, ne sebis nobis avertere, infindo
Nunc demum potuere spes ita irrigatæ undis,
Ne Notus, abreptos insana lacerata per æquora
Torqueat, & nasci rapidis vetet cuspidibus
Dum ruit, & alacri gaudet victoria quisque,
En vident cuncti pro Christo mortis trophæa,
Et justus justis tribuit, & sanguine sanctis
Nostris tandem placidi cœlum pandite portas,
Dum nobis crudum per costas exigo latus
Pectoris

Postoria hic cratera dum ferro perforat, cecid
Egreditur subito mirando ex vulnere virgo,
Iam matura viro, iam plenis nubilis annis.
Aspice sublatum sublimi in stipite lychnum
Vt lustret mundum in tenebris & nocte iacentē.
Hæc illa est cælum contingens scala Iacobi
Cujus in excelso consistit vertice Iova,
Aligerumq; chorus iuvenum dilabitur astris
Hanc super, & rursus super hāc ascendit ad astra.
Hic ara est ingens nudoque sub æthere sacr
Ednsta, & vituli spumanti sanguine tincta.
Huc animæ nigra ceu tempestate columbæ
Conveniunt secum; hæc aram circumvolitant omnes.
Iræ divinæ stagnum dulcescit amarum
Hujus ri ligni jam frondet vimen Aronis,
Quamvis in sylvis ima de stirpe recisum
Mitre caret, posuitque comas & brachia ferro
Atque hæc tantū alias inter caput extulit arbos
Quantum lenta solent inter viburna Cupressi.
An qui nec ferro patriæ populare penates
Venerat, aut raptas ad litora vertere prædas,
Inter latrones pendet; quo justior alter
Non fuit in terris, Pietate insignis & ore;
Quem Pater, ipse suo Superā jam signat honore.
Olim inter dumos interq; horrentia lustra,
Pulsus ob invidiam patria testoq; paterno
Ismael, & Genetrix, ignari hominumq; locorumq;
Errabant nulli in tota regione viarum
Qui docerent quo sub cælo, quibus orbis in oris
Iactentur, nullus fons est qui gramina lymphis
Humectet, nulli; runnc de montibus amnes.
Sed sitiunt fibræ, terraq; ardore dehiscunt.
Tunc juvenis flagransq; fid, atq; exterritus æstu
Consedit ad regium subramis arboris altæ.

At Mater cælo palmas cum voce tetendit,
Effudítque genis lachrymas; mox Angelus ultrò
Apparens, liquidum clivoso in tramite fontem
Ostendit; murmur per levia saxa cientem.
Sic Patris antiqui, Paradiso pulsus Adamus,
In mundo, velut in sylva quæ sentibus horret,
Et densis tenebris ramorum, & rupibus altis;
Erravit fato profugus, multosque per annos
Nec reperire viam potuit quæ ducit ad astra;
Nec liquidos fontes, nec signa virentis olivæ
Sole sub ardenti, & cristi sub sidere cani.
Vt sibi tam rapidum sitiendi avertéret æstum;
Sed tandem Christus casum miseratus Adami,
Monstrat inexhaustum puteum de rupe fluentem;
Hunc audet miles sanctum recludere fontem
Vnde salus fluxit nobis morientibus una;
Qui simulac Christum fodientis cuspide, fecit
Impulit in latus, en undæ velut agmine facto,
Qua data porta, ruunt, & mundo flumine purgat,
Christe Deus, liquor ille sacer de pectore manans
Splendidior gemmis, electro purior ullo;
Iam vitreis latebris arentia temperet æstu
Cordis, & in mediis nec irriget æstibus ore;
Hic mentis serilem ne deferat humor arenam,
Ne signis nostris horrescat cardus aristis;
Lappæque, tribuliq; interque nitentia culta
Ne culmos lædat rubigo, aut aspera sylva,
Frumenta in viridi stipula dum lacta tumescunt,
Postquam exhalasset vitam Sunamitidis infans
Continuo miseræ Matris calor ossa reliquit;
Excussi manibus radii, revolutaq; pensa;
Evolat infelix, & fœmineo ululatu
Ascensu superat summi fastigia montis;
Vatem adit, & vatem precibus votisq; lacessit,

Vt gnatum superis cœli remeare ad aulas 7.6
Extemplo famulum rapidum præmisit ad arces 3.1
Hospitis, inque manum virgã deitatis eburnã 8.3
Ocyor & jaculo, & ventos superante sagitta 2. 19.0
Tum virgam superimpulsat (sic justit Hesperus) 4.4.
Exanimo puero, sed non ad limina vitæ 1.4.
Extinctum revocare valet; nil profuit illi 5.3
Virga, nec superasse thoro pestemve potestas ipsa 4.10
Longævus senex famulus de Mœnale revertens 6.3
Incubuit puero, fovitq; amplexibus artus, 4.12.0
Imponens manibusq; manus, atque brachia circa 8.
Effudítque preces, lenemq; in vota vocavit 5.
Ore legens si quis Puero super halitus extet 2.
Sæcelli tandem operatus cælestibus imis 2.6.
Atque novæ puero rediere in pristina vires 12.
Sic postquam Senecæ vitæ spoliasset Adonem, 6.
Exanimis jacuit per sæcula, donec Iesse 6.6
Pyrrhi filio fatalis, sed fraudi, venit Olympo, 1.8
Et super extinctum sese projecit amicum, 3.
Brachia protendens, nostris complexibus hærens, 3.2
Oscula dantis ille vultu libavit Adonis 2.
Extinctumque puer vitales cupere jussit 3.
Tum secum humanis subductus ad ardua gentis 2.6
Legis virga suæ nomine pervenit ab oreo 5.2
Nec qui tanti dici cecinerunt omina vates, 2.
Christe Deus, sed enim Divini Spiritus ora, 6.3
Ac ut ore ille tuus, velut ablita flamma medullis, 9.6.
Hanc animam ad cœli jugiferi lumen & auras 4.6.
Reddi à tenebris & funereis redire 9.
Ipse simulac Christus sese ut recreaverit, 4.
Infernas fixo sole domos lætis rubidus 6.
Pallentes umbras Erebi, Noctisque 4.6.4
Terruit ingenti nequicquam lumine 2.
Quæque ibi, vasti circum gens 6.4.

Ibat,

Ibat, & obliterum [illegible]
Et vanum de Deo [illegible]
Aligeri clamitat [illegible]
Vmbra, ereptæ [illegible]
Et cæcum vinctus [illegible]
Vana superstitio [illegible]
Quod potuit nostrès [illegible]
Thraciis frenis [illegible]
Quòd fratrem Pallas [illegible]
Quodque etiam Alcides [illegible]
Quæ stygium [illegible]
Ipsius à solito [illegible]
Quod Dominum [illegible]
Audax Pirithous [illegible]
Hæc sunt sapitis [illegible]
Nam solus [illegible]
Viribus, ideoque [illegible]
Perq; domos [illegible]
Congressus perit [illegible]
Tartara habent [illegible]
Concilia [illegible]
Illustres animos [illegible]
Rhœtus, liquidosq; [illegible]
Sed mihi res alta [illegible]
Pandere nec [illegible]
Quod Thesides [illegible]
Hic ingentis [illegible]
Ad Templum Phœbi [illegible]
Cumq; ingressus [illegible]
Dextr' in sinistrum [illegible]
Avulsum solvit [illegible]
Cũ sortis [illegible]
Inciditq; [illegible]
Et jam [illegible]

Extemplò aspicias allec, cippoq; Pilatus 11.8
Ipsum obsecrat hyemi, hæc regavit ab ipso 11.
Redderet ac tumulo sinerets succedere terra 11.
Exanimũ corpus Domini, sæxis, inquis, hinc insorti 11.
Pernarum tulit in vitã, nunc adhere cruci 11.
Parcojtegi tumo lacerum, pijsue sepulchro 10.
Dat tandem misero sedes post fata quietas 4.11
Da pacem exanimo & crudeli morte perempto. 11.
Quæ gens tam sæva est, quæ vel hunc tam barbara 11.
morem
Permitit patria, hospitio prohibere sepulchri 11.
Defunctos, gremioq; pijs requiescere matris? 11.
Dixerat, at Præsci non aspernanda precantem 11
Prosequitur venia; quicquid solamen humandi, 11.10
Quicquid honos tumuli exanimo largitur Iesu. 10.
At vultum ut vidit Christi frigentis & ora, 10.6.
Ora modis Arimathæa pallentia mixis, 10.
Ingemuit miserans graviter, lachrymasq; per ora 10.
Volvuntur: memorem subiit pietatis imago, 10.
Et mortis duræ casus, torquesq; opima sacta, 10.
Et vulnus vesicique fontis, memorandaque dicta: 5.6.4.
Nec minus exanimum flevit Nicodemus Iesum: 6. 11.
Cũ videt immeritæ neq; indignæ morte peremptũ 3.6
Nuncodulos, nuncille manus, nunc ora tuetur; 3.
Concrepocrinea, impexamq; pectore barbam: 2.10.
Atque inter costas videt altæ vulnus adactum. 9. 10
Tunc thura atque alias suaves miscebat odores 8, 11.1
Suspirans, corpusque lavat frigentis & unguit; 3.6
Pallida pronenibus decoravit membra supremis, 11.
Spargitur & cellus lachrymis, spargantur & ora. 11.
At Virgo mater corpus miserabile riati 11.11
Vt vidit, levique patens in pectore vulnus 11.
Cuspidis ausonijs lachrymis suspirat obortis: 11.
Torquet quoq; manu pectus percussit honestũ, 4
Procidens super, atq; hærens, atq; oscula figens: 11.1.

Nec vis pra ſtimulo voci: luxata dolore eſt:
Exanimumque ſuum natum complexa fovebat
Cum gemitu, atque utero ſiccabat veſte cruores:
Sanguine turpatos comptis de more capillos
Illachrymans, preſſitque oculos, & vulnera lavit:
Tum *Chriſti* matres ſublime in ſtramine ponunt:
Qualem virgineo demeſſum pollice florem:
Seu mollis violæ, ſeu languentis Hyacinthi,
Cui neq; fulgor adhuc, nec dum ſua forma receſſit:
Non jã mater alit tellus, virēſque miniſtrat: (ſit
Evellunt capiti ſpinas, atque oſcula figunt.
Vulneribus, prenſantque tenaci forcipe clavos:
Linea mox veſtis producitur, hac *Nicodemus*:
Cũ ſocio *Chriſti* involvunt, condunt q; ſepulchro.
Funera non video regali ſplendida luxu:
Funereæve faces, inſignia nulla, nec ullos
Lugentes currus: feralis ante cupreſſos
Non ſtatuunt, decorũq; ſuperfulgentibꝰ armis;
Nec ſpoila ornatis ſuſpendunt hoſtibus ulla;
Frænave, ferventeſve equos, enſeſq; decoros;
Signáque, nec clypeos, galeaſq; aut tela cruenta;
Nec bellator equus poſitis inſignibus ibat.
Illachrymans, guttiſq; humectans grandibus ora;
Nec cœlum clamorq; virum, clangorq; tubarum
Incendit: domino non tanta ſuperbia noſtro;
Qui mundi luxum ſprevit, faſtumq; potentum
Vivus, num luxum curat jam lumine caſſus?
Ioſephe croceis halabat floribus hortus:
Hic tumulum è vivo ſaxo ſub rupe cavata
Excidit, nullos cinxerat hoc conſidit ante
Oſſa, nulla ſinu: hic multo gemitu lachrymiſq;
Impoſitum feretro *Chriſtum* ſub nocte ferebant.
Heu quæ me tellus tandẽ quæ me æquore poſſis
Accipere, aut quid jã miſero mihi denig; reſtat,

Cui

Cui vitæ finis tanta non venit, vt mortis adeptus est, 2. 11.
Et tenuit septem solus pecus obuius Orco. 12. 10
Iam tandem, Sextius surge: quibus orbis in oris 1.
Tres pueri, nulli spectatiores quam ampliores nos. 2. 3.
En Sol iustitiæ nostrum cum pellicit astrum, 1. 1.
Dentes non nocuere, sit cruditas non incidat aura 2. 4.
Quæ mentes hominum fascis complexus alis; 3.
Me quoque cum cunis cum cælibe lecta marito 3.
Deserit, & rapti sub regia cubicula Iouis; 3. 6. 4.
Hic mecum primus qui me sibi junxit amores 4.
Abstulit, ille habeat secum seruetque sepulchro. 4.
Non ego te, fateor, quisquam me meminerat esse locuto, 19.
Si qua tibi vanos obscenis garrula verubus, (illis 10.
Qui deinceps tua nimirum, & nil jam cælestibus 19. 11
Debentem, exhaustum te cædibus, omnia egentem 11. 1
Condidimus, propriosque extendi membra sepulchro 10.
Sollicitet, quisquis hoc habitare sub umo est. 11.
Quia & barbaico valuisse quinque petitum, 11.
Perstitimusque locis exuli, cæpta anxia; 11. 6
O si quæ est cœlo pietas quæ talia curat, 1.
Persolvat gentes dignas, & præmia reddat 2.
Debita, qui Christi crudelia vulnera vellet 3. 4
Texisti, & cæsum mortis ignarus honoret. 6. 1.
Vos mihi, Christe, tuum scalpsi vivi lumine corpus. 13.
En mea culpa sacrum validos transfixit ebur ictus 12. 10.
Postus, & immanem per costas exigit hastam. 10.
Hoc quid agam, vel quæ sperandet mihi vita salutem? 4. 12.
Quo fugiam, quibus aut micant oculabo latebris? 3. 3.
Confixus quidquid sacti, scelerumque meorum? 11.
Quæ miseri ad pœnas quæ Christi cædis reposcent; 2. 2.
Vnde hos per (si qua est miseris venia) hostias? ero 10.
Crimen hoc potuisse tegi scelera omnia nostra 19. 3.
Mundemur nempe sanctis; tuque optime mitior; 11. 8.
Nec non magus. Pauca dixi, miserere, neque 9.

Hanc

Matribus

Mortibus hi *Christum* jam subiisse reputarunt. 2. 5. 1
Nostri (sunt) Dominus crudelibus occubat 4. 1
Ad se sollicitus cultrem mavitad aurat: (umbris 1. 7
Tartareum regem nodis astrinxit abenis. 6. 1. 6. 1
Illum omnes umbræ fugerent, atq; locima læthi G. 4
Tectura, cæruleosque implexæ crinibus angues, G. 4.
Eumenides, tenuitq; inhians tria *Cerberus* ora. G. 4.
Eripuit læthoso, ac vincula ferrea rupit 2.
Mortis, & inferni superavit pallida regna. 6. 8
Ite ergo & sociis hæc nuntia lætа referte. 11. 9
Illæ omnimo volitant, ac visa reportant. 9. 4. 11
Pater lætitia voces ad sidera jactat 2. 0. 5.
Etheras & ventis, & fulminis ocyor alis 5. 1
Lætus *Iohannes*, sequitur non passibus æquis 5. 2
Petrus, ut hic tumulum prior introgressus, inane 9. 1. 6.
Consperxit, calcemq; vetit jam calce sodalis; 6. 5. 10
Qui tumulum vacuum, revolutaq; linea vidit: 4. 9. 3.
Illi hinc digressi mœsti sociosque revisunt. 2. 8.
Hæc est illa dies lucis quæ maxima semper 8.
Dicetur nobis, & erit quæ maxima semper 8.
Quo specus & *Dite* detecta apparuit ingens, 1.
Regia, & umbrosæ penitus patuere cavernæ 8.
Qua *Christus* radiis divini dispulit ora 4. 5
Fumidiq; am noctem commixta igne tenebris. 8.
Qua solus veri supremus vir monstra, barathri, 6. 8
Tartareumq; manu captorem in vincla petivit. 6.
Qua *Iesum* e fœdis tenebris & carcere ventris 5. 6
Evomuit pilis, fulvaque reliquit arena. 8. 5
Qua pedibus novus exuvias, nudatusque juventa G. 5.
Eripuit prædam pedibus fœdi aliger uncis. 6. 5
Iam *Daniel* rabidæ morsu, rabida ora leonum. 2. 6
Vix ejus puerili flammam evasere camino, 9. 8.
Ac jam pacatæ flammas superavit ovantes 10.
Christe, sanguineis restinguens fontibus ignes. 2.

Nunc

Nunc Hebet vultu fulgens & veste decora,
Pro populo quem sævus Hamanus destinat ariſ,
Exorat pacem votis precibusq; maritum;
Frena quibus, non legatos neq; primos per atrum
Testamenta viri pepigit, sese ipsa suumq;
Obiecit caput, & supplex ad limina venit
Ingens quod nuper ruit alto à culmine templū,
Exurgens hodie, capui inter nubila condit.
Vt Phœnix posita quam suavis accendit odore
Arduus ad solem, motare incendia pennis
Dicitur, & sese flamma crepitante cremare;
Sed simulac cineres collapsi & flamma quievit,
Exoritur nova progenies ex morte parentis;
Quæ nati; cõcubitu indulget, nec corpora segnis
In *Vrnarum* solvit, nec fortum nixibus edit;
Sed genus immortale suo de pulvere gignit
Morte sua viveas, & vito funere nascens.
Sic *Christus* divinæ iræ quem flamma cremavit,
Exit odorata propria virtute favilla:
Vatis Heliseæi dum molliter ossa quiescunt
Collapsos inter cineres, (mirabile dictu)
Contactu ad vitam revocarunt æthere casſu
Quis cineremputet, animanes hoc posse sepultos?
Sed *Christus* simulac immitis dura tyranni
Fœdera perrupit, ripam irremeabilis ante
Gurgitis evasit multis cum millibus, illos
Æternam in cœlo justit producere vitam.
Iam *Dirit* spelunca patet, jam læta columba
Dat plausum pennis, liquidumq; per æthera lapſa
Effugit, atque altam supra volat ardua nubem.
Isac crudelis qui olim stetit hostia ad aras,
Quique humeris pingnem tædis & robore sectæ
Ferre pyram voluit, jugulo; haud inscius ensem
Accipere, & manibus patris occumbere morti;

Nuncius ho ſtipitem ariet in ſcrutib; humo 1.6.2.
Jubus innocuo fatalem ſanguine cruſtum. 6.2
Qui fuerat pridem venandum vulnere pe ſtus 1.12
Sanctus, & (miſerum) laniatus corpore toto 12.6.
Iam *Iudæ* movet arma leo, gandetq; comantes 1.12
Excutiens cervice toros, fixumq; latentem 12.
Impavidus frangit telum, & fremit ore cruento 12.2
Nunc Samſon portas hoſtæ concuſſit, & imis 8.
Avulſas ſolvit radicibus, inde repente 8.
Impulit, impulſu quo maximus intonat æther. 8.2
Ferratos vectes vultuſque à cardine poſtes 7.2.
Tollit, & aerei curſu petit arduа montis 8.
Haud ſecus *ſtygiæ* pallentis ferrea mœnia 8.62
Limina perrupit, poſteſq; à cardine vellit 8.
Has tulit portas læthi, & nigrantis averni 6.90
Centum æreæ claudunt vectes æternaq; ferri 7.
Robora, nec cuſtos abſiſtit limine Samſon 7.92
Veſtibulum inſomnis ſervans noctuſq; diuſq; 6.
Mœnia quin etiam triplici circundata muro, 8.
Quæ rapidus flammis ambit torrentibus ignis 6.
Tartareæ Phlegeton, torquentque ſonantia ſaxa 6.
Circundant portas ſolido de adamante columnæ 6.
Vis ut nulla virûm, non ipſi excindere ferro 6.
Cœlicolæ valeant, ſtant ferreæ turris ad auras. 6.
Sed ſimulac *ſtygius* deſtendit averna per alta 5.
Impulſæ ipſe manu portæ, nec claudere, nec ipſi 7.2
Cuſtodes ſufficere valent, ſed cardine verſo 2.7
Læthi ferratos perrupit numine poſtes. 7.
Ex illo celebratus honos, lætiq; moveri 8.
Servavere diem, quem nunc à nomine Solis 8.3
Iuſticiæ, ſolliq; diem, dominiq; vocamus. 2.3
Pergo *Christiadæ* canorem in munere laudum, 8
Cinge fronde comas, & pocula porgite dextris 8
Commanipuli, vocate Deum, & date vina volentes.

Et

Et tu qui sæui rupisti vincula lethi,
Atque triumphato domuisti monstra barathri;
Hunc lætum nobisq; diem, cunctisq; per orbem
Esse velis, nostrosque tuæ meminisse patronos.
Omnis lætitiæ dator adsis *Christe*, diemq;
Nobiscum *Abramido* hunc sacrum celebrare fauentes,
Christicolum & fratrum jam nunc allucescite mentis
Meq; expirantem *Christe*, atq; extrema gementē
Tolle tuum famulum, atq; instantibus eripe fatis
Ocyus, hancq; animam peccati è pulvere tolle,
Nascere, præque diem veniens age lucifer almū,
Et tandem socium consumpta nocte revise.
At trepidi vigiles recta ad sublimia tendunt
Tecta Sacerdotum, queis narrant ordine cuncta
Quæ circa tumulum acciderant: tum protinus illi
Invitant precio vigiles, & pignora ponunt;
Vt vulgent socios clam subduxisse cadaver
Nocte intempesta, premeret dum corpora festa
Prima quies, conditq; natantia lumina somnus.
Hinc totam subito volgatur fama per urbem.
Obstupuit varia confusus imagine rerum
Præses, & obtutu tacitus sletit; æstuat ingens
Imo in corde pudor, mistoq; insania luctu,
Et furiis agitata anima est sibi conscia culpæ.
Atq; Sacerdotes furiata mente feruntur
In Templum, populiq; secuunt rumoribus iras
In Christum falsa, verbisq; odia aspera jungunt.
Isque amens animi, & rumore accensus amaro,
Exitium *Christi* socijs mortemq; minatur.
O Gens infœlix non ac facta impia tangunt?
An *Christi* nondum satiatæ es sanguine? nondum
Tot morituræ tenebis crudelis funera membra?

Quid dominũ insontem lacerasti parce sepulto,	3.
Parce tuas scelerare manus; non hunc tibi Iuda	3.
Externũ tulit, haud eruor hic de palmite manat	3.
Quem vellis, sed de radice elabitur ipsa.	3. G. 1.
Christe Deus valida rapuisti ex hoste trophæum,	G. 3.
Toties triumphatas utroque ab littore gentes	G. 3.
Servitio premis, & victo dominaris abysso,	3.
Et Regem inferni verbo sub tartara mittis;	8.
Victisti gentes, & victas tendere palmas	12.
Videre *Abramide*; tamen implacabilis ardet	12. 5.
In Dominum nostrum gens dura atque aspera semper,	5.
Exercens odio stirpem & genus omne furorum	4
Christiadum, nec adhuc fatis infracta quiescit:	3. 5
Aspice qui coeant populi, quæ mœnia clausis	8.
Ferrum acuant portis in te, excidiumq; tuorum;	8
Eumenides diræ, *Phlegetonq;*, *Erebusq;*, *Chaosq;*,	6.
Conjurant, trepidoq; furit Bellona tumultu.	8.
Conantur *Satyræ* nec quicquam evertere regnum	2. 3
Immeritum, crebro pulsant nunc ariete muros;	12.
Stant tamen immoti, quippe hos nõ viribus ullis	2. 6
Vincere, nec duro poterunt convellere ferro,	6.
Sed spernunt pelagique minas, cæliq; ruinas:	6. 5
Non secus, ac rupes vastum quæ prodit in æquor	10.
Obvia ventorum furiis, expostaque ponto,	10.
Vim cunctam atque minas perfert cœliq; marisq;	10.
Ipsa immota manens: olim, si credere fas est,	10. 6.
Sic conjurati cœlum rescindere fratres	G. 1.
Aggressi, superisq; *Iovem* detrudere regnis.	6.
Sed pater extructos dejecit fulmine montes;	G. 1.
Sic *Christi* quicunq; audet se opponere regno,	11. 12
Hunc Pater omnipotens adigit vel fulmine ad umbras,	4.
Aut exspirantem transfixo pectore flammas	1.

Turbine

Turbine corripiet, scopulisque infliget acutis,
Aut ponto immersum spumosis obruet undis.
Et jam prima novo spargebat lumine terras
Tithoni croceum linquens Aurora cubile;
Cum juxta sacrum stat Magdalena sepulchrum
Tristior, & lachrymis oculos suffusa nitentes,
Quod vacuum sensit Christi sine corpore rupem;
Hanc cœli proceres quamvis lenire dolentem
Solando cupiunt, dictisque avertere curas:
Illa tamen lachrymas verba inter singula fundit;
Amissum quæritur Dominum, tumuloq; relicto
Incubat; illum absens absentem, auditq; videtq;
Nec verbis ullis (tanta est violentia amoris)
Flectitur, exsuperat magis, ægrescitq; medendo.
Haud aliter mea mens quærit tu Christe magister
Mane recens orto, & noctem ducentibus astris;
Et quoties medium bigis nox trajicit axem,
En lachrymas geminis oculorum fundimus unis,
Et quando medios accendit Cynthius æstus,
Quum sitiunt herbæ, & pecori jà gratior umbra
Abdita me recoquit flagrati in pectoris ima (est,
Qua calido latices undantis lumina fundunt,
Dū Dominū queror amissum, dū nescio quando
Te reperire queam, vel qua regione requiram.
Quin etiam quamvis crescentes duplicat umbras
Jam sol decedens, & frigidus aera vesper
Temperat, & saltus reficit jam roscida luna; (ri)
Me tamen urit amor; quis enim modus adsit amo
Inque domo cordis vacuus mens fiet mea sola.
Scis quoties voces ausus jactare per umbram,
Implevi clamore polum, mœstusq; magistrum
Nec quicquā ingeminans, iteramq; iteruq; vocavi
Scilicet ut cervus quem vipera dente momordit
Perfusus sanie, rapidoque exterritus æstu,

Ad fluuios defcendit aquas & flumina notæ, 7. E.1.
Vt lymphis tipoq; illum viridante levaret; 7.
Sic me arcuens nigri perfida (heu) lactæ veneni 4.
Ad te per lachrymas fugit, & per flumina præ- G.4.
Alloquere, & vultu longum solare laborē; ceps; & G.1
Et salientē sitim riyo restingue cruoris; E.5.
Christe tua morsus serpentis arte levato, 7.
Pellere qui morbos cantuq; manuq; solebas: 7.
Solstitium divinæ iræ defende tuarum E.7.
Obtenta alarum, atq; animā morientis inumbra. 11.
Dum vero hi juvenes ardentem, & mæsta tacentē 6.
Lenibant dictis animam, curasq; levabant 6.1
En subito *Christus* sese transformat in horti 7.G.4
Custodem, & *Mariam* jactantem pectore curas 2.4.1
Alloquitur: mulier lachrymas cur volvis inanes? 1.4
Vix ea fatus erat, gemitu cum talia reddit: 2.
Corpus ubi exanimi positū est miserabile *Christi*, 11.E.5
Dic quibus in terris, aut qua regione requiram? 2.1.2.
Ibo, & tentabo cervici imponere nostræ, 2.
Ipsa subibo humeris, nec me laboriſse gravabit. 2.
O mulier tunc hoc corpus sufferre valebis? 7.2.
Vix illud lecti bis sex fervice subirent, 12.
Qualia nunc hominum producit corpora tellus: 12.
Sed qua magna fides: vires animumq; ministra 11. 9.
Christe mihi ut valeam puro te pectore ferre. 6.2.4
Tum *Mariam* proprio compellat nomine *Christus*, 3.6.4.
Quæ simulac notam vocem ex audiſſet *Iesu*, 4. 1.1.
Accurrit, sacrosque pedes complexa tenebat, 3.E.4.
Quos *Maria* prohibet manibus contingere, donec 6.3
Ad patrē ascendat, matres ex urbe *Sionis* 1.3.
Lætantes adsunt, & sanctum corpus adorant. 1.2.
Et dum *Nicopolis Cleophas Amaury*, revisunt, 1.
Trifles, & patribus cultæ vestigia gemunt: 6.
Infert se socium, facium detectus honestam: 4. 10.

Qualis

Qualis gemma micat fulvum quæ dividit aurum,
Aut collo decus aut capiti vel quale per armum
Inclusum buxo, aut Oricia Terebintho
Lucet ebur; fusos cervix cui lactea crines
Accipit, & puro gradiabat lumine vultus.
Tum voce insecutit sensus, animosque labantes
Impulit, insolitum tunc offibus implicat ignem;
Nec non sollicitas expellens pectore curas
Vltro animos tollit dictis, atque increpat ultro.
Multa docet, varioque viam sermone levabat.
Sol ruit interea & montes umbrantur opaci.
Tum *Cleophæ* parvi subter fastigia tecti
Ingentem ducit *Christum*, stratisque locavit.
Dum victu revocant vires, agnoscere *Jesum*
Incipiunt, tantum egregio decus enitet ore.
Sed subito ex oculis fugit ceu fumus in auras.
Illi mox *Solymam* repetunt, cunctisque repente
Improvisi adsunt sociis, remque ordine pandunt:
Se *Christum* vidisse aiunt, sanctasque loquelas
Auribus hausisse, atque epulis simul accubuisse.
Vix hæc ediderant, cum protinus ipse magister,
Ianua dum clausis cunctantur in ædibus omnes,
Restitit in medio, clarque in luce refulsit;
Os humerosque Deo similis, namque ipse decorem
Cæsariem nato genitor, lumenque juventæ
Purpureum, & lætos oculis affflarat honores.
Pacem optat cunctis, mox nomine quemque salutat.
Hi vero ancipiti mentes formidine pressi
Turbantur subito, tenuere fine corpore vitam
Dum credunt volitare cavæ sub imagine formæ;
Hos *Christus* dubitare videns, dejecit amictum
Ex humeris sacrum, atque recentia vulnera monstrat;

Mox-

Monque fuum, toſti partem quoq; piſcis abedit; 4.48
Et ſimilem ex ſancto ſpiravit pectore flamen. 1.10.
Tu quem formidant inferni limina Regis; 3.6.
Quem pater è Stygijs everſit ad æthera Regnis; 6.6.
Cui vitam dedit æternã, cui mortis adempta eſt 12.
Conditio, ut poſſis tandem finire dolores; 22.
Inſpires mihi ſanctam animam, & cæleſtium a- 11.1.
mantem;
Siſque bonus ſælixque mihi, cum nocte ſuprema 2.2.12.
Mors luctantẽ animam nexoſq; reſolverit artus; 4.
Et mea cum gremio tellus complectitur oſſa; 5.
Collapſos cineres, atque oſſa onerata ſepulchro 6.9.
Collige, & hanc animam ſupera ad convexa re- 6.12.
Et cum te nobis, perfecto temporis orbe, (mitte.
Reddiderit cœli ſtellantis Regia; verbo 2.7.
Hos ipſos membrorum artus, ipſa oſſa, lacertoſq; 5.
Infernis revoca ex umbris ad limina vitæ; 7.5.
Inque meos artus rurſus fac velle reverti 5.6.
Ætherium ſenſum, atque auræi ſimplicis ignem. 6.
Iamq; remittendi commiſſa piacula mundi 2.6.
Annuit imperium ſociis, juſſique magiſter 1.1.
Vt labem eximerent omnem, & veſtigia fraudũ. 6.8.4.
Poſthæc ſe *Thomæ* dubitanti oſtendit, & alto 6.11
Infixum lateri vulnus, manumque, pedumque 4.7.
Luce cicatrices fulgentes monſtrat, & offert 6.4.14
Tangendas; tetigit *Thomas*, & corpus adorat; 11.5.11.
O fortunatum *Thomam* qui vulnera *Chriſti* 6.11.12.
Vidit, & ingentem lateris tractavit hiatum! 4.0.12.
Da *Chriſte* ut fidei manibus tuis vulnera tangam; 11.13
Vt corde aſpiciam paruſã hanc in corde feneſtrã, 6.2.
Fœlix, ô nimium fœlix, ſi credere tantum 4.6.
Poſſum quæ *Didymus* tetigit, vel lumine vidit. 3.4.
Chriſte Deus nondum clauſa eſt tibi pectoris aula; 3.42
Noctes atque dies patet almi janua cordis. 6.

Tu

Tu cœli portas reseras mortalibus ægris,
Voce voeans omnes alta intra limina, quæso
Accipito hanc animam tot mundi erroribus actã
Pectoris in sacros adytus, tutesque receptus;
Vt possit tecum placide requiescere in ævum.
Ne pigeat famulum gremio excepisse gementẽ,
Adque arcam cordis ne dedignare columbam
Ducere, & ad dulces venerando in pectore nidos
Et navim hanc serva jactatam gurgite vasto
Vt possit tuto cordis considere porta.
Interea *Petrus* sociique ad littora tendunt,
Conscendunt que æquor, fugiunt spumantibus undis;
Aspirant auræ in noctem, nec candida cursum
Luna negat, splendet tremulo sub lumine põtus.
Postquam altum tenuere rates, demittit in æquor
Lina *Petrus*; nulli apparent in gurgite pisces.
Noctẽ illam insomnẽ ducunt, frustraq; laborant.
Iamq; rubescebat radiis mare, & æthere ab alto
Aurora in roseis fulgebat lutea bigis.
Littore in extremo *Christus* consistit, & alta.
Voce vocat socios, rursusque sub æquora mergi
Lina jubet; magno socii parere parabant
Imperio, & dicto citius demisit in undas
Humida lina *Petrus*, vasti mox squamea ponti
Gens ruit, & tremulis secat æquora cõcita pinnis;
Spumea squamosa sub turba immurmurat unda,
Dum per aperta volat cadent vada marmore
Tunc pisces vento citius volucrive sagitta (verso;
Insiliunt, lætoque implerunt retia cœtu.
Agnovit vocem domini vultumq; *Iohannes*,
Ocyus advertit puppim, ripæque propinquat;
Accepitque manu, dextramq; amplexus inhæsit
At *Petrus* sese jactu dedit æquor in altum.

Quoqúe

Quæque dedit, spumantem undam sub pectore findit. 2.41
Tum læti socii prorasad littora torquent, 3.
Et pisces torrere parant, fusique per herbam 3.1.
Christus cum sociis dapibus epulantur inempis. 3.6.3
Nocte quidem *Petrum* labor exercebat, at omnis 6.
Incassum fusus labor est, sine numine *Christi*; 7.
Cujus quum primum data copia, sedibus imis 3.1.
Prosiliunt pisces, negetpræsentia *Christi*. 3.9.
Incumbunt Pelago, pariterque ad retia tendunt; 3.
Pectora quorum inter fluctus arrecta, jubæque 3.
Squamosæ exuperant undas, freta fervida spumant. 2.3.
Sic vates olim obscura sub nocte per umbras, 6.
Instantes operi gentes captare volebant 1.8.
Amramidæ lino, primus qui legibus urbes 6.
Fundavit *Judæ*; sed enim labor omnis inanis, 6.1.
Dum mundus longam errabat sine sidere noctē, 3.
Sub densis tenebris scelerum, atque horrentibus umbris: 3.1.
Sed simulac mundo noctis decesserat umbra, 1.8.
Et miseris lux alma data est mortalibus, omnes 1.10.
Gentes convenere, fluuntque ad Regia plenis 11.
Tecta viis, *Solymæque* replentur civibus arces. 11.11
Hinc atque hinc Reges glomerantur saliz ab ortu, 4.6.
Solis ab occasu furit asper, & improbus ira 6.3.62
Judæa populus simul implacabilis ardet, 12.
Quod mundo rubeat tenebris aurora fugatis; 3.
Quod *Christus* socios consumpta nocte revisat; 4.
Quod videant *Solymam* concursu accedere magno 1.
128 Hic non omnibus pro- bandus pro- cedit. Nec enim, quæ non quamdiu unita & inseparata duplicatur, idem Zonaria dicitur: nec Virginem ad Christi Matrem transferre. Quæ quoniam ad obstetricis significationem, illo tempore inde- biturus versantur. Qui hanc religionem Gallorum magi sunt dicti Druidæ. Matres atq; viros, pueros 128 Dryadasq; puellas 6.85

Sic

Sic primùm ut solis ortum albescere lucem,
Obscœnæ fugium volucres, fugit avia bubo;
Quæ solis in antris, aut culminibus desertis
Nocte sedens serâ canit importuna per umbras,
Quem fugis ah demens? dum *Christum* spernis amantem?
Quæ tandem *Solymæ* genetrix consistere certa
Invidia est? & nos fas cœli quærere Regna.
An frons læta parum, & dejecto lumina vultu,
Quod profugus frater rediit genitoris ad ædes
Post longum exilium, & per tot discrimina rerum,
In quanta natum genitor pietate minorem
Accepit redeuntem? collo dat brachia circum,
Amplexuque hærent, alteique affatur amore,
Effunditque genis lachrymas, atque oscula libat;
Ardentem ex humeris demisit murice vestem;
Includitque auro digitos, & crura cothurnis.
Tum jugulat vitulum, & lætis convivia cœnat;
Talis amor teneat te *Iuda*, imitare parentem,
Exque illo veram pietatem disce, fidemque
Christiadæ ergo fratres da jungere dextram
Da *Iuda*, teque amplexu ne subtrahe nostro.
Sermonem *Abramida* nostrum, ritusque sacrorum
Accipiant, moresque, & pacis fœdera firmen;
Sintque idem cœlum, *Solymæ* faciamus utrumque
Vnam animas, maneat nostros ea cura nepotes.
Christe graves *Iudæ* tandem miserere labores;
Saxea qui juvenis direxti tela, manusque
Corpus in Æthereæ fraudis cingentia terras
Tot maria intrarunt duce te, penitusque repostas
Indorum gentes, pretiosaque Syrtibus æra;
Hæc *Iudæa* tenus fuerat fortuna sequuta.
Quanto ex delubro, quot vidit per æquora vectis,

Qui

Qui casus miseros, quæ bella horrenda sequuta 11.
Ex quo vitali spoliarunt lace magistrum 1.12.
Europæ atq; Asiæ sciat orbis utrique; sciatque 5.
Littore qui Libyco degût; scit quicquid ubiq; est 11.11
Humanæ gentis magnum quæ spatia per orbem; 1.
Nunc eadem fortuna viros tot casibus actos 1.
Insequitur, quem das finem Rex magne laborũ? 1.
Parce pio generi, *Iude*, fas parcere genti, 1.6.
Consulisque animos & Res miserabere fractas. G.4.
Sit labor extremus, longarum & meta viarum 3.
Exitiis posituræ modum; fac fœderis æquas 7.11.
Accipiant leges nobiscum, & mœnia condant. 11.
Sit *Iudæa* potens *Christi* virtute propago. 11.
Fac culpâ agnoscant, veniamq; precentur ab ipso 11.
Quem contempserunt tot jam labentibus annis. 2.
Christiadesque omnes facias uno ore rogamus. 11.
Cum vero accipient dominum, agnoscentque li-
beatos 8.
Fac *Solymos* remeent, da (non indebita posco 11.6.
Regna tuo populo) patriis considere terris, 6.
Errantesque duces, agitataque corpora plebis. 6.11.
Tum *Christo* & patri solido de marmore templa 6.
Instituent, festosque dies de nomine *Christi* 6.
Te quoq; magna manent *Iude* penetralia regnis 6.
O dea quæ divum incedis regina, *Jovisque* 11.
Et nata, & genetrix, atque intemerata puella. 1.11.
Nunc *Iude* exemplo torum quæ sparsa per or-
bem 1.
Sævit inops animi, atque ignotis errat in oris, 4.
Quod pacis leges, oblataque fœdera sprevit, 11.
Discite *Christiade* inter vos componere bella
Heu cognata nimis; cogant in fœdera dextræ; 11.
Ne post hanc simili pœna commissa luatis. 1.
Heu quoties nostro fudantem sanguine terram 2.

Vidimus,

11. Vidimus, & campos ingentes ossibus albos?
12. O *Solyme*, ô divum domus aurea, & inclyta fama
10. Patria, jam pridem in cineres cecidisse (superos
2. Commerita es, si non cœli pia cura resistat.
12. Quò ruitis? quæve ista recens discordia surgit?
12. O cohibete iras, quando ictum est fœdus, & om-
12. Compositæ pacis leges in sanguine *Christi*. (nes
2. Proh pudor! ô miseros quæ tanta insania cives?
10. Quænam nos tanto fortuna indigna Latini
10.12. Implicuit bello? an cognato sanguine vestras
12.10. Commaculare manus nondum miserere que pi-
getque?
10. Nullius amor? nec vestra capit discordia fœta?
6. Barbarus interea nunc imminet undiq; vestris
9. Aggeribus; tantas strages impune per orbem
9. Ediderit? juvenum primos tot miserit orco?
9. Non infœlicis patriæ, veterumque parentum
12.7. Tangit honos animos? quem pia cura remordet
4. Verborum *Christi* quæ in morte novissima dixit,
Cum pacem nobis firmatam sanguine liquit;
7. Si qua piis animis hæret monientis *Iesu*
7.10. Gratia, ne bello fratres agitate quietas;
10. Nec *Solyme* fluxas retrò vertite fundo.
10. Arva aliena jugo premere, aequo avertere prædas,
12. Et nobis pugna Europam defendere raptam
6.12. Præstiteris, Turcamque armis incessere justis,
12. Qui toties vestros populavit barbarus agros,
12. Et sæpe invalidas ut oves nos territat armis,
12. Hunc contra vos unanimi densate cohortes.
10. Europamque Asiamq; acq; Africa littora rursus
12. Subjecta imperio *Christi*, convellite ferro
12. Hostilia acies, urbesque reposcite vestras.

CHRI-

CHRISTIADOS
LIBER. IX.

Argumentum.

Christus in terris ascensurus multa præcepta dat ad pacem, quibus breuiter, & Petro occlusis suæ curam credit. Deus Pater conuocato Angelorum concilio, de Christi filij in cœlos ascensione mysteria suam aperit, cui Angeli assentiuntur omnes, & Christo ascendenti triumphum præparant, Poetice sub forma magnifici Palatii describitur vestibulo clausa, dum vero Apostoli Christum ascendentem, oculorum acie contuentur, supernumq; introitum Angelis de ipsius redeuntis nuntijs describitur ultimum, postremum, & Christi redemtæ gloriâ circumsonat Apostoli Hierosolymam redeunt, ubi in superiore cœnaculo, dum omnes orationi incumbunt: S. Iacobus fratrem Ioannem inquirendi in eos desendit. Hic varia mysteria, & medicinales herbæ describuntur. Christiani ad pacem animum ipse exhortatur, & ad bellum Turcis inferendum.

IAm festigeras stirpis aduertere proram, G.4
Velaque, quo tulerint ex remo, sub fine laborũ G.4.
Deberi cœlo, fas ipsum ad sidera tolli 12.
Se variis signis dudum ostentarit, fatear. 24.
Ergo quater denis exactis solibus, ex quo 52.
Infernas sedes & pallida Regna reliquit, 8.
Ad genitorem omnia cuncta pijssimus ille 32
Instituit: liquidos penetrare per æthera cœpit. 4.
O si tranarent jam dudum mobila tecum 4.
Membra mea, quæ moli sua fixa est corporis hujus, 6.
Vt sine te nequiit superas prædere ad sidera 8.
Illam dum strenue inquirit, vincla tyranni, G.24.
Vt frustra tentet paribus se tollere pennis: 30.
Mole retardata, & circundata pondere tanto: 10.

Vt

Vt ligno nolueris trajecto in fune columba
Haeret, & adnitens frustra sese ilice vasta alis
Molitur; fugam, & pennis diverberat auras,
Lignea dum retinet moles, & vincula coercent;
Sed si quis nodos & vincula linea rumpat
Queis inest, pedem pendet; pernicibus alis
Ferturin arva volans, vasto sonat æthera plausu.
O si tu fluctu scelerum retinacula ferro
Fulminei verbi ferias, quo me quoque possim
Tollere humo, *Christumque* sequi per nubila cœli.
Exue me manicis, vinclisque tenacibus hujus
Carceris, & miserum patientem extrema tot annos,
Dirige per patriam nimborum ad limina divum.
Duc intra thalami pendentia jaspide tecta.
Haud mora festinat *Christus* jam rite peractis
Rebus divinis, noti juga cessa petivit
Montis oliveti, socii comitantur euntem.
Ite, ait, in totum terrarum protinus orbem,
Et memorem mea per gentes mandata referte;
Matres atque viros, parvosque ad flumina natos
Dirigite, & fluviis perfundite dulcibus omnes.
Nusquam abero, & cœli intos vos limine sistam;
Postquam per varios fortuna adversa labores
Jactabit, patrio dabitur consistere Regno.
In cœlum terramque mihi est æterna potestas
Concessa à summo rectore deumq; hominumq;
Sic vobis placida populos in pace regendos,
Justitiaque dedi gentes frænare superbas.
Tum *Petrum* alloquitur vero dilectus amore
Ansum *Petre* tibi? responsum ita réddidit heros
Postquam incensum animum Deus inflammavit amore?
O domine haud dubiis poteris cognoscere signis
Te mihi hoc magis charum, quem pectore toto
Accipio, agnoscoque libens, respondit ipse

Pectore sedato: Ede sua si tibi nostri 11.8.4
Nondum pulsus amor, pasce agnos, pasce bi- 9.10.2
dentes.
Quum tibi prima genas vestibat flore juventa, 8.
Colligere in nodum tenuem & vincire solebas; 11.1.
Et quocunque tibi libuisset contendere gressus. 11.3.
At cum frigebunt effœtæ in corpore vires, 5.
Temporibusque tuis canebit sparsa senectus, 5.
Te non sponte tua ferro & compagibus arctis 11.1.
Includet, vinctumq; trahent quo tendere nolles. 11.2.
Hæc memorans alacris palmas utrasq; tetendit 6.
In socios, dedit amplexus, lætusque precatur. 8.6.
Panditur interea domus omnipatentis Olympi. 10.
Concilioque vocat divum pater atque homi- 10.
num Rex
Sideream in sedem; terras unde arduus omnes 10.
Et mare veli-volum aspectat nubesque volantes. 10.
Conveniunt tectis bipatentibus; incipit ipse: 10.
Cœlicolæ magni, *Christus* mea maxima cura, 10.1.
Et mea progenies, vitæ immortalis honorem 7.12.
Jam meruit dudum, & cœli super astra locari.
Namq; volens morte subiit mea jussa sequutus; 4.
Nec dedignatus Ditis Regna invia vivis 4.6.
Aspicere, & tristem densa sub nocte per umbras 6.
Ire viam; idcirco nati expectata parenti 4.6.
Vicit iter durum pietas; nam nigra reclusit 6.1
Tartara, & invitum valida virtute Tyrannum 6.
Corripuit, spirisque ingentibus ipse ligavit. 2.
Quis prohibet natum per tanta pericula vectum, 5.6.
Atque triumphantem de cunctis hostibus, arcem
In Divum accipere, & solio stellante locare; 9.10.9.
Et lauro redimire comam, manibusque decures 6.
Addere? nam solus meruit qui sceptra teneret 5.1.
Orbis, & æternis populum frænaret habenis. 5.
Ad nemus umbriferum Paradisi, & mollia prata 6.6.3
Ignotum per iter, fuit olim erectus Enochus. 6.

Ignotus

Igneus in cœlum post funalia rapta Elias;
1. At Maria genitrix noster, quem spiritus alvo
Virginea eduxit, non cœli sidera scandet?
11. Ite ergo, & nostrum deducite pignus in aulam.
Hæc ubi dixisset, tremuit domus alta Tonantis,
12. 14. Et placidum ventis stetit æquor, & aura resedit;
21. Cœlicolæ assensere omnes, plausumque dedere.
6. Continuo auditæ voces, conceptus & ingens,
6. Sanctorumque animæ stantes in limine cœli
8. 6. Christum excepturæ, cytharis fidibusque canoris
Omnia mulcebant; intus domus aurea fulget
Lumine perpetuo, pendent laquearia gemmis,
Sub pede candet ebur, stant ordine mille columnæ
Ex puro argento, Chrystalli luce fenestræ
Fulgura per templum spargunt; adamante, pyropo
Jaspide, beryllo, Saphyro, & rubro hyacintho
Collucent muri, nec non viridante smaragdo,
Chrysolitho, ac amethysto; hic Sardonyche, atque
Topazio,
Chrysopraseque micant, & mille coloribus ardent.
Hic casus Satanæ & sociorum pingitur, hisque
6. 4. Consilia arcana, & decreta occulta Tonantis,
6. 4. Naturæque vias abstrusas, & miracula rerum
6. 2. Abdita cælantur, quorum cognoscere causas (tis
Non licet hic nobis mortalibus, his quoq; sculp-
Parietibus fulgent sanctorum nomina Regum,
Qui subamissuri sunt olim sceptra Sinis;
Nomina tunc nulli mortali cognita, nempe
15. Scintillam vitæ divinus anhelitus horum
Corporibus, nondum, aut cœlestem accenderet
ignem. (ita
Horum etiam in Solymæa pietas benefactaq; cun-
Cælantur, quæ nulla potest abolere vetustas.
Hic quoq; sunt vatum, & doctorum nomina sixa
6. 4. Atque Sacerdotum, tum quorum morte futura
Christus per totum terræ celebrabitur orbem.

His assignantur baccata frondis honore 1.1.
Ordine per muros, pedibus subiectantur ostrum;
Innumeræ pendent gemmata à fornice torques
Baccatæ, & duplicis gemmis auroque coronæ.
In medio ramos auratæque brachia pandit 6.
Aurea, viminibus, foliisque & stipite palma, 6.
Cujus bracteolæ crepitabant flamine venti. 6.
Hanc circum aligeri juvenes animæque volabant,
Auricomos *Christo* carpentes arbore fœtus. 6.
Nam quoties animæ Sanctorum è corpore missæ
In cœlum remeant, procerum pennata caterva
Decerpens palmæ ramos venientibus offert. 6.
Quin uno avulso simili mirabile dictu
Exit, & æterno frondescit virga metallo. 6.
Sic nunquâ hæc dives viduatur frondibus arbos,
Nec sitit, aut languet moriens, nec deficit annis.
Tunc animæ in vacuas sedes ab origine mundi 4.1.
Factas ducuntur, media inter millia fratrum 11.
Aligerum, & soliis jussi discumbere, vestem 1.
Accipiunt niveam, geminamq; in fronte coronam
Fornice demissam, colloque monilia gestant; 1.
Et *Christi* alterno resonant miracula cantu. 7.
At templum innumeris gradibus surgebat ad 1.
Eurum,
Cujus lux nobis non enarrabilis, orbem 8.
Phœbæum longe superat fulgore corusco. 6.4.
Hic pater omnipotens sedet, æternumq; sedebit 6.
Siderio in solio sepeus virtutibus; illi 10.
Justicia adstabat facie velata, manuque
Sustentans geminas æquato examine lances. 11.
Juxta subridens vultu pax alma sereno 1.
Consistit, niveis vittis redimita capillos; 6.
Arma premens pedibus, ramosq; extendit olivæ. 8.
Cui dextram pleno prætendit copia cornu. 8.
Libertas, & castus amor, pietasque fidesque,

Nuda

1. Nuda sinu, soluta, consumpsit gratia juventas;
Lætitia, & mansuetudo, sanctaq; voluptas,
Cæsariem effusæ nitidam per candida colla;
Lætus honor, formæ decor, & victoria læta;
G.b. Alma salus, secura quies, prudentia gestans
4. Tot vigiles oculos subter quot corpore plumas,
Cognitio, ingenium, ratio, sapientia, musæ,
Et Charites famulæque aliæ, nocteſque dieſque
6. Circumstant solio, divinaq; jussa capessunt.
G.4. Harum umbras tenues genitor simulachraq; tantum
11. Cœlo demittit miseris mortalibus; ipsæ
12. Nunquã destituunt soliũ, nec ab æthere summo
Descendunt; nisi cum descendit spiritus ipse
Patris, ut in *Christo* cum sedit imago columbæ.
Iamq; meant remeantq; gradus hinc inde per alatos
Alati juvenes *Iovis* præcepta sequentes;
Tot veluti nivei tranantes flumina cygni;
Vtque columbarum volitans argentea turba
Circum pendentes sublimi in pumice nidos.
1. Fronte sub adversa niveo de marmore fons est,
6. Propter odoratum lauri nemus; unda, recocto
G.3. Purior argento decurrit murmure leni;
12. Et lucum liquidis circum complectitur ulnis:
6. Hæ lachrymæ sunt Sanctorũ, si credere dignum,
6. Occultis fine soleviis super æthera tractæ.
Illic è puro salientes fonte, peterrant
6. Vmbriferũ nemus, & fœcundant flumine laurus;
Quarum perpetuas gestabunt vertice frondes
Qui fontem hunc scatebris lachrymarum tristibus augent.
5. Illic aligeri ripa in viridante sedentes
Pallentes inter violas ad flumina, lucos
7. Et cantu resonant, & serta recentia nectunt
Christo ascensuro, cunctisque sequentibus illum.
6. Sed non ante datur lucum hunc & tecta subire.

Aurea, quam sacra Baptismi & sanguinis unda .1
Abluerat fuerant Sanctorum in corpore tectæ. 9.
Tunc has ad lucum Deus evocat agmine magno. 6.
Hicque inter violas, interque rosaria, lauri
Fronde premunt crines aulæ stellantis alumni. 4.
Sic tandem optatam cœli admittuntur in aream.
Verum inter lucum templumq; extenditur ingens
Planicies, sine sole ferax, sine nube virescens;
In medio cujus vitæ est venerabile lignum, 12
Ingentes tendens ramos æternaque poma. G. 3.
Cujus sub patulæ recubantes tegmine, fructus
Cælestes carpunt animæ, vestesque ministri
Aligeri ex foliis byssо canentibus aptant.
Sic demum lauro fulgentia tempora cincti, 12.
Et tunicis tecti talaribus, aurea templa
Ascendunt magna Aligerum præeunte caterva.
At *Christus* sociis dum verba novissima dicit, 4.
Mortales visus medio sermone reliquit; 4.
Et circumfusus nebulæ fulgentis amictu 2.
Tollitur in cœlum, Angelicus concentus in arvis 5. G. 1
Auditur, sonitum late nemora alta remittunt. 12.
Aërei rutilo montes fulgore coruscant, 8. G. 4
Et tremulam jactant lucem sub nubila; cœlum 7.
Discedit medium; superum penetrale patescit. 9. 8.
Aurea stellantis præfulget Regia cœli. 7.
Dumq; domũ ascendit genitoris & arduа Regna, 6. 1. 1.
Candidus insuetum miratur limen Olympi, E. 5.
Sub pedibusque videt nubes, & sidera *Christus*. E. 5.
Ad lucum occurrunt omnes vatesque patresque 6.
Quos secum elysiis eduxit sedibus; illos
Præmisit, jussitq; menorent dum ipse ministros
In terra docet, & mandata novissima linquit. 12.
Sic tandem emensus lucum campumque patentem 3. 5.
Vertice fert laurum, niveamque in corpore vestem.

Exci-

5. Excipiunt plausu aligeri, templumque per altum
Ad Patris soio deducunt agmine dextram.
Ipse sedet triplicem gestans in fronte coronam;
Læva fert palmæ ramum, dextraque potenti
11. Sceptra tenet; maria ac terras cœlumq; profundum,
1.8. Et temperatæ vultu radiante serenans
6.10. Lumina stant flamma, vultus vomit aureus ignes.
6. Circumstant animæ dextra, lævaque canentes,
3. Et cœli innumeri proceres, laudesque Tonantis
8. Ingeminant, *Christumq;* canunt: ut monstra barathri.
8. Terruerit, veteremq; premens eliserit anguem;
4. Vt toties sanctam servaris ab hoste *Sionem*;
8. Vtque idem, *Babylon* verbo disjecerit urbem,
6. Fecerit ut cœlum ac terram, camposq; liquentes,
6. Lucentemq; globum lunæ 129 Titaniaque astra.
E.6. Tu fecisti almum mundo lucescere Solem:
E.6. Altius utque cadant summotis nubibus imbres;
E.6. Jussisti ut nullo surgant de semine sylvæ;
Vtque secent volucres auras & Nerea pisces,
E.6. Atque per ignotos errent animalia montes.
1. Tu regis æterno imperio Divosq; hominesque;
4. Tu cœlũ ac terras, atq; æquora numine torques.
11. Tu dignus quẽ tota cohors hominumq; deumq;
Laudibus æternis memorent, & carmine dicant.
8. Talia carminibus celebrabant facta Tonantis,
Dumq; canunt pulsi resonant laquearia templi
6. Dædalus haud hic est fingens *Minoia* Regna,
6. Præpetibus pennis ausus se credere cælo,
6. Insuetum per iter, gelidosq; enavit ad Arctos.
4. Nec vocat hic *Zephyros*, nec labitur æthere pennis,
4. Alatis volitans per turbida nubila plantis:
5.4. Mercurio similis, pedibus talaria nectens
4. Aurea, quæ sublimem alis, Give æquora supra,
4. Seu terram rapido pariter cum flamine portans.

129 Hic per astra titania alios intelligo planetas, de quo in superiori verso, sed minores stellas; & sic participialis est Virgilian. lib. 6. cum sit spiritus alma titania astra; id est, solem, sorores vero fratres stellas. Hi enim Soli astra & mensi tradi, ut Macrobius observat in Persio & Philosophia. Soli nomina omnium deorum convenient. Sol etiam spiritus & sermonem vocat. Sanct. in Virgilii Æneidem. Ut Homerus ait, & Virgilii interpres. Ut sole non lucente quasi non sint astra. Tropica sidera intelligens.

Hæc olim vani cecinerunt carmina vates. 5.6.
Sed virtute fides, non pennis dimovet auras. 9.9.
At sese *Christus* per inania nubila librans 6.4.
Radiiter liquidum, & supra volat arduus æ- 5.6.1
thram.
Deficit hei mihi mens immani pondere molis 12.5.
Corporeæ, ut nequeam cœlo succedere tecum 6.6.4
Christe Deus, celerique fuga sub sidera labi. 3.
Hei mihi, qui dominum sublimem in nube vo- 11.
lantem
Consequar? & summi superabo limina cœli, 11.2.
Terreni quem artus hebetant moribundaque 6.
membra?
Remigium alarum fidei mihi suffice quæso, 6.6.3
Vt valeam in cœlum revolare ex carcere cæco 6.2.11.
Corporis immundi; requies ubi nulla laborum 3.
Certa, sed assidue premimur compagibus arctis, 1.
Luctus ubi & tristes posuere cubilia curæ, 6.
Pallentesque habitant morbi, tristisque senectus, 6.
Et metus, & duri furit inclementia æthi. 6.6.3
Et quum supremo me lumine vita relinquet, 6.
Hanc animam tibi commendo; tuus funditus 2.6.
omnes
Eximè corporeas pestes, puramq; reconde 6.1.
Felices inter cœli stellantis alumnos. 7.11.
Da quamvis jam sit peccati vulnere tarda, 11.2.
Aëra per vacuum ferri, atque assurgere in auras, 6.3.
Sedibus optatis tecum ut super æthere fidat. 6.
At socii palmas nequidquam ad sidera tollunt; 5.
Ad cœlum tendunt ardentia lumina frustra; 2.
Namque duo Aligeri cœlo venere volantes 4.6.
Ipsa sub ora virûm, fundunt q, has ore loquelas; 6.3.
Quid statis tristes, oculosque sub astra teneris? 12.5.
Hunc quem vidistis cœli super astra volantem 9.2.6.
Aurea, cernetis reducem, niveisque sedentem 1.7.
Nubibus, & rutilo fulgentem lucis amictu; 8.2.

His

6.8 His dictis cœlum repetunt stridentibus alis,
8.4.8. Suspiciunt hoc ii exanimes, oculisque sequuntur
6. Quantũ acie Aligeros possint servare sequendo
10. Linquentes terras, & sidera voce petentes.
1.6. Aspice ut insignis spoliis nunc *Christus* opimis
6. Ingreditur, victorque Deus supereminet omnes.
8 Nunc totum penitus mundum sua sub juga mittit,
8.7. Et mare quod supra domitat, quodq; alluit infra.
1.5 Noster *Atrus* gemmis lucens, & veste decora
10. 7. Consedit tandem cœli in penetralibus altis,
8 Patri ubi pro nobis votum immortale sacravit,
11. Et superum Templum meritorum thure vaporat.
1.12. Hic ille est curru flammato vectus *Helias*
10.7 Sideream in sedem, cui flammea lora, jugales
10 7 Flammivomi, totus colluceat flammeus ipse,
2. Sed sine jactura; nam tactu innoxia molli
2. Lambit flamma comas, & circũ tempora serpit.
1. Dumq; rotis summos levibus perlabitur orbes,
5. Decidit ex humeris vestis quam tollit *Elisæus*.
1. Sic *Christus* postquam sociis commisit habenas
8. Nascentis regni, tum sacris rite peractis
5. Ecce notos atq; altè volans in nubila fugit.
7. 10: Pandite cœlicolæ portas bipatentis Olympi,
2. Vt meus hic Dominus jam luce coruscus & auro
3.10. Intret, & in solio patris considat *Deo*.
6. Vtque triumphato cœli ad capitolia mundo
4 Victor agat roseum super ardua nubila currum;
11.6. Hostibus occisis, spoliisque insignis opimis.

1 Jo. Deus ubique, sedes tamen ejus in orientalissimis ut in loco honorissimo, etiam

Christus qui orietur ab ortu dicitur, *Luca. 1.* Oriens nuncupatur, illius Christus nativitate illustrans. *Jo.* Oriens, pedes *Christi* significat. *Zach. 14.* Mons ex Oriente, ex Oriente, stillicidi ex Paradiso cœli fluenta, ad Orientalia tendunt, Orientem versus adire solebant. Vide *Just. Martyr.* ad Orthodoxos. *Basil. de Spiritu Sancto. Hieron. in Matth. Athanas. de Incarn. quæst. 30. Basil. de Spiritu Sanct. c. 27. &c.* Et qui interpretatur ad Orientem. *Psal. 18. 5.* Sunt subjecti cuncti ab Oriente, sic unit Deus omnes filii humilis. *Matth. 24. 27.*

Vtque

Vtque sedens nivea radiantis culmine cœli 8.
Vota recognoscat populorum, atqi arduus omnē 8.10.
Aspectet terram, & victas longo ordine gentes 10.2.
Quam varias linguis, habitu tam vestis & armis. 8.
At licet ætheria pater hunc accepit in aula, 1.3
Et procul ex visu mortali sustulit, inde 4.6
Inde tamen reditum speramus, gentibus orbis 11.4
Omnibus horribilem quæ non venerantur *Iesum*. 4.3
Illum præcedet flammis crepitantibus ignis 8.6 1.
Involvens trepidam picea caligine terram. 6.2.
Ad cœlum undabit vortex; Vulcanus habenis 12.5.
Sæviet immissis, & tristia lumina fundet: 5.6.2.
Non secus ac liquida si quando nocte cometæ 10.
Sanguinei lugubre rubent, aut *Sirius* ardor 3 10.
Ille sitim morbosque ferens mortalibus ægris 10.
Nascitur, & lævo contristat lumine cœlum. 10.
Præterea stellas illo advectante videbunt 6.1.
Præcipites cœlo labi, noctisque per umbras 6. 2.
Flammarum longos à tergo albescere tractus. 6. 2.
Sol decus astrorum tinget ferrugine vultum 3 9.6.1.
Lunaque Virgineum diffundet in ora ruborem. 6.1.
Cœlum discedens ut cera liquefiet ab igne 3 2.11.
Et tremefacta solo tellus dabit ampla ruinas. 10.2.
Tum gemitum ingentem Pelagi, pulsataque 3.
saxa
Accipient homines, fractaque ad littora voces; 3.
Terribilesque tubas mugire per æthera, nec non 9.8.
Arma inter nubes cœli in regione serena 8.
Per purum cernent rutilare, & pulsa tonare. 8.
Hæc signa ostendent cæcos instare tumultus 3.6.1.
Et scelera, & fraudes, & operta tumescere bella. 6.1.
Tunc homines diversa metu per littora passim 5.
Diffugient, sylvasque & sicubi concava furtim 5.
Saxa petunt, fraudisque suæ, lucisque pi- 5.9
gebit.
Tandem procedet *Christus*, quē mille sequentur 5.1

Hinc

1.8. Hinc atque hinc animæ per candida nubila cœli
9.2. Tum procerũ pennata cohors clangore tubarũ
6.11. Horrisono, totum implebit terroribus orbem;
8.3 Sed *Christi* adventus subitus mortalibus, atque
1.8. Improvisus erit; sic olim tempore *Iani*
G.1. Mutua dum lætis inter se convivia curant;
7.4 Et dum connubia, & pactos celebrant hymenæos
G. 1. Proluit insano contorquens vortice sylvas
G. 1. Fluviorum fons oceanus, camposque per omnes
G. 1. Cum stabulis armenta tulit, juvenesque senesq;
6. Obruit auster aqua, medioq; sub æquore mersit.
1.5 Haud aliter *Christus* cœlo delapsus ab alto
1.2. Opprimet incautos, sicut fur noctis in umbra
9. Convectare solet prædas, aut vivere rapto.
12. Aut veluti stridens alis allapsa sagitta
12.12 Pulsa manu valida, perque aera turbine adacta;
4. Aut veluti quando conitru cœlum omne remugit
3. Horrisono, ingeminant abruptis nubibus ignes,
9.5. Fulgur ad occasum subito transcurrit ab ortu.
12.3 O quam terribilis miseris mortalibus illa
12. Lux fuerit, totum quæ luctu funditus orbem
5.6 Concutiet? quantus feriet tunc æthera plangor
12. Cum Deus æqua solo fumantia culmina ponet?
1.2 Cum viderint mundi luxum considere in ignem?
10. Talis erit *Christi* è cœlo venientis imago,
6.E.1 Si nobis fas sit parvis componere magna?
12. Qualis ubi ad terras abrupto sidere nimbus
12. Et mare per medium (miseris heu præscia longe
12. Horrescunt corda agricolis: dabit ille ruinas
12. Arboribus, stragemque satis, ruet omnia late;
12 Ante volans sonitumque ferens ad littora venti)
4.5 Sed simulac *Christus* cœlo descendet ab alto,
3.9 Ecce apparebit fulgens in nubibus arcus,
4. Mille trahens varios adverso sole colores.

Hic

Hic velut in solio judex considet *Jesus* 7.16.
Arduus, aspectans maria undiq; & undique ter- 10.3
ras;
Qui dum flammatos oculos per singula volvit 2.8
Clamorem immensu tollet, quo pontus & omnis 3.
Vnda tremet, penitusq; imis exterrita tellus 5.
Sedibus, umbrarum reserabit pallida regna. 6.11.
Tum demu horrisono stridentes cardine mortis 6.
Pandentur portæ; tumulis ex ire jubebit 6.5
Examines *Christus*, superasque evadere ad auras. 11.6.
Tunc quibus invia fratres dum vita manebat, 6.
Pulsatusve parens, & fraus innixa clienti, 6.
Aut qui divitiis soli incubuere repertis, 6.
Nec parte posuere suis (quæ maxima turba est.) 6.
Quiq; ob adulterium cæsi, quiq; arma sequuti 6
Impia, nec veriti dominorum fallere dextras; 6.
Iudicis ad lævam stabunt, quos protinus omnes 9.4
Sorbebit perrupto ingens *Acheronte* vorago, 8.7.
Aeternasq; luent miseri per sæcula pœnas. 6.
Sævus anhelabit rapidis fornacibus ignis, 8.
Totaque Terrificis retonabit terra ruinis. 3
Faucibus ingentem fumum (mirabile dictu) 8.
Evomet, involvetque diem caligine cæca 8.
Prospectum eripiens oculis; glomerabit in antro 8.
Fumiferam noctem commixtis igne tenebris 8.
Turbine succinctus picea, & nigrante favilla 1.3
Rex stygius; miseros fontes qui plurimus undâ 6.8
Fumus agit, nebulaque ingens specus æstuat atra 8
Pertrahet in medios ignes; sævoq; flagello 2.6
Insultabit ovans, & longa morte necabit. 6.8
Sed mors immortalis erit, fœcundaq; pœnis, 6.
Nec dabitur requies tormenta ulla renatis. 6.8
Ille repugnantem, & diro clamore frementem 11.6.
Abripiet pedibus *Judam* furor improbus uncis: 12.1.
Vtque volans alte raptum quum fulva draco- 11.
nem

Fert

11. Fert aquila, implicitq; pedes, atque unguibus hæsit;
11. Saucius at serpens sinuosa volumina versat,
11. Arrectisque horret squamis, & sibilat ore
11. Arduus insurgens; illa haud minus urget adunco
11. Luctantem rostro, simul æthera verberat alis:
11.2. Haud aliter prædam Satanas portabit in orcum
6 Atque exercebit pœnis, veterumq; malorum
6 11 Supplicium exposcet justum * rex nocte creatus.
6 Hinc exaudiri fremitus, & sæva sonare
6. 7 Verbera, tum fletus, quæstus, iræq; animarum
7 Vincla recusantum, & longa sub nocte gementū.
6 Ni fata obstarent quam vellent æthere in alto
6. Turpem pauperiem, & duros perferre labores?
4. 3 Degeneres animi qui fas abrumpitis omne,
1 Qui genus humanum, & mortali temnitis arma,
6. Discite justitiam moniti, & non temnere numē,
1. Et sperate Deum memorem fandi atq; nefandi.
4.2. Dissimulare quidem speratis crimina vestra,
10.4. Sed latebras animæ ac hominum corda omnia
4. Iustrat
Omnipotens, oculisq; orbem pater aspicit æquis
9. 9 Nec spes ulla fugæ, nec vos celare tenebris
6.6.4. Illius à rapido vultus fulgore potestis.
2. 4 Num quid vos agitare fuga, aut abscondere furto
2. 9 Creditis hæc scelera, aut validas evadere *Christi*
9. 11. Speratis vos posse manus? vos ille prehensos
8.6 Corripiet, pedibusq; premet, sceptroq; refringet:
11. Quam facile accipiter saxo sacer ales ab alto,
11. Consequitur pennis sublimem in nube columbā,
11. Comprensamq; tenet, pedibusq; eviscerat uncis;
11. Tum cruor, & vulsæ labuntur ab æthere plumæ.
6. Propterea in seram commissa piacula mortem
6.8.3. Ne differte, fugit namq; irreparabile tempus,
8.10. Nec dabitur posthæc veniā implorare potestas
11.2. Nunc pacem prate, & dextras extendite cœlo

Supplici-

* Ex fide dicit nocte creatum, qua Iudæi in deicy. filii crucifixum vo- runt.

Supplicter tristes, & tunsi pectora palmis. 1.
Ad dextram stabunt qui ob *Christum* vulnera passi, 6.
Quique Sacerdotes casti dum vita manebat; 6.
Quique pii Vates, & *Christo* digna loquuti, 6.
Juventus aut qui vitam excoluere per artes, 6
Quique sui memores alios fecere merendo, 6.
Omnibus his nivea cingentur tempora 131 vitta. 6.
Atque ferent palmas precium victoribus omnes; 5.
Aeternumq; canent * Paæana, & carmina dicent. 6. 6
Hic genus antiquum, *Judæ* pulcherrima proles, 6.
Magnanimi heroes nati melioribus annis, 6.
Isaiusque, *Abramusq;*, & *Isac*, & sanctus *Iacob*, 6
Gentesq; innumeræ, populique sequentur *Iesum*, 6
Fulgentes jam luce nova, regemq; canentes, 7.7.
Dum summi ascensu superat fastigia cœli. 2.
At *Nymphas* inter pulcherrima virgo sorores 6.7.8.
Fulgebit stellas inter velut aurea *Phœbe*; 8.8.
Candida cæsaries olli, tum candida vestis, 8.8.
Aligerumq; choro procerum subvecta per auras 6.11
Cœli stellantem regina intrabit in arcem; 7.1
Hunc illi insignem Rex æthcris altus honorem 12.
131 *Iupiter* intacta pro virginitate sacrabit. 12.
Christe Deus quo non superat mihi charior alter, 12.
Esto mihi judex facilis, veterumq; malorum 2. 6
Supplicia, & labem tunc oblivisce quæso. 6.2.
Ulterius ne tende aliis; miserere meorum 12.
Errorum, lachrymasq; meas, gemitusq; memento. 4. 12.

* Pæan cum eo vitio scribitur apud Aristophanem Grammaticum.

131 *Iupiter* quod juvans Pater, seu potius Iova Pater, Iovem Iehovam, ut Abbadin ab Abael. Septuagintam Ashriel eandem significasse ignorarunt Deum, quem tres literæ nominarunt, cujus non pronunciatio scitur. Vt ex Arabo patebit. D. Paulus, nec minus, licet nobis hoc appellare Iovem quam Deum. Matt. 11. 25. Matt. 16. 20. Matt. 17. 5. quæ verba sunt Iehovæ. Ζεὺς πρῶτος γένετο, Ζεὺς ὕστατος ἀρχικέραυνος, &c. Vide Orphei Hymnum de Iove.

Exurgam

Extremam hanc oro veniam; miserere precantis,
Da pacem exanimo, & precanti morte perempto,
Eripe me letho, & cœlum sperare jubeto.
Sic te *Christe* canam miserantem incommoda nostra,
Carminibusque meis laudabo ingentia facta;
Carminibus quæis me non vincet *Thracius Orpheus*
Nullaq; Musa tuos æque celebrabit honores.
At socij mœsto defixi lumina vultu
Descendunt de Monte simul, variosque volutant
Eventus animo secum, *Solymamq;* revesti
Instituunt, donec cœlo delapsus ab alto
Spiritus in totum terrarum mitteret orbem,
Vt *Solymam* condant manifuram in sæcula cuncta,
Sicut discedens dederat promissa magister.
Dum vero clausis cunctantur in ædibus omnes
Orantes, memores promissi mitteris; ecce
Horrifico sonitu summis de nubibus adsunt
Flamina, quæ totâ compleruns turbine tectâ,
Quo tremefacta domus concusso culmine nutat.
Agnovere Deum proceres, divinaq; flabra
Vnanimes, missumq; polo sensere sonorem.
Præteres ignitæ sociorum in vertice linguæ
Apparent, & luce novâ domus alta refulget;
Agnoscunt ignem, & divi promissa magistri,
Quod nempe augurium sancti spiraminis esset;
Quo pleni variis ruipere silencia linguis;
Hisque novam *Solymam* longe lateq; per orbem
Dispersi ædificant, cœloque educere certant.
Nec mortale sonant, afflantur numine quando
Iam propiore Dei, sed sancta oracula vatum,
Et *Christi* laudes, & facta ingentia vulgant;
Ac torrentis aquæ, vel nubium instar, in orbem
Erumpunt rapido cursu, flygia agmina verbo
Sternunt, ingentem *Babylon* deflet ampla ruinam.

Sustentare nequit: Pluto nec tendere contra 11.5
Vim tantam, atq; animi cœlestis flamina tanta: 1.20
Quippe ferunt rapidi secula regna omnia mundi 1.
Præcipitesq; trahunt gentes, sternuntq; rebelles, 2.6
Et Satanæ imperium vertunt à sedibus imis: 1.1.
Haud secus ac magno discordes æthere venti 12.
Si gravidam late segetem ab radicibus imis G.2.
Sublimem expulsam eruerent; aut turbine nigro G.1.
Ferret hyems culmenq; levem, stipulasque volantes; G.1.
Aspice & extremis domitum cultoribus orbem, G.2.
Eoasque domos Arabum, pictosq; Gelonos. G. 2.
Talis erat peragrans terrarum spiritus orbem 4.
Jam bis sex lineas cœlesti ardentibus igne 12.4.
Qualis hyperboreis Aquilo cum densus ab oris G. 3.
Incubuit, Scythiæq; hyemes atq; arida differt G.3.
Nubila, tum segetes illæ, campiq; natantes G. 3.
Lenibus horrescunt flabris: summæq; sonorem G.3.
Dant sylvæ, longiq; gemunt ad littora fluctus G.3.
Ille volat, simul arva fuga, simul æquora verrens; G.3.
Sic nequibat jam vincla tenere, nec verbera sæva; G.3.
Non secus ac pulsi ruptisq; exire, atq; objecta retardat G.3.
Flumina, correptos unda torquentia amnes. G.3.
Vexit minor Strymonis trans Dindima, transque Gaxamitas G.3.
Alpinasque nives, & interni frigora Rheni; E.10
Nec tamen his teneras illæsa secat aspera plantas, E.10
Horum pars longe sicubi hostes ivit ad Assyros: E.12
Pars Scythiam, & rapidum Istros devenit Oaxen, E.12
Et penitus toto divisos orbe Britannos. E.11.
Aspice bis senos lustrali ex agmine cygnos, 1.
Quæ Strymonis sublimis ferunt ad sidera nomen: B.9.
Jam bis sex volucres magnum per inane columbæ, 11.B.6
Quæ rostris portant vinctos felicis olivæ 6.1.
Bellonæ portæ Janum reserantur, & arbis 5.22.
Apparet decor omnis, & ætna longa patescunt. 2.

E.1. Vix primum occubuit mundo sol aureus, ecce
E. 1. Mox miseris duodena micant mortalibus astra,
E. 1. Iamque satis largus cælo demittitur imber;
E. 2. Pullulat ab radice ima densissima silva.
E. 2. Ecce tellus jam dente recluditur unco.
E. 3. Bis sex agricolæ fractis invertere glebis
E. 1. Horrentem campum incipiunt, & taurus aratro
E. 1. Ingemere, & sulcis verbi splendescere vomer.
1. *Christe Deus* soli cui parent arva colono,
E. 1. Ne segnem patiare situ durescere campum
E. 1. Dilectæ *Sophiæ*, & validis proscinde juvencis;
E. 1. Et profer lætas segetes è semine verbi.
E. 2. Tu fructus mollito feros, cultoque frequenti,
E. 3. Sylvestris raros fundens labrusca racemos
E. 2. Exuat agrestemq; animum, totumq; per orbem
E. 2. Extendat ramos, & sese lætus ad auras
E. 2 Palmes agat laxis per purum immissus habenis.
E. 1 Nubibus abruptis descendit ut agmen aquarum
E. 4. Spiritus, & tristes perfundit nectare mentes.
E. 1. Iam dulcis musti proceres humore repleti
5. 3 Permundum variis cecinere oracula linguis.
O quanta exhilarat mentes dulcedine tale
E. 3. Vinum, quod largis distillat ab æthere guttis.
E. 2. Talia non cellis conduntur vina Falernis
E. 2: Tentatura pedes hominum, vincturaq; linguam.
E. 2. Sed nec *Amineæ* vites firmissima vina
E. 2. Nec quæ *Methymnæ* potat de palmite Lesbos
E. 2 Hinc musto certare valent, totidemq; per annos
6. Durare, & tantas de pectore mittere curas.
1. 4. Solis lætitiæ dator hic est ille *Lyæus*,
E. 8. *Orpheus* in sylvis, inter Delphinas *Arion*,
Et *Christi* socii nunc inter saxa ferasque
E. 8 Sacra canunt, quorum stupefactæ carmine lyncæ,
E. 8 Et mutata suos requierunt flumina cursus.
E. 6. Incipiunt rigidas motare cacumina quercus;

Ter sunamis valida descendere [illegible]
Hoc cratu commotus equis de fluctibus [illegible]
Obstupuere, gregem Proteo mirantur inesse.
Malosentem Tyrren, & agrestem voce [illegible]
Templum augustum, ingens bis sex [illegible] columnis
E vivo exsurgitur saxo; sidentis signa
Adstant vestibulo, media stat Janus in æde;
Aurati bis sex radii cui tempora cingunt,
Et cui dona ferunt humiles solemnia gentes.
Jam bis sex curru Domini successere sereno
Quadrupedes, & frena jugo concordia ferre.
Ipse agitat, manibusque undantes flectit habenas
Dumque axis volitat vivifervidus, omnia mundi
Regna cluentorum pedibus proculcat equorum.
Jam gravidas portant humeris ingentibus uvas
Exploratores bis sex, duodenaq; saxa
Jordani è sicco tollantur fluminis alveo;
Jam subeunt humeris sublatum fœderis arcam
Rite Sacerdotes, portantque per avia mundi
Bissenæ gemmæ fulgent in pectore summi
Pontificis, radiisque ardentibus omnia lustrant;
Jamque improviso vibrantur ab æthere crebra
Fulgura cum tonitru, gemit ingens regia cœli.
Arduæ terrarum trepidant, humusq; coruscat
Verbi discidium montes, atque æquora vertunt.
Ne Chaldæ navis tantis surgentibus undis
Deficeret, spoliata armis, excussa magistro
En bis sex nautæ jam nunquam obire magistri
Incipiunt, fluctusque atros aquilone secare.
Tot lecti procerent bis senis navibus Ibant
Subsicio Sylvæ, & campos fulis ære secabant.
Hic alas pandit velorum, hic antea curli
Astra remetitur, clarum tenet æther, & alter
Ferratasq;

Ferratasque fudes, & acutes cuspide contos
Expedit: ille foros ajax, laxatque rudentes:
Obliquatq; sinus in ventum, æquæ aera captant:
Incumbunt alii remis, atq; æquora verrunt:
Idē omnes simul ardor habet, ferit æthera clamor.
Nauticus, adductis spumant freta versa lacertis.
Infindunt pariter sulcos, totumq; dehiscit
Convulsum remis, rostrisque stridentibus æquor:
Non tam præcipites bijugo certamine campum
Corripuere, ruuntque effusi carcere currus;
Nec sic immissis aurigæ undantia lora
Concussere jugis, pronique in verbera pendent.
Fit magnus populi interea concursus ad undas;
Matres atque viri, nutri innuptæq; puellæ
Stabant orantes, primi transmittere cursum,
Tendebantque manus ripæ ulterioris amore,
Vt tandem admissi regna exoptata revisant.
Christe maris domitor, quassatam hanc respice navem
Quam nunc fluctus habet, versantq; in gurgite venti,
Nonne vides nullo fluitantem errare magistro?
Nonne gubernaculum cernis vi sæpe revulsum,
Cui datus hærebas custos, cursusque regebas?
Proh scelus! ecce etiam facibus succincta juventa
Implevitque foros flammis, pinumq; sacratam
Exussit fæde, belli furit ignea ardor,
Transtra per & remos, & pictas abiete puppes.
O quando indomitas ponent incendia vires?
Nilne preces heroum, infusave flumina prosunt,
Aut acti nostris oculorum nubibus imbres?
Nemo valet sacris ratibus depellere tædas
Ardentes belli? sed adhuc sub robore vivit
Stuppa, vomens tardum fumum, niger usq; carinâ
Ibat vapor, & toto descendit corpore pestis.
Omnipotens Genitor, si nondum exosus adhuc

Christiadis, si quid pietas antiqua laboret 5.
Respicit humanos, da flammam evadere classi, 5.
Nunc & *Christigenum* teneos res eripe lætho. 5.
Robora jam nostris lachrymis semusta madescat, 5.
Restinctus donec belli vapor omnis, & omnes 5.
Hostibus ambustis servatæ à peste carinæ. 5
Solve metus, atque hoc precibus fine posse minis-
trum, 10.
Ne cursu quassatæ ullo, neu turbine venti 10.
Vincantur, clavum teneas, & fidera serves 10.5.
Rursus, & ipse ratis rapidis sis rector in undis, 5.
Si quando scopulos Syrtenum advecta subibit 5.
Difficiles toties, multorumque ossibus albos, 5.
Currat iter tutum non secius æquore classis, 5.
Promissisq; tuis Pater almæ interrita tendat 5.
Omnes per casus, fluctuq; æstuq; secundo, 5.
Et tandem optatas patriæ referatur ad oras, 9
Tutaque quos opto portus accedat Olympi: 9
Christiade Dominum tota jam mente petamus 4.
Qui socios mundi extremas missurus in oras 6.2.12
Numinis afflavit ventis, et contigit igne; 2.
Occultam ut nobis flammam cœlestis amoris 2.
Inspiret, gelido concretas frigore mentes 1.12.
Accendat, sceleriumque cremet monumenta ne-
fanda, 4.5
Vt pacem æternam inter nos, & fœdera firmet. 4.12.
O Pater, ô hominum, divumque æterna potestas, 10.
(Namque alios quis siquem jam implorare que-
amus) 12.
Gens tua *Christiadum* cognato sanguine sese 12.
Polluit, & nunquam cessat consurgere in arma; 10.
Quam nec longa dies, pietas nec mitigat ulla, 5.
Nec *Christi* imperio fatisve infracta quiescit. 5.
Heu quantas inter se acies stragemque cierunt 6.
Indomiti; toto certatum est corpore regni. 11.
Barbarus interea muris nunc impiger hostis 10

Lan-

10. 11 Languentis *Solymæ*, quin cælum territus armis
10. Da *Solymæ* tandem, da pestem evadere belli
5. 12. Sancte parens, interque tuos certamina solle,
8. 11. Et jam tantorum quæso miserere malorum;
10. Postque maris, vastæque exhausta pericula terræ,
1. Aspera jam positis mitescant pectora telis
11. *Christiadum*, & pacem hanc æterno fædere firmes;
12. Quin nos sæva manu mittamus funera Turcis
4. 9. Ferte citi ferrum, & sceleratam excindite gentem
11. 11 Si solidi quid Martis inest; nec parva sequetur
11. 10 Gloria: non totidem nobis animæque manusq; ?
12. Vix hostem, alterni si congrediamur, habemus.
11. Nonne sciunt quoties stetimus tela aspera contra
11. 6. 4 Contulimusque; manus; quoties dare terga coegit
11. Et quot mille die victor sub tartara misit ?
9. Huniades? an non audistis mœnia multa
9. Turcarum fabricata manu confidere in ignes ?
10. Quid repetam eversas Naupacti in gurgite classes
2. 8. Barbaricas? nostrisque canam freta concita rostris,
8. Arvaque Neptuni Turcarum sanguine rubra ?
10. Et quid sulcantes referam maria alta carinas
6. 1. *Christiadum*, qui nunc qua Sol descendit in undas,
6. 1. 4. 10. Et qua Sol oritur, late loca marmore verso
8. 8. Pervolitant, Pelago credas innare revulsas
8. Cycladas, aut montes concurrere montibus altos.
11. 12. Non igitur desunt nobis vireſque animique.
11. Sunt & opes nobis, & adhuc intacta juventus;
7. Tandem ergo patriæ detrudite finibus hostem;
11. Arma parate animis, & spe præsumite bellum.
4. Exoriare aliquis nostratum ex ossibus ultor
4. Qui face barbaricos, ferroque sequare tyrannos
4. Nunc, olim, quocunq; dabunt se tempore vires;
4. Littora littoribus contraria, fluctibus undas
4. Impetet armis arma pugnent, ipsique nepotes.

Frequent a [illegible] 2.6
Excercet [illegible] 4.
Munera [illegible] 4.1
Otia [illegible] 1.6
Ne [illegible] 9.4.
Affato, [illegible] 6.6
Perrumpit [illegible] 6.1.
Ne pigeat [illegible] 6.1.
Incoquant [illegible] 8.1.8.
Et nos Hyberno [illegible] 4.
Dirige per tumidos [illegible] 3.5
Pacifera [illegible] 2.
Te duce, [illegible] 6.7.
Dumque [illegible] 3.
Quicquid [illegible] 3.5
Heu patriam [illegible] undis. 5.
Ne subito [illegible] 1.
In vada [illegible] 1.
Illidat [illegible] 6.1.10.
Quod superest, [illegible] 5.
Vel tibi, [illegible] 5

EPILOGVS.

HOrtego Virgilii modulabor arundine versus,
Buccina dum bello signandat rauca cruentū 12.
Cognatas inter gentes; dumq; omne tumultu 12.8.
Conjurat trepido Latium, furiisq; juventus 8.
Arma amens rapiens, nec sat rationis in armis. 2.
Cardine [illegible] 5.1.
Patris ad exemplū patris nunq; instarin ipso (ocul) 6.
Justicia fraudat, foro & compagibus arctis 1.1
Occiduo belli portas super arma triumphans, 1
Et super Oceanum [illegible] 2.
Fulgure sulphureo, & vomitu trepida unda re- 4.
[illegible]

Cujus

G.4. Cujus ſæpe fragor ſagnis audítur averníis.
5. Illi *Neptunus* domitor maris omnia jura,
1 Et Pelagi *imperium* ceſſit, ſævumque tridentem.
10. Amplius haud terret *Triton* freta cærula concha.
8-G.4. Mirantur *Nymphæ* quæ pontó,& flumina ſervát
5.8 Mirantur *Thetis* & *Melite*, fulgentia longé
8. Scuta virum pelago,tantaſq; innare carinas;
4.3 Præq; metu fugiunt,immani corpore priſtes,
5. Dum noſtra Oceani claſſis perlabitur undas,
5. Permiſſuq; patris *Neptuni* interrita fertur.
G.4. Illo *Roſeum* me tempore dulcis alebat
G.4: Anglia florentem ſtudiis ignobilis otî.
2.1.12. Pierides vos hunc *Chriſto* dicetis honorem,
Ec.10. *Chriſto* cujus amor tantum mihi creſcit in horas,
Ec.10. Quantum vere novo viridis ſe ſubjicit alnus:
1.9.l.6 *Chriſte* decus cœli,terrarum gloria *Chriſte*,
Ec.5 Formoſi pecoris cuſtos formoſior ipſe,
Ec.7 Ne te pœnitcat pecoris divine Magiſter;
E.5.16 Si s bonus,ô fœlixque tuis,ne ſubtrahe ſemper
6 Te noſtro aſpectu rurſus detur ora tueri
6 *Chriſte* tua,&c.

Imprimatur. GUIL. BRAY,

Iunc 14. 1637.

VIRGILII EVANGELISANTIS
CHRISTIADOS
Libri XIII.

In quibus omnia quæ de Domino nostro
I. Christo In vtroq; testamento, vel dicta
vel prædicta sunt, altisona divini Maronis
tuba suavissime decantantur.

Ad Plantē Alexandrū Rossæum Aberdonensē.

Alexander Ross

Arma virumq; Maro cecinit, nos acta Deumq;
Cedant arma viri, dum loquor acta Dei.

Hæc est Virgilij quam cernis buccina, nuper
Muta, sed ad flatum nunc animata meum.
Illius hæc laurus; jam nostra in fronte virescens
Quæ, nisi ROS fovet, marcida, laurus erit.
Quid sine voce tuba est? vel quid sine ROSE tenella?
Buccina vocē crepat, laurea ROSE viret.

VIRGILII EVANGELISANTIS CHRISTIADOS LIBRI XIII.

In quibus omnia quæ de Domino nostro IESU CHRISTO in utroque *Testamento*, vel dicta vel prædicta sunt, altisona Divina *Maronis* tuba suavissime decantantur.

Instante ALEXANDRO ROSÆO *Aberdonense.*

Arma virumque Maro *cecinit, vos alta* Deumque;
Cedant arma Viri, dum loquor acta Dei.

LONDINI,

Typis IOHANNIS LEGATE, sumptibus *Richardi Thrale*, in Cœmiterio *Paulino*, *Anno Domini*, 1638.

Ad illuſtriſſimum puerum CAROLUM Magnæ Britanniæ Principem.

CArole, ſpes Patriæ, Patris juſtiſſima cura
Et generate diù, & geniture Deûm.
Cui dextram Henrici magni, & caput optò Iacobi
Et pectus patrium religione ſacrum.
Vultus avum præfert, præfer quoque moribus illum;
Vtque refers patrem nomine, mente refer.
Et facito mox cum matura adoleverit ætas,
Vt firmes Solymæ mœnia quaſſa tuæ.
Mania quæ maleſana cohors, inimica quieti,
Tentat ſacrilega præcipitare manu.
Et Chriſtum venerare, ſuo qui ſanguine nobis
Hanc Patriam peperit, totque trophæa tulit,
Hoſtibus ejectis, & de Babylone triumphans;
Quæ tibi grandiloquo concinit ore Maro.
Hic vatum primus te principe dignus habetur,
Caſtalias bis fontes cum pietate bibes.
Hic ſimul Heroum laudes, & facta parentum,
Et quid ſit virtus intemerata leges.
Diſce puer virtutem ex his, verumque laborem,
Vt poſſis ſceptro ſubdere Regna tuo.
Quiſquis ſanctorum ſequitur veſtigia Patrum,
Hic merito Patriæ dicitur eſſe Pater.

C. T. V.
ſtudioſiſſimus.

ALEX: ROS.

Præfatio omnibus hoc carmen lecturis utilis.

HEM tibi, amice lector, opus anteluca-
num, à me horis Hyemalibus ma-
tutinis nondum ſtratis egreſſo de-
cantatum; aurora namque Muſis a-
mica, & reliquum diei annique tem-
pus aliis ſtudiis & negotiis impen-
dere ſoleo. Sub gallicinium Cynthius (cui gallus ſa-
cer eſt) aurem vellere & admonere ſolet, ut ſub id
tempus dominum meum, cum *Petro*; quem ille voce
tantum ter, ego vero vita & moribus ſæpius abnega-
vi, cantando flerem, & flendo canerem; hanc provin-
ciam detractare, mihi religio fuit, præſertim Muſarum
oſtiis apertis, & non invita Minerva; Eundem hono-
rem exhibere *Chriſto* volenti, quem homerus *Vlyſſi* &
Achilli, *Virgilius Aeneæ*: ad hoc opus concinnandum
linguam elegi latinam, dicendi genus poeticum, &
phraſin *Virgilianam*: linguam prætuli latinam, utpote
omnium ſuaviſſimam, tanto aliis linguis elegantia ſu-
periorem, quanto olim fuit urbs urbibus eminentior;
eſt etiam lingua communis maxime, & cujus bene-
ficio religionis, civilitatis, legum, morum, diſciplina-
rum, & artium participes ſumus; dicendi autem ge-
nus elegi poeticum; utpote oratorio præſtantius;
cujus enim finis ſola eſt utilitas, illius vero utilitas
voluptate conjuncta; & prodeſſe volunt, & delectare

poetæ, propterea omne tulit punctum: Deinde, orator quivis esse potest, Poeta autem nemo, nisi cui à natura speciali quodam privilegio cõcessum est; nascimur enim Poetæ, fimus oratores; tertio, efficacia in movendis affectibus longe oratorem superat Poeta: quis enim orator Poetam æquiparabit in describenda amoris, fortitudinis, doloris aliarumque aut virtutum aut passionum vi, nisi Poetæ partes agat, ut sæpe oratores factitare solent. Hinc Poesis à *Platone*, *Aristotele*, *Plutarcho*, aliisque viris sapientibus tantum laudata; hinc Imperatores, principes, Philosophi, Theologi, Poetices studium non solum in summo honore habuerunt, sed ipsi quoque in eodem egregiam operam navarunt; *Alexander* mortuum *Homerum*, vivo *Aristoteli* prætulit; pluris apud *Heronem Syracusanum* fuit Poeta *Pindarus*, quam *Plato* Philosophus; *Virgilio* carmina sua in theatro recitanti, universus populus Romanus perinde ac Imperatori assurrexit; ejusdem diem natalem quotannis celebravit *Augustus*; *Ovidio Getarum* gens barbara, splendidum sepulchrum extruxit; soli Poetæ digni habiti, sunt qui cum Imperatoribus lauro coronentur; *Plato* Poetas ἱερους & ὁσιους deorum vocat. (in *Jone*) Philosophia quæ in formandis moribus versatur, in Poetarum sententiis omnino radices egit (*Sextus Empiricus l. cont. Mathemat. c. 17.*) cum pater meus daret operam, ut in bonum virum evaderem, omnia Homeri carmina edisce re coegit, inquit *Xenophon* sub *Niceratis* persona (in *Sympofio*) Philosophari intendentibus non sunt Poemata defugienda, sed in Poematibus naviter Philosophandum (*Plutar. de audiend. Poet*) omnis ætas per Poeticam longe perfectius fingitur, quam per exempla Philosophorum: idem quoque ibidem ostendit, civitatum & legislatorum fuisse vetus institutum fabulas adhibere Poetarum, ad hominum mentes suaviter efficaciterque movendas. Res sacra Poeta est. neque canere prius potest, quam, Deo * *plenus*: hinc θεοφορητοι vates, Poetæ θεια

ν ποιητὴς, vocantur; est enim Poeta, quasi alter Deus, non solum formam ut natura facit, introducens, sed ipsam quoque materiam sibi creans. Sane Poetæ Philosophorum parentes sunt; & exemplis idem (sed efficacius) docentes, quod illi præceptis. Longum autem, ut inquit *Seneca*, iter per præcepta, breve & efficax per exempla. Si autem in hoc ἀμίκρω sæculo nobilissimum hoc studium pluris haberetur, minus esset rixarum, & infrugiferarum disputationum, quibus ecclesiæ Christianæ tranquillitas toties turbatur; Quod vero ad phrasin attinet, elegi *Virgilianam*, nihil enim illa purius, castius, ornatius; est enim Maro, non solum omnium Poetarum doctissimus, sed modestissimus quoque, & vere virgineus; in cujus divino opere non est ulla vox obscœna; in illo sententiæ, numeri, figuræ, simplicitas, candor, ornatus, incomparabilia, ut verbis utar * *Scaligeri*. Quantum sit in eo eruditionis reconditæ docti norunt commentatores; in eo, nec ethica, nec politica, nec œconomica, nec *Astronomica*, nec *Geographica*, nec Theologica desiderantur; ex eo gentium mores, terrarum, ac marium situs, bellorum stratagemata, militare robur, facundiæ vires, deorum sacra ediscitur est re vera *Virgilius* omnis eruditionis promptuarium; Spero autem opus hoc viris doctis & sapientibus non ingratũ fore; Sciolis autẽ & μωμόσοις non canit meus *Virgilius*; ut nec olim *Caligulæ*; scio enim esse quosdam adeo stupido & bruto ingenio, ut quibus divinum Poetices studium non magis sapiat quam Asinis lyra, aut Suibus amaracus. Sed hos ne in hominum quidem censu reponendos, cum * *Scaligero* puto: quidam forte stomachabuntur, quod prophani Poetæ verbis & phrasibus religionis nostræ mysteria describsarim; quibus respondeo verbis *D. Ambrosii*: cum in fide nihil quod vituperare possunt invenerint, aliquidin sermone reprehendunt; agnoscunt non solum sententias, sed etiam versiculos Poetarum scripturis insertos divinis

* *Plato in Ione.*

* *Poet. l. 5. c. 3.*

* In Proœm de re Poet.

unde gigantes, & vallem *Titanum* Prophetici sermonis series non refugit, & *Esaias Serenas*, &c. dixit: Hæc

* De fide l. 3. c. 1. * *Ambrosius*, *Hieronymus* quamvis alioqui Poetarum & Philosophorum nimis rigidus censor; concedit. Tamen, ut si quid in aliis utile reperimus, ad nostrum

* *Hieron.* in epist. ad Damas. de filio prodigo. dogma convertamus; si quid vero superfluum de idolis, hæc radamus, his calvitium inducamus, hæc in unguium morem ferro desecemus; ut Israelitæ jussi sunt tractare captivam mulierem. Non propter superstitionem prophanorum debemus musicam fugere, aut literas non discere, quia earum repertorem dicunt esse

* De doctrin. christ. l. 2. c. 18. *Mercurium*: inquit *D.* * *Augustinus*. Liceat ergo mihi cum Hebræis sacrum hoc tabernaculum immundorum animalium pellibus convestire; & cum primis *Christianis Christum* in idololatrico templo colere; illique ædem profanam consecrare; quamvis non video quare tam castum & utile *Virgilii* poema profanum dici debeat; imo illi potius profani sunt, qui licet *Christiani*, impudici amoris illecebras carminibus immodestis doceant; *Paulus* nihil suæ sanctimoniæ ad misit, quando vectus fuit in nave idololatrica *Castoris* & *Polluci*, nec *Christi* nomen profanatur, si in nave *Virgiliana* vehatur: sed quis audet dicere Maronem, de *Christo* nullam habuisse cognitionem, cum de eo tam aperte scribat in 4. *Egloga*, & in digressu de morte *Cæsaris*, in fine 1. *Geor.* nemo tam cœcus est, quin

* In l. 18. de civit. Dei c. 46. hæc de *Christo* esse dicta perspiciat, inquit L. * *Vives*. Sed cur non boni illi viri, qui omnium mortalium purissimi haberi volunt, & qui nisi quod ipsi faciunt nil rectum putant; cur inquam non succensent Apostolis, qui linguis profanarum Gentium *Christianam* Religionem, & Scripturas per Orbem propagarunt? Quod autem nomina Deorum Gentilium hic usurpamus; sciant nobis tam fas esse vocabula à profano usu, ad sacrum transferre, quam olim fuit Hebræis ex profana *Ægyptiorum* supellectile Tabernaculi

bernaculi vasa, & ornamenta conflare. *Porphyrium* male habuit, quod * *Origines* omnes Græcorum divitias ad locupletandam *Christianam* Doctrinam contulit. *Moyses* Disciplinas *Aegyptiorum*, *Daniel* Sapientiam *Chaldeorum*, & *D. Paulus* Poetas didicerunt, ut his Religionem locupletiorem redderent: quanto Auro, Argento, & veste suffarcinatus, exivit de *Aegypto Cyprianus*, *Lactantius*, *Victorinus*, *Optatus*, *Hilarius*, hoc prior *Moyses* fecerat eruditus omni Sapientia *Aegyptiorum*, inquit * *Augustinus*. Præterea illi nobis verborum sunt Authores, eodem *Augustino* teste. Non mirum *Iulianum Christianis* humanarum literarum studiis interdixisse, cum animadvertisset * *Ethnicos* propriis suis pennis à *Christianis* configi. Ergo mihi liceat *Virgiliani* carminis supellectilem pretiosam (quamvis profanam ex illorum Senatusconsulto) ad meliorem usum transferre, & Religionis nostræ gemmam Aureo illo annulo includere. Deinde, nomina hæc Deorum à nobis furto ablata sunt. Quis enim Poetarum, quis Sophistarum, qui non omnino de *Prophetarum* fonte potaverit? Teste * *Tertulliano*. Quis nescit nomen *Iovis*, à *Iehova* deductum; & *Adonis* ab *Adonai*, & *Iacchi* à *Iah*, & *Vulcani* à *Tubal-Cain*; & *Musæi* à *Moyse*, & *Iani*, quo *Noahum* intelligo, à *Iain* Vino; ergo liceat nobis quod nostrum est vindicare, & à possessoribus illis injustis eripere. Tertio; nomine *Iovis* non intelligebant Poetæ Idolum aliquod, sed verum & supremum Deum; ut ex *Virgilianis* Epithetis constat; est enim illi *Jupiter*: hominum rerumque repertor; divum Pater, atque hominum Rex, qui cœlum tempestate sque serenat; rerum cui summa potestas; qui fœdera fulmine sancit; qui nutu tremefacit Olympum; superi Regnator Olympi; Pater Omnipotens, qui res hominumque Deumque, Aeternis regit Imperiis; terrarum qui Sidera Mundi, rex

Aethe-

* *Euseb.* l. 6. hist. eccles. c. 13.

* De doctr. Christ. l. 2 c. 40.

* *Socrat.* l. 3. eccles. hist. c. 10.

* in *Apol.* adversus gent. c. 47.

Aetheris alti: Scio non defuturos *Momos*, qui hunc laborem noſtrum tanquam inutilem carpent & damnabunt; ſed non me latet facilius eſſe μωμήσασθαι, quam μωμᾶσθαι, reprehendere quam apprehendere; quis Mortalium ἄμωμητος eſt, & illi ridiculo Deo non obnoxius; ſed tales aut Scioli ſunt, aut Sycophantæ, aut Philautæ, qui vel ex ignorantia, vel malevolentia, vel nimia ſui opinione carpunt ea quæ ipſi vel non intelligunt, vel præſtare nequeunt. Certè à *Jude* Proditoris mente non ſunt alieni, qui me calumniabuntur, quod pretioſum hoc Vnguentum, cum *Magdalena*, in Dominum meum effuderim; an mihi non licebit ſertis laureis & floribus illius caput ornare, quod pro me ſpinis perforatum fuit? aut Templum Chartaceum, illi forte gratius Templo Marmoreo, extruere, & dedicare, qui pro me ſanctiſſimum corporis ſui Templum diſſolvit: *Chriſtum* canere & laudare, eſt opus beatorum cœlitum; eſt finis Creationis & Redemptionis noſtræ; ergo mihi ſit fas illius laudes hic pro modulo meo balbutire. Non eſt opus inutile juventutem *Chriſtianam*, à lectione impudicorum Carminum, ad ſacram Hiſtoriam, jam doctiſſimis expreſſam verſibus retrahere. Faſtidienti ſtomacho ſalubrem Scripturarum cibum, mihi liceat, ſapientis Medici inſtar, ſuavi condimento gratiorem reddere. Hic enim cum pura *Virgiliana* phraſi, veram pietatem, & Religionis noſtræ Myſteria à teneris annis imbibent; * *Plato* docet, Legum-latores Poetis uti, ut juvenum animi Carminibus deliniti legibus obſequantur, nec futurus eſt hic labor Theologis omnino ſterilis; præter enim Divinas Meditationes, ſacram Hiſtoriam, & Religionis noſtræ arcana, hic aptas ſimilitudines, phraſes, & figuras ſuaviſſimas, ad exornandas conciones invenient, omnibus ſane hoc opus futurum eſt, & utile & jucundum, niſi qui ſint, qui mallent generoſum Vinum

* Dialog. 2. de legib.

ex

ex vaſe fictili, quam ex aureo poculo bibere. Nulla autem eſt in hoc opere (exceptis paucis) linea in qua non invenies integrum *Virgilianum* Carmen, vel ſaltem Dimidium, aut phraſes illius; more autem poetico fictiones quaſdam, ſed pias, & Religioni conſonas immiſcui, ne verſifex tantum eſſe videar; quod autem Scriptura fixionibus delectetur, teſtantur tot parabolæ & Apologi per ſacram Paginam ſparſi; ubi autem ſuſpicabar ſcrupulum aliquem Lectorem malè habiturum, adjeci marginalem notam ſenſus mei interpretem; qui plures deſiderat, conſulat priorem editionem. Vale Lector, & his mecum fruere; tibique exopto tantam in legendo, quantam ego in fingendo voluptatem habui.

A. R.

Argumen-

Argumentum totius Operis.

IN hoc opere, in quo ſacros Scriptore civitate donavi, & *Virgilium* ex *Romano Chriſtianum*, & ex advena feci Proſelytam: ſub nomine *Sionis* & *Solymæ* deſcribitur Eccleſiæ *Chriſti* ſtatus, ab initio mundi, uſq; ad Domini in cœlos elevationem. Varie illam oppugnat, & perſequitur Rex Pluto ſeu Satan; qui nullum non movet lapidem, ut Regnum ſuum Eccleſia ſubverſa in terris ſtabiliat, ſed fruſtra; ſemper enim *Chriſtus* viros virtute & miraculis præſtantes præmiſit, qui *Solymam* à Satanæ malitia & conatibus tuerentur; tandem ipſe venit qui doctrina, virtute, miraculis, & morte, regnum *Babylonis* evertit; Eccleſiam ſtabilivit, de Plutone & malorum Spirituum conciliabulo triumphavit.

Admonitio ad Lectorem.

IN anguſtiore margine, *l.* ſignificat librum. *E.* Eclogam. *G.* Georgicorum librum. *AE.* Aeneadum, ubi vero figura ſolitaria ponitur, abſque adjectione alicujus literæ, ibi liber Aeneados ſignificatur.

Index

Index Rerum, non omnium, ſed præcipuarum, in hoc opere fuſius deſcriptarum.

Lib. Librum ſignificat. *ibid.* ibidem.

Abel.

ABelit ſacrificium & mort. lib. 1.

Abraham.

Abrahami hiſtoria l. 1.

Abſolon.

Abſolonis pulchritudo, ſeditio, mors. l. 4

Achab.

Achabi mors. l. 5.

Aegyptus.

Aegypti plagæ. l. 3.

Angelus.

Angelus Joſepho apparet. lib. 6. & l. 8. magis lib. 8. Angeli nativitatis Chriſti nuncii, lib. 8. poculum illi fabricant lib. 11. Angelus Chriſtum ſolatur. ibidem. Reſurrectionem nunciant. lib. 12. Miniſterium in Chriſti aſcenſione. lib. 13. Apoſtolos de Chriſti reditu monent lib. 13. Jacobo adſunt. lib. 2. Angeli luctæ. lib. 2.

Anglia.

Angliæ pictæ. l. 7.

Antigonus.

Antigoni Hiſtoria, l. 6

Antiochus.

Antiochi hiſtoria, l. 6.

Apoſtolus.

Apoſtolorum vocatio. lib. 8. à Chriſto docentur l. 9. Chriſtii putant eſſe ſpiritum. l. 10. Pedes lavantur. l. 10. à Chriſto ſolantur. ibid. in horto dormiunt. l. 11. iis apparet Chriſtus. l. 12. remittendi peccata authoritatem habet. ib. piſcantur ibid. S. Sanctũ accipiunt. l. 13. efficacia in prædicatione ibid. Apoſtolorum variitypi. ibid. duodecim nautæ. ibid.

Arca.

Arca Noachi. l. 1.

Ariſtobulus.

Ariſtobuli vita & mort. l. 6.

Aron.

Aronis veſtes. l. 3.

Aſſyrius.

Aſſyriorum bellum. l. 1.

B.

Babel.

BAbel turris. l. 1.

Baptiſta.

Baptiſtæ exultatio in ventre. l. 6. laudes. l. 8. obtruncatio. l. 9.

Bethlem.

Bethlemitici infantes. l. 8.

Betheſda.

Betheſda palus. l. 10.

C.

Cœlum.

Cœli descriptio poetica. l. 13.

Cain.

Caini homicidium. l. 1.

Caiphas.

Caiphas orat. l. 10. Christum adjurat, & vestes lacerat. l. 11.

Canaan.

Cananæa descriptio. l. 3. Cananitarum bella, ibid. Cananæa mulieris importunitas. l. 10.

Carolus.

Caroli regis pietas & laudes. l. 7. potentia. l. 13.

Christus.

Christi cum Abele collatio. l. 1. cum Abramo, ibidem, cum Noaho ibid. cum Arone. l. 3 cum Absolone. l. 4. cum Davide & Ionathan l. 4. cum Enotho. l. 1. cum Gedeone. l. 3. cum Moyse. ibid. cum Iacobo l. 2. cum scala Iacobi, ibid. cum Iepthe, l. 3. cum Iosepho, l. 2. cum Iobo, l. 2. cum Sampsone. l. 4. & l. 12 cum Salomone, l. 5. cum Iudith l. 5. cum Iuda Machabæo, l. 6. Christus super omnes deos Ethnicos, l. 6. optimus pastor ibidem, & lib. 7. Christi nativitatem prodigia antecedunt. l. 6. Angelus nunciat, ibidem. Christi nativitas, ibid. regnum. ibid. & l. 7. laudes, ibid. & lib. 8. de Christo vaticinia. l. 7. Christus arbor, l. 7. statua Nabuchadnezzar, ibid. Christi pulchritudo, ibid. adventus, ibid. sub eo, quanta pax & felicitas, ib. Christi epithalamium, ibid. circumciso, l. 8 in templo oblatio, ibid. fuga & reditus, ibid. Christus in templo disputat, ibid. matri respondet, ibid. baptisatur, et tentatur, ibid docet Apostolos, l. 9. aquam in vinum mutat, ib. Mercatores templo ejicit, ibid. morbos curat ibid. Christi cum Samaritana colloquium, ibid. præsentiam pisces sentiunt, ibid. & l. 12. mortuum juvenem suscitat, l. 9. dormit & procellam sedat, ibid. dæmoniacos sanat, ibid. & hæmorroissam, idid. natam Iairi excitat, ibid. Magdalenam sanat, & Reguli natum excitat, ibid. in patria sua periclitatur & se subducit, ib. in desertum secessit, ib. 10. infirmum, 38. amorum & Hydropicum sanat, ibid. cæcum, & surdum, ibid. à plebe lapidatur, ibid. Sacerdotum servos captat, ibid. transfiguratur, & dæmonium

à puero ejicit, illi piscis argentum suppeditat, ibidem. Lazarum suscitat, & in desertum Ephrem secedit ibid. à Maria ungitur, ibid. asina vectus de Hierosolyma queritur, ibid. sicui maledicit, ibid. orat & auditur, l. 10. Agnum cum discipulis edit, ibid. Apostolorum pedes lavat, tum solatur, & docet, ibid. cœnam instituit, ibid. in horto orat & sudat, l. 11. poculum mortiferum accipit & intuetur, ibid. quæ passus in horto, ib. à Juda proditur, & milites sternit, ibid Petrum objurgat, ibid. ad Caiphan ducitur, ibid. quæ passus in domo Caiphæ, ibid. se Dei filium fatetur, & damnatur, ibid. Christi colloquium cum Pilato, ibid. ad Herodem mittitur, flagellatur, & alia multa indigna patitur, ibidem. crucem baiulat, & excidium Hierosolymæ prædicit, ibid. mulieres flentes reprehendit, ibid. crucifigitur, ibid. inter duos latrones, quorum uni dat paradisum, l. 12. orat pro inimicis, & matrem Iohanni commendat, & animam patri, ibid. expirat, & latus lancea perforatur, ibid Christus magister navis ecclesiæ ibid. multis figuris adumbratur. l. 6. l. 12. Ismaeli seu humano generi fontem monstrat, l. 12 verus Eliseus, ibid. descendit ad inferos, ibid. Christi sepultura, & resurrectio, ib. typi, ibid. potentia in expugnando inferno, ibid. Magdalenæ apparet, tum duobus discipulis, tunc omnibus simul, ibid. Thomæ vulnera monstrat, ibid. cum discipulis comedit, ibid. ascensurus in cœlum instruit, & solatur apostolos, l. 13. ascendit, ibid. illius gloriæ descriptio, ibid. laudatur ab Angelis & sanctis, ibid. ascensionis typi, ib. illius ad judicium reditus describitur, ibidem.

D.

Dagon.

Dagonis idolatria, l. 4

David.

Davidis de Goliab victoria, l. 4. de aliis hostibus, ib. voluntas de templo ædificando, ibid. afflictiones, ibid.

Deluvium

Deluvii descriptio, l. 1.

Deus.

Deus pater poculum Christo mittit, l. 11. concilium Angelorum vocat, de glorificando filio, l. 13. Dei gloria. ib.

Diabolus.
Diaboli ejiciuntur, l. 9. Diabolus Christum tentat, l. 8. fugatur. ibid. Iobum vexat, l. 2. Diaboli in porcos intrant, l. 8.

E.

Ecclesia.
Ecclesiæ descriptio, l. 3. & l. 7. Ecclesia navis, l. 12. ecclesiæ amplitudo, ibid. pericula li. 13.

Eli.
Eli mors, l. 4

Elizabeth.
Elizabeth virginem salutat. l. 6

Enoch.
Enochi translatio l. 1.

Ezechias.
Ezechiæ historia. l. 5.

G.

Gabriel.
Gabriel nativitatem Christi nunciat, l. 6.

Gedeon.
Gedeonis victoria, l. 3.

Gehenna.
Gehenna quis locus. l 5.

Goliah.
Goliahæ historia, l. 4.

Hæmorroissa.
Hæmorroissa sanatur, l. 9.

Hebræus.
Hebræorum idolatria & murmurationes, l. 3. servitutes, ibid. Iudices, ibid.

Herodes.
Herodes turbatur, l. 8. consulit Magos, ibid. occidit pueros, ibid. Herodis bella 9. Herodes alter natalem diem celebrat, l. 9. Baptistam obtruncat, ibid.

I.

Iacobus.
Iacobi regis laus. l. 7

Iacob.
Iacobi historia, l. 2. scala & lucta, & luctus, ibid.

Iehosophat.
Iehosophati navigatio, l. 5

Iephte.
Iephte victoria, l. 3. sacrificium, ibid.

Impius
Impiorum supplicia, l. 13, admoncntur impii, ibid.

Ionathan.
Ionathani & Davidis amor. l. 4. Ionathani victoria & mors, ibid.

Iordanis.
Iordanis describitur, l. 3.

Iosias
Iosiæ pietas & mors, l. 5.

Ioseph.
Iosephi somnia, l. 2. venditio, et incarceratio, & honores, ibidem fratribus reconciliatio, ibid. Iosephi Arimathæi pietas, l. 12

Ioshuah,

Iesuah.
Iesuæ historia, lib. 3. victoria, ibid.
Iudæi.
Ad Iudeos exhortatio, ut ad Christum redeant, l. 6. Iudeorum reges, l. 5. reges & duces post captivitatem, l. 6. ipsorum reditus, ibid. Iudei Christi mortem requirunt, l. 11. eorum in Christum crudelitas, ibid. malitia, & invidia, ibid. comparantur fratri prodigi, ibid. pro Iudæis erat Virgilius, ibid.
Iudas.
Iudæ Machabæi victoria, l. 6. Iudas Iscariot strangulatur, l. 10. Christum prodit, l. 11. se suspendit, ibid.
Iudicium.
Iudicia divina, l. 1. Iudicii ultimi descriptio, l. 13
Iob.
Iobi historia, l. 2
Iaddus.
Iaddus pontifex, l. 6
Iudith.
Iudith historia, l. 5
L.
Lazarus.
Lazarus suscitatur, l. 10.
Leth.
Lethi captivitas & liberatio, l. 1
Latro.
Latrones crucifiguntur cum Christo, l. 12
Latronis boni confessio, ibid.
Lex.
Legis promulgatio, l. 3
M.
Magdalena.
Magdalenæ pœnitentia, l. 9. diligentia in quærendo Christo, l. 12
Magi.
Magi adorant Christum, l. 8
Manasses.
Manassis vita, l. 5
Mare.
Maris Rubri transitus, l. 3
Mathias.
Mathias vindex libertatis, l. 6
Meditatio.
Meditationes de arca Noæ, *l. 1. de scala* Iacobi, *l. 2. de lucta* Iacobi *ibid. de exidio Sodomæ, l. 1. de* Salomone, *l. 5. de* Ionathan & Davide *l. 4. de* Christi *officio pastorali l. 6. de Iudæorum conversione ibid. de* Christi *conceptione, nativitate, circumcisione, & oblatione, lib. 8. de* Herodis *crudelitate ibidem, de fuga* Christi *ibidem, de* Baptistæ *vita solitaria. ibid. de* Christi *paupertate, & Apostolorum vocatione. ibid. de eorum prædicatione. l. 9. de* Christi *Regno ibid. de tempestate ibid. de*

Magdalena ibid. de argento à pisce ſuppeditato. l. 10. de Chriſti lapidatione, & paſſionibus ejus, ibid. deque ejus exilio. ibi. de ſterilitate ficus. ibid. de Chriſti paſſione in horto. l. 11. de paſſionibus in domo Caiphæ. ib. de Petri abnegatione ibi. de galli cantu. ibid. de Chriſti flagellatione. ibid. de corona ſpinea, & veſte purpurea. ibid. de Virginis Mariæ fletu l. 11. de crucis bajulatione ib. de crucifixione ibid. de nudo capite & manuum extenſione, l. 12. de Solis eclypſi ibid. de Chriſti morte. l. 12. de lateris perforatione, ibid. de Chriſti officio nautico ibid. de liquore è corde fluente. l. 12. de Iſmaele, & Eliſæo, typis Chriſti ibid. de Chriſti ſepultura, de reſurrectione, ibid. de Judæorum malitia. l. 12. de Magdalena quærente Chriſtum, ibid. de corporum reſurrectione, ibid. de Thoma tangente Chriſtum. ibid. de aſcenſione Chriſti, l. 13. de redit ad judicium, ibid. de S. Sancti miſſione, l. 13. de prædicatione Apoſtolorum, ibid. de navis eccleſiæ periculis, ibid. de Aaronis veſtibus, l. 3.

Milites.

Militum mendacium, l. 2

Monſtra.

Monſtra ab Apoſtolis fugata quæ, l. 9.

Moyſes.

Moyſis Hiſtoria, l. 3. miracula, ibid. victoriæ, ibid. mors, ib.

N.

Natalis herodis, l. 9.

Nicodemus.

Nicodemi pietas, l. 12.

Noah.

Noahi hiſtoria, l. 1.

Neptunus.

Neptuni idolatria, l. 4.

O.

Oliveti mons, l. 5.

P.

Petrus.

Petrus Chriſtum orat, l. 9. ſuper mare ambulat, l. 10. è piſce argentum extrahit, l. 10. Malchi aurem amputat, l. 11. Chriſtum negat. l. 11. flet, ib. illi curatorium committitur, l. 13

Phariſæi.

Phariſæi Chriſto invident, l. 9. l. 10.

Pharo.

Pharonis ſomnia, l. 2. tyrannis, l. 3. ſubmerſio, ibid.

Philiſtim.

Philiſtim cadunter, l. 4

Pilatus.

Pilatus.
Pilatus Christum examinat, absolvere cupit, flagellat, l. 11. crucifigendum dat, ibid. Pilati uxor, & somnium, ibid
Piscis.
Piscium captura, l. 9. & l. 11
Poculum.
Poculi mortiferi descriptio, l. 11
Poeta.
Poetarum fabulæ, l. 6. l. 12
Ptolemæus.
Ptolemæi munificentia, l. 6
R.
Regina.
Reginæ Sabæ adventus, l. 5
Resurrectio.
Resurrectionis Christi typi, l. 12
Roma.
Romæ veteris idolatria, l. 6
Sacrilegium.
Sacrilegium hujus sæculi, l. 7
Salomon.
Salomonis templum, l. 4. opes, & magnificentia, ibid navigatio, ibid. congressus cum regina Saba, l. 5. regnum divisum, l. 5. successiones in regno Judæ, ibid
Samaritana.
Samaritanæ colloquium cum Christo, l. 9
Sampson.
Sampsonis historia, l. 4. victoria, & mors, ibid
Samuel.
Samuelis historia, l. 4
Sancti.
Sanctorum gloria, l. 13
Saul.
Sauli inauguratio, l. 4. invidia in Davidem, ibid. Magia & mors, ibid
Serpens.
Serpens diabolus, l. 3. serpentes igniti, l. 3
Sethidæ.
Sethidarum matrimonia, l. 1
Sheba.
Shebæ mors, l. 4.
Sichemitæ.
Sichemitarum historia, l. 2
Signa.
Signa prodigiosa Christi nativitatem comitantia, l. 6. & mortem, l. 12. mortem sequentia, ibid
Simeon & Simon.
Simeonis oratio, l. 8. Simon portat crucem, l. 11
Sodom.
Sodomæ consflagratio, l. 1. Sodomæ terræ & lacus descriptio, l. 1. Sodomitarum bellum, l. 1
Sp. Sanctus.
Sp. Sancti efficacia, l. 13
Sol.
Solis defectus, l. 12
Sumatra.

Samaria.
Samaria quid locus, l. 4
Sanctus.
Sanctitas infans, l. 12
T.
Tabernaculum.
Tabernaculi extructio, l. 3
Tempestas.
Tempestas sedata, l. 9.
Templum.
Templi descriptio, l. 4. templi velum scinditur, l. 12
Transfiguratio.
Transfiguratur Christus, l. 10
V.
Vaticinia.
Vaticinia de Christo, l. 7
Velum templi.
Veli templi descriptio, l. 12
Virgo.
Virginis beatæ genealogia, l. 6. exultatio ibid. modestia, l. 8. fuga, ibid. Virgo natum amissum quærit, l. 8. indigna passionem luget, l. 11. & l. 12. commendatur Iohanni, l. 12. natum defunctum luget, ibid. pietas circa defunctum, ibid.
Vxor.
Vxor Pilati somnium, l. 11
X.
Xristiani.
Xristiani ad pacem invitantur, l. 5. ad bellum Turcis inferendum, ibid & l. 12. & l. 13. sacrilegium detestabile, l. 7. Xristianorum bella mutua detestata, l. 8. Xristianorum martyria in pacato sculpta, l. 11. & victoriæ, ibid. bella intestina detestata, l. 13
Z.
Zenacherib.
Zenacherib exercitus, l. 5.

CHRISTIADOS

LIBER. I.

Argumentum.

Pluto animadvertens Solymæ fundamenta ab Abele jactata invidia stimulat Cainum Babylonis fundatorem, ut fratrem (quod illius sacrificium Deo acceptum fuit) interimeret, quo occiso, Deus alios excitat qui Solymam adificent, nempe Enoch, Enos, Kenan, Malaleel, Iared, Henocum qui ad Paradisum fuit raptus; Methusalem, Noachum cujus temporibus instigante Plutone Sethi posteri matrimonia contrahunt cum filiabus Caini; ex quibus procreantur Gygantes, quorum sceleribus provocatus Deus diluvium immisit, quo homines pecudesque perierunt, exceptis paucis in Arca servatis; cum autem Noachus ex columba intellexisset siccatam rursus terram, Arca egreditur, victimam offert; varia præcepta filiis dat, quos agriculturam docet; cum illa Deus fœdus pepigit; sed senex vino captus a filio Cham derideturjinterea Pluto, ut rursus Solymæ adificationem impediret omnes ad extructionem turris Babel hortatur; quos Deus iratus dispersit & loquelam confundit; Abramum ex Chaldæa ad extruendam Solymam evocat; illi Christus promittitur, & Canaan. Lothum captivum liberat; describitur terra, bellum, & excidium Sodomitarum, quæ de Abele, Noacho, Abramo, &c. dicuntur, Christo applicantur.

Aug 21
771

Æ.l.1. Ille ego qui quondam gracili modulatus avena
1.5. Carmen, & *Ægypto* egressus per inhospita saxa
6. Perque domos *Arabum* vacuas & inania regna
1. Deduxi *Abramidas*; at nunc [1] horrentia *Christi*
1. Acta, Deumque cano, cæli qui primus ab oris
Geo. 2. Virginis in lætæ gremium descendit & orbem
4.1. Terrarum invisit [2] profugus, *Emanuel*que; venit
1. Littora, multum Ille & terra jactatus & [3] alto
1. Ni [4] superum, sævi memorem [5] *Plutonis* ob iram

1. Horrentia & horrenda quæ Prophetæ Ecclesiæ pericula prædixerunt & cantando celebrarunt. *Æ.l.1.*

filii fuerunt vere horrenda. 2. Profugus fuit Iesus non coactus, pro nobis, non pro se. A Hebræa, locus enim apud eos mare vocatur. 4. per superos, principes, Sacerdotes, Scribas, &c. 5. Per *Plutonem* intellige Diabolum, κατ' ἐξοχὴν ὁ ἀρχὼν τοῦ κόσμου τούτου, divitiarum largitor videri vult, illa credidit à cultoribus suis: vel quia divitiæ à tanto viduntur, haud procul ab ipso [illegible]

6 Hinc urbs quam *Christus* condidit est sanctissima *Hierusalem*, utpote Basileia, quæ passim in hoc opere *Sion* & *Solyma* vocatur. Fecerunt civitatem duæ, amores duo, &c. *Aug. de Civit. Dei. l. 14. c. vlt. & l. 15. in exordio.*

7 *Romam* idolatricam evertit juxta vaticinia Ἐφήμερα δὲ μὴ μένει ἄλλη ἐφ' ἁλλοι, &c.

8 Licet *Deus* sit mens seu anima mundi, non est tamen animal mundus ut *Platonici* & *Stoici* volebant, est enim forma assistens, non informans quia non est pars & substantia imperfecta.

10 Vrbs hæc *Babylon* est qua *Satanæ* regnum intelligo. Diabolus rector istius civitatis quæ mystice *Babylon*, &c. *Aug. l. 2. cont. epist. Parmen.*

11 *Nimrodum* idem putatur qui *Belus*.

12. Per *Fortur* hic non intelligo vel ipsum Deum, vel inevitabilē necessitatē vel tria tempora præterita, præsentia, & futurum, vel parientes tempora, unde nona dicitur, *Fortuna* vel in *A. Gellii. l. 2. c. 16. Apul. de mundo, Theod. &c. ad Graios fabulas. c. 6. vel denique Poetis levis, fatua, & Prophetas intelligo. Fatidici enim nonnisi ex notitia rerum præteritarum præsentium, & futurum hominibus, qui nolli parent in demonstrandis Dei judiciis quæ sunt, i. e. ipsa & portio dæmonia-*

Multa quoq; in monte est passus dū cōderet urbē. 1.
Nam ligno incubuit, dixitque novissima verba, 4.
Et sacram effudit multo cum sanguine vitam, 2.
Atque ausus penetrare sinus nigrantis Averni, 1.4.
Sed tandem patrias victor remeavit ad oras? 2.
Evertitque 7 deos *Latii*, & genus omne *Latinum*, 1.
Albanosque patres atque altæ mœnia *Romæ*. 1.
Musa mihi causas memora, quo numine læso. 1.
Quidve dolens rex ipse Deūm tot volvere casus 1.
Insignem pietate *virum*, tot adire labores 1.
Impulit? an tantas cœli 9 mens ardet in iras? 1.12.
Certe in supremo divumque hominumque satore 1.
Nullæ iræ ignoscunt, nullus dolor ossibus ardet: 9.
Nulla erat in *Christo* facies scelerisve dolive; 68.
Verū omnis fraus nostra fuit, nihil Ille nec ausus 9.
Nec potuit patrare nefas; nunquam exidit ore 2.
Fraus ulla, aut ulli potuit succumbere culpæ; 4.
Vnius ob noxam & furias labentis *Adami* 1.4.
Hæc tulit, infidum nimium dilexit amicum. 2.9.
Vrbs 10 antiqua fuit clari cognominis, illam 1.8.
Fundavit *Nini* genitor 11 *Nimbrothus*, & alto 6.1.
Aggere murorum cinxit *Semiramis* uxor 10.
Nini, tum pontes & propugnacula junxit 9.
Bellatrix; non illa colo calathisve *Minerva* 6.
Fœmineas assueta manus, sed prælia virgo 7.
Dura pati, cursuque pedum prævertere ventos. 7.
Hæc urbs dives opum studiisque asperrima belli; 1.
Quam *Pluto* fertur terris magis omnibus, unam 1.
Posthabitis coluisse aliis; hic illius aræ, 1.
Hic cultus fuit, hoc regnum Dis gentibus esse 1.
(Si qua fata sinant) jam tum tenditque fovetque 1.
Progeniem sed enim *Judea* à sanguine duci 1.
Audierat, stygias olim quæ verteret arces: 1.
Hinc populum late regem, verboque potentem 1.
Venturum excidio inferni, sic voluere 12 parcæ 1.

vel in Ausonii Epigrammatis, vel denique Poetis levis, fatua, & fortuna hominibus, qui nolli parent in demonstrandis Dei judiciis quæ sunt, i. e. ipsa & portio dæmonia-

1.5 Id metuens veterũ bellorũ haud immemor, olim
1. Quod contra *Æacidas* pro charis gessit amicis;
1. Nec dum etiam causæ irarum sævique dolores
1. Exciderant animo; manet alta mente repostum
1.8 Iudicium regis Superum de semine latum.
2.1 Fœmineo, quod nempe caput contunderet anguis
6.2.1.67 Subjiceretq; malum pedibus furiale 13 draconis.
1. His super accensus jactatos æquore toto
3.8 *Christum* cum sociis, terræque extrema sequentes
1. Arcebat longe *Solymis*, multosque per annos
11 1. Per varias cædes per tot discrimina rerum
2. Sanguine placantes hostes, animisque litantes,
1. Errabant acti terram & maria omnia circum;
1. Tantæ molis erat *Solymam* condere gentem!
G.2. Iamque ades, inceptumque una decurre laborẽ
G.2. O decus, O famæ, merito pars maxima nostræ
G.2. *Christe* Deus; pelagoque volans da vela petenti;
G.1. Da facilem cursum, atque audacibus annue cœptis
Ec.8. Vt tua jam totum liceat mihi ferre per orbem
Ec.8. Sola *Sophoclæo* miracula digna 14 cothurno.
G.2. Non ego cuncta meis amplecti versibus opto
G.2. Non, mihi si linguæ centum sint, oraque centum
6.1. Ferrea vox; sed summa sequar fastigia rerum;
G.4. Et prima expediam repetens ab origine mundi
2.6. Insidias Satanæ, fraudes atque horrida bella
3.1. In *Christum* & *Christi* famulos; quos ipse priusquam
2.1. Descendit cœlo, terræ præmisit in orbem
4. Optatas fundare arces, & tecta *Sion's*,
7.1. Molirique arcem, & manibus subvoluere saxa:
2.6. Quos omnes ferro insequitur vel fraude fatigat
4. Propterea pendent opera interrupta, minæque
4. Murorum ingentes, æquataque machina cælo.
4. Nec possunt cæptæ turres assurgere, donec
6.8. Ipse expectatus *Solymæ* conditor arcis
6.9. Venit, & invicta fabricavit mœnia dextra:
6.1.6. Quæ neque vis humana potest, nec janua ditis

13 Diabolus draco & serpens vocatur; hac forma apparuit Evæ, sub hac forma cultus apud Gentes. *Aesculapio, Mercurio, Minervæ* consecratur serpens, hasta *Mercurii* & *Minervæ* cum serpente. Hac forma cultus in locis sacris positi, inter sidera relatus & quibus non honoribus cultus fuit Dæmon sub forma & nomine serpentis, hinc ali gentium serpentinis pedibus picti.

14 Cothurnus hic tragicum non pro Tragœdorum calceo, aut vestitorio; quorum ille procerus erat & subcrassus. hic planus & humilis nec pro Tragœdiis sed pro sublimi dicendi genere.

Vincere nec duro poterunt convellere ferro. 4.4.
Vix è conspectu patriæ fælicis in 15 altum
Vela dabant mæsti, & spumas salis ære ruebant 1.
Patres primævi, invidia fallacis averni 1.
Expulsi patria, & jactati gurgite vasto 7.3
Incerti quo fata ferunt, ubi sistere detur; 8.1.
Cum *pluto* æternum servans sub pectore vulnus, 3.
Excitat *Æolias* malefida mente procellas; 1.
Disjecitque rates, evertitque æquora ventis. 5.10
Scilicet ut justum ponto submergat *Abelem*, 1.
Quem putat esse ducem *Solymæ* qui mœnia condat 6.1.
Promissæ, atq; alto *Babylonem* à culmine sternat. 6.13.
Ille ergo ingentes imis à sedibus undas 2.2.
Irarum volvens, in *Sytes* urget *Abelem*, 1.1
Illiditque vadis & funere mergit acerbo, 12.1.
Quo regnum *Solymæ* stygias averteret arces. 1.6
Exercebat humum tauris, & pura *Cainus* 4.
Semina credebat sulcis; sed pastor *Abelus* G.1.
Lanigeras agitabat oves hirtasque capellas. G.1.G.3.
Hi positis aris dum vota ex ordine soluunt; G.3.
Frugum primitias, & liba ferebat ad aras 3.
Major; at hic pingues pecudes & rite sacratas G.1.G.3.
In flammam jugulans gratos mactabat honores. 4.12.
Ecce autem cœlo ceciderunt crebra sereno 12.2.
Fulgura, corripuit tremulis altaria flammis G.1.
Ignis ab ætherio cœli demissus *Olympo*, Ec.8.
Qui molli tactu sacrum lambebat *Abelis*. 6.
Augurium agnovit juvenis, d upliceſque repente 2.8
Sustulit ad cœlum palmas, & numen adorat. 9.
Non tulit hanc speciem furiata mente *Cainus*, 9.3
Nec *Stygiæ* regnator aquæ: qui verbera tectis 2.
Funereasque inferre faces solet atque venenum 4.7.
Invidiæ, & charos armare in prælia fratres: 7.
Sanguineam inspirat mentem suadetque *Caino* 7.
Protinus ut fratris spoliaret lumine corpus. 7.9.
Illum autem ardentem curæque iræque coquebat 12.
7.1

Cocyti

1.5 Per mare turbidum intelligo turbidum & amarum peccatis plenum, & monstris refertum. mare alt sikernis aquibus recipocatum, modo alterum ejus habitaculis inocentibus modo majoribus damnis deformis, asidue jactatus, &c. *Stvarez* com. ad *Prolo.* c. 2.

6 Cocyti emissæ stagnis, stygiaq; palude?
16 Haud mora fas omne abrupens, & jura resolvens
1. Clam ferro incautum fratrem superavit in agro
7. Impius, hæsit enim sub pectore vulnus, & udæ
7. Vocis iter, tenuemq; inclusit 16 sanguine vitam.
6.3. Corpus 17 humo tegere, & foveis abscõdere tantũ
4.6.4 Speravit se posse nefas; sed qui omnia novit
6.4. Quæ sint, quæ fuerint, quæ mox ventura trahun-
1. Crudeles aras; trajectaq; pectora ferro (tur
1. Nudavit, cæcumq; domus scelus omne retexit.
4. Ille autem scelerum furiis agitantibus amens,
1. Atque ignotus, egens, terræ Deserta peragrat:
7. Ceu quondam torto volitans sub verbere turbo
7. Quem pueri magno in gyro vacua atria circum
7. Intenti ludo exercent: ille actus habena
7. Curvatis fertur spatiis: stupet inscia turba,
7. Impubesque manus mirata volubile buxum;
7 Dant animos plagæ; non cursu segnior illo
4.7. Per rupes sylvasque agitur, trepidumq; sequuntur
4. Armatæ facibus furiæ & serpentibus atris.
6.9. Sæpius occurrit germani fratris imago
1. Tristis, & ora modis attollit pallida miris;
6.6.3. Latronem ad pœnam ingenti clamore reposcens,
6.6.3 Et quia fraternum potavit terra cruorem
6.1. Fert lappas tribulosque, interq; nitentia culta
6.1. Aspera sylva subit, segnisque horrescit in arvis
6.1.2.1 Expectata seges, quin & lapis omnia nudas
Ec.1. Limosoque palus obducit pascua junco.
1.4. Haud aliter *Christũ* (summo quod honore colebat
11.8. Hunc Deus) invidia & crudeli morte necabant
10.10. Fratres *Judei*, in dominum gens semper iniqua,
11.7. Atque odiis infensa, nec exsaturata quiescens.
8.1. His patria pulsis, torque horrida funere passis
1. Cunctus ob hanc cædem terrarũ clauditur orbis.
7.2 His etiam spinis horrescit pagina Sacra

16 Matth. 26. Christi sanguinolentam sudorem indicat. Deus his verbis: vox sanguinis fratris tui, &c. ait Christus Matth. 23.35.

17 Sic petit Polyphemus Cyclopis oculum semper abscidisse se cuperet Ulysses. Æneid. 3.

Lappaque tribulique adsunt atque aspera sylva. G.3.
Sed postquã inferni rex morte peremit *Abelem* 6.6.
Qui jam fundavit sacratos sanguine muros; 4.2.
Omnipotens ne cæpta opera interrupta jacerent 4.
Artifices alios misit qui mœnia condant: 2.12.
Sethum qui duplicem casum tristesque ruinas 1.11.
Mundi descripsit geminis in postibus; *Enosh* 3.2
Hic primo instituit mortales rite precari. G.1.8.
Kenam, Malaleel, Jared, tum misit *Henochum*
Sublimem hunc rapuit Paradisi ad amœna vireta. 5.6
Longævi palmas nec quidquam ad sidera tendunt 5.
Majores, (ævitque canum latratus in auras; 5.
Et diræ ultrices ululârunt sedibus imis, 4.4.
Irâ indignantes; Pluto fremit ore cruento 11.1.
Mortalem ascendisse illuc unde exulat ipse. 7.11.
Et quamvis patriam antiquam spes nulla videndi 2.
Patribus, hinc tamen æternam sperare salutem 1.
Ausi, atque afflictis melius confidere rebus; 1.
Quod postquã invisam lucem hanc hominesque re- 4. 10.
Secluso nemus & virgulta sonãtia sylvis linquãt 6.
Devenient tandem, & cuncti læta arua tenebunt 6.
Incertas ubi sub *Zephyris* motantibus umbras E.5.
Assiduo resonat cantu formosus *Henochus*. 7.
Ad sacros fontes; ubi mollis amœnitatem *Eccl.1.1*
Floribus & dulci aspirans complectitur umbra. 1.
Has *Christus* sedes, hic debita præmia laudi 3.1
Illis promisit, qui cingent mœnibus urbem, 2 3
Quique arces & tecta colent excelsa *Sionis* 7.5
Post hunc *Methusalem* longævus mittitur; ille 5.
Janum 18 non ulli veterum virtute secundum 11.
Progenuit; centum & bis denos instruit annos 4 2.
Immani scelerum nutantem pondere mundum 1.Ec.4

18 *Janus* primus sacrorum ritus instituit; humani generis propagatus

condruit, unde Camerarius conjecturâ dictum via imperiti fuit, ut *Hebræus* vox *Janus* significet, hiemi præparatur, ut respicimus utrumque secundum, ante & post diluvium, cum virga & clave quibus imperium & custodia designatur. Cum navi etiam qua mundus servatus fuit. Agriculturæ studiosus fuisse dicitur; quæ omnia *Noahi* competunt. *Iudæ Mayph. fol. 208. Torquel. de Sacerdot. Gentil. lib. 19.*

Janus

7.G.3. Ianus, diluvii causas & signa docendo.
4.7 Nam Pluto advertens frustra se opponere factis
10.1. Murorum aggeribus nec posse avertere aperta
2.5. Vi *Solymam* tacitis oppugnat fraudibus illam.
4.4. Aeternam pacem (hoc prætexit nomine frandē)
4.4. Nec non conjugii simulato pectore tædas
4.6. Prætendit, nempe ut gnatæ de stirpe *Caini*
4.7. Iungantur generis *Sethi* de gente creatis;
4.4. Sic miscere cupit populos, & perfidus unam
4. Esse vēlit *Solymis* urbem, & *Babylone* profectis.
10. Scilicet ut *Babylon* premeret ditione *Sionem*;
1.1. Quocirca capit ille dolis, fallitque veneno
G.3. *Sethidas* miseros; furit ingens ossibus æstus
12.8. Postquam hausere oculis forma superante puellas.
6.3.4. Dulcibus illecebris turpique cupidine capti
G.3. In furias ignemque ruunt, amor omnibus idem.
4.3. Ex his progeniti sunt vasta mole gigantes,
3. *Aetnæi* fratres, cœlo capita alta ferentes.
6.3. Quid scelerum facies, & monstra immania dicam
E.6.18 Turpes Concubitus, cædes, atque effera facta
3.9. Horum *Cyclopum*, quæ justa concitus ira
6.6. Eluit omnipotens, medioque sub æquore mersit.
7. Talia connubia, & tales celebrant hymenæos
7. Egregium *Sethi* genus, & stirps sæva *Caini*.
4.6. Scilicet hæc pax est quam rex pretendit averni,
7. Vt soceri & generi coeant mercede suorum,
7.2. Vtque Cainiginæ dotentur clade puellæ;
G.3. Quæ genus omne neci pecudū dedit omne virorū
1.5. Ergo Iustitia & magnus pietate *Noachus*,
2. Instar montis opus divina numinis arte
2. Aedificans, secta contexuit abiete costas.
8.G.3. Huc volucrū pecudūq; genus, genus omne ferarū
6.1.4.1. Atq; hominēs octo reliquos vorat æquore vortex.
2. Inclusit cavo lateri; penitusque cavernas
2.5. Ingentes uterumque cibo potuque replevit.
Ed.4.4. Conveniunt ursæ informes, fulvique Leones

Et sylvis; tum sævus aper, tum pessima tygris, G.3
Et genus omne canum, quin & genus acre luporũ G.3
Auritusque lepus, timidique sequuntur onagri, G.3.G.3
Et lynces variæ, imbellesque ad prælia cerui, G.3.
Lanigeræque greges, & amantes ardua capræ, G.3.G.3
Quadrupidesque citi, & fortes ad aratra juvenci. II.G.3
Sic quæcunque levẽ volucris secat æthera pennis G.1.
Ingreditur (mirum dictu) divinitus arcam; G.4.G.1
Aeriæque grues, & orantes gutture corui; G.1.
Accipitres sacri, & candentes corpore cygni; II.I 2.
Cornix quæ plena pluviam vocat improba voce: G.1.
Quæque aruta lacus circumvolitabat hirundo; G.1.
Solaque culminibus ferali carmine bubo 4.
Sueta queri, & longas in fletum ducere voces. 4.
Quin medio celeres revolant ex æquore mergi, G.1.
Atque aliæ pelagi volucres, & quæ *Asia* circum G.1.
Dulcibus in stagnis rimantur prata *Caystri*. G.1.
Littoraq; halcyones linquunt, & acanthis *asellos G.3
Et philomela dapes, & raucæ rura palumbes. 2.4.2.1.
Et gemere aeria cessavit turtur ab ulmo. Ec.1.
Quin etiam è pastu discedens agmine magno G.1.
Corvorum increpuit densis exercitus alis. G.1.
Sed neq; quã multæ species, nec nomina quæ sint G.1.
Est numerus, nec enim numero cõprendere refert G.2.
Nec Deus has voluit servari à fluctibus omnes, 3.
Sed binæ ex quovis genere ingrediuntur in arcã; 5.G.2
Navita nam tristis nunc has, nunc accipit illas, 6.
Ast alias longe semotas arcet arena. 6.
Vix sese inclusit quum effusis imbribus atra 8.5
Tempestas sine more furit, tonitruque tremescũt 5
Ardua terrarum, & campi; ruit æthere toto 5
Turbidus imber aqua, densisq; nigerrimus austris. 5.
Præterea aggeribus ruptis *Neptunus* ab alto 2.1.
Fertur in abruptum cumulo, camposq; per omnes 12.2
Irruit aeriosque evincit gurgite montes: 8.2.
Sternit agros, sternit sata læta, boumque labores; 24

Præci-

* *Asinis odio prosequitur ulnos lupinorum fœtus devorantes Scaliger. 4. 102. 74.*

Præcipitesque trahit sylvas; genus omne ferarum
Et pecudes, armenta, viros; nec jam amplius ullæ
Apparent terræ, cœlum undique, & undiq; pontus;
Servati ex undis, Solum hi quos arca tenebat,
Sic arcam *Christus* (*Graiis* Ecclesia dicta est)
At non humanis manibus, non arte magistra
Extruxit, sed morte sua, verboque potenti.
Atque hoc incluſos ligno occultavit amicos.
Dũ mare præruptũ pelago premit arua sonanti,
Dum Deus irarum submergit fluctibus orbem.
Vtque gubernator media nunc *Ianus* in unda
Omne genus pecudũ, nec non genus omne ferarũ
Atque homines ligno incluſus, pictaſque volucres
Per saxa incolumes per tot vada cærula vexit:
Sic *Christus* ligno affixus servavit ab orco
Dilectam *Solymam*, & per saxa latentia duxit
Littus ad ætherium, portuque exponit in alto.
O sate gente Deũm, *Solymæam* è fluctibus urbem
Qui revehis nobis, æternaque mœnia servas;
Expectate Solo *Iudæa* arvisque *Sionis*,
Sit mihi certa domus, requies sit certa laborum;
Fac videam patrios longo poſt tempore, fines.
Da tandem pelagi cunctos superare labores,
Et mundi perferre minas, tumor omnis & iræ
Subsidant ponti, patriæ dum dulcis ad oras
Vela damus, vastumq; cave trabe currimus æquor
Poſtquam omnes pelagiq; minas, cœliq; tuliſſet
Iam senior *Ianus*, tot tempeſtatibus actus;
Emiſit tandem volucrem de nave columbam;
Fluctibus oppreſſam terram, cœlique ruina
Explorare jubens, ſi ſeſe attollere rurſus
Incipitæ montes aperire, ac volvere fumum:
Illa diu feſſis arcam circumvolat alis;
Nec requiẽ invenit, pedibus, namq; omnia plenis
Rura natant foſſis, nec adhuc exhauſta reſidunt
Flumina ſe rurſus nota incunabula çondit.

Septima

Septima sed postquam lucem mortalibus almam 5.
Aurora extulerat, radiisque retexerat orbem 5.
Emisit rursus magnũ per inane columbam. 1 Ec. 6.
Haud mora se tollit celerem, liquidũq; per auras 11. 6.
Radit iter, viridi tandem super arbore sidit. 6. 6.
Dum vero *Ianus* cœlum speculatur & alis 5.
Plaudentem visu sequitur sub nube columbam, 5.
Observans quæ signa ferat, quo tendere pergat; 6.
En rostro viridem decerpsit ab arbore ramum; 6.
Moxque volans tenues se sustulit ales in auras, 5.
Atque redit ramum referens fælicis Olivæ; 2. 6.
Subsidisse undas monstrat, pacemque reportat. 5. 7.
Hic senior *Ianus* primum sperare salutem 1.
Ausus & afflictis melius confidere rebus. 1.
Sic quando divinæ iræ densissimus imber 6. G. 1.
Incubuit mundo, medioque sub æquore mersit 1. 6
Humanum genus, en cœlo demissa columba est 1. 1.
Ore ferens pacem, & ramum vivacis olivæ. 6. G. 2.
Aureus hic ille est foliis & vimine ramus 6.
Divini eloquii, magnum & venerabile donum 11. 6.
Quod *Christus* nobis demissus ab æthere summo 1.
Attulit, at mundum submersum à morte reduxit, 8 5.
Postquam primum hominẽ deceptũ morte fesel-
Rex Pluto, stygioq; caput damnaverat orco; lit 4.
Septima sed postquam stellas Aurora fugarat, 5.
Ecce iterum Aetherias emittitur ales in auras, 5. 1.
Explosare udas terras; illa ardua pennis 1. 12.
Astra petit, nec post oculis est redita *Iani*. 12. 2.
Hinc siccam intelligit tellurem, & cuncta sereno G. 1. A. 3
Iam cœlo constare videt: nec fontibus amnes 3. G. 3.
Amplius erumpunt aucti pluvialibus austris. G. 3.
Sanguine sic postquam ventos placavit & imbres 2.
Iræ cœlestis *Christus*, nubesque fugavit, 1. 1.
Fertur in astra volans, superumq; enavit ad arces 5. 6.
O pater hinc animam quum tu de corporis arca 6. 4.
Duxeris, & verbo fessos laxaveris artus; 3. 5.

Tunc

5.5.
11 G.4
12.
5.
1.1.
11.
10,5
7.6
5. 10
8.3
5.1
6.1. A.4.
2.4.5.
8.1
1.
9.
9
9.
10 9
9.
9 3
6.1. A.9.
6.1.
1.
1.
6.1. G. 3.
G. 2.
G. 2.
G. 2.
G. 2.
G. 2.
6.2. G. 2.
6.2. A.4
12.
8.

5.5. Tunc celeres alas trepidæ concede columbæ;
21 G.4 Da pennis ferri per inania nubila cœli:
12. Vt tecum ætherii lustrem cælsa Atria Templi:
5. Annuus exactis completur mensibus orbis
1.1. Ex quo jactari ventis & fluctibus arca
11. Cæpit, at in sicca tandem consistere terra
10.5 Omnipotens voluit *Iani* miseratus ab alto;
7.6 Hæsit in aeriis *Araxati* montibus illa;
5.10 Quam vicinam astris Soboles dum nescia *Jani*
8.3 Spectaret post hæc imis de vallibus, arcam
5.1 Credebat raptam sublimem ad sidera cœli.
6.1.A.4. Hanc forte ob causam veteres cecinere Poetæ
2.4.5. Delectos heroas quod per mare vexerat *Argo*
8.1 Incolumes, sublimem inter cœli astra locatam.
1. Sed *Christi* 20 navis cui nunc *Eccl'esia* nomen
9. Postquam defuncta est finem, portusque tenebit
9 Aetherios olim, cum mundi evaserit undis
9. *Christiadumque* duces cœlestia vexerit arva:
10 9 Omnipotens genitor rerum cui summa potestas,
9. Mortalem eripiet formam, magnique jubebit
9 3 Aetheris esse facem, qualis *Phœbeus Apollo*
6.1.A.9. Et soror alma regens spumantem lumine pontum.
6.1. Et jam cessavit miscreri murmure pontus
1. Emissamque hyemem verus *Neptunus* abegit
1. Vultu, quo cœlum tempestatesque, serenat
8.1.6.3. Collectum humorem *Zephyris* spirantibus haurit,
G.1. Et jubet hybernis jam parcere flatibus *Euros*.
G.1. Iamque iterum lucem pecudes hausere, virumque
G.1. Terrea progenies iterum caput extulit arca,
G.1. Immissæque feræ sylvis, & sidera Cœlo;
G.1. Excipit & rursus cæli indulgentia terras.
G.1. Parturit almus ager, *Zephiriq;* tepentibus auris
6.1.6.1. Laxant arva sinus; frondes nunc explicat omnes
6.1.A.4. Pampinus, & rursus nova prata coloribus ardent;
11. Iamque senex arcæ portam reservavit, & ipse
1. Defessus rerum, & magno telluris amore

20 Mea ſpe lam navis opus repræſentat. *Ecclesiam* in mundo velut in mari jactatam, ſedecim olim *Chriſtianorum* templa in modum navis conſtructa præceptum fuit. *Chrysost. in c. 1. epist. ad Ephes.*

Exiit, egressoque labant vestigia prima; I.10.
Et socii tandem optata potiuntur arena. I.
Egreditur genus omne avium pecudumq; ferarũq; G.3.
Ad scopulos mergi revolant, ad flumina cygni. G.1.G.2.
Ad sylvas turtur, deserta ad culmina passer. I2.
Et *Scylle* tremulis petierunt æthera pennis. G.11.
Quas sequitur sublime volans ad sidera *Nisus*. I2.G.2.
Nunc tepidũ ad solem pennas in littore pandũt G.1.
Dilectæ *Thetidi* halciones, nunc noctua cantus G.1.G.2
Exercet rursum seros & bucula cœlum G.1.G.2
Suspiciens patulis jam capiat naribus aura G.1.
Et cortu præter solitum dulcedine læti G.1.
Ingeminant liquidas presso ter gutture voces G.1.
Aut quater, atq; altam supra volat ardea nubem. G.11.
A via jam resonant avibus virgulta canoris G.2.
Et venerem certis repetunt armenta diebus. G.2.
Garrula jam tigni nidum suspendit hirundo I.G.4
Candida plaudit avis longis invisa colubris; G.4.
Lustra fera repetunt, scandunt dumeta capellæ; G.1.G.3
Cætera pascuntur virides armenta per herbas. G.3.
Egressus *Janus*, cœloque potitus aperto 3.11.
Principio 21 delubra facit, pacemque per aras 4.
Exquirit, mactat lectas de more bidentes. 4.
Cœpit in apricis mox collibus ordine vites G.2.
Ponere, maturæque fuit tunc vinitor uvæ Ec.10.
Sed postquam nimio sese exhilarasset *Iacchо* 3.G.1.
Non assuetus adhuc *Acheloia* pocula, nuper 9.G.1.
Inventis miscere uvis: jacet ecce supinus G.1.G.2.
Membra 22 deo victus, totosque extenditur artus 9.6.
Sed simulac pueri somno videre jacentem, Ec.6.
Chano vipercum inspirat rex pluto venenum 7.
Fratribus, ut ridens monstraret turpia membra 4.5.
(Namque procul vestis semori delapsa jacebat) 10.E.6
Quæ *Semus* proprio cum fratre obnubit amictu 10.11.
Sic *Christus* postquam carchesia spumea musti G.1.G.2.
Iræ divinæ hausisset, de stipite pendens 4.3.

Cervicem

21 Hic fumo celebrum non pro Templo tecto, sed pro aperta area ubi aqua continebatur qua Sacerdotes & Sacrificia lavabantur. unde delubrum, a diluendo dictum. notum est veteres ita ante extructionem Templorum sacrificare solitos in apertis areis

22 Vinum vocat Deum eo fonte quo *Apollo* ventre nominat Deum Phil. 3. quorum postrum templum vini gerunt hujus dei reflectu, a Deo pictum.

3.7. Cervicem inflexam posuit, somnoque petivit;
5. Illum & pendentem pueri, & risere gementem,
5. Et rident rubros revomentem pectore fluctus.
1.6. Tunc *Iano* dat jura Deus, tunc legibus orbem
6.10. Fundavit; fratres odio certare vetabat,
1.1.1. Aut capere insidiis res fratrũ, aut vertere prædas.
3. Vt parcant scelerare manus in sanguine fratrum;
3. Vt casta maneant sub religione nepotes;
7.6. Vt turpes vitent thalamos, vetitosque hymenæos
12.3. Viscera ne vivis rapiant animalibus; atro
3.10. Sanguine ne pecudum vescantur; jamque potestas
9.G.3. Concessa in pecudes; quod quãvis frondibus olim
G.3. Sint pasti patres, & victu simplicis herbæ,
G.3.1.1. Nunc vires pecudum membris revocare licebit.
4.1. Quin & promittit se nolle immergere ponto
1.G.3. Vlterius terrarum orbem, & genus omne ferarũ,
G.3. Et genus humanum, & pecudes pictasq; volucres.
12.9. Hoc fœdus roseo firmat *Thaumantias* ore:
4. Nempe *Iris* croceis per cœlum roscida pennis
4. Mille trahens varios adverso sole colores.
2.2. Sed pluto nondum satiatus clade priore
7.11. Quam *Solymæ* tædis funestis intulit; ecce
1.4. Relliquias odio insequitur, stirpemque futuram;
4.12. Ne quid inexpertum linquat quo funditus urbem
12. Vertat, & æqua solo fumantia culmina ponat.
1.6. Audierat magna *Semi* de stirpe nepotum
1.1. Venturum *Christum*, qui firmo fœdere junget
4.4. Imperio *Solymos* stirpem, & genus omne *Iapeti*,
4.12. Quos paribus reget auspiciis, sociosque vocabit,
4.G.3. Ille ut communem populum sibi subderet omnes
5.10 Advocat, inque deum scelus irrita jurgia jactat;
8.1. Crudelemque vocare audet qui gurgite vasto,
G. 1. Dum fædam glomerat tempestatẽ imbribus atris
6.9. Tot pecudes, hominesq; immersit; suadet ut altã
2.2. Aedificent turrim, cœloque educere certent,
8.1. Quæ pelagi fluctus temnat, cœlique ruinas.

Hic

Hic inquit locus urbis erit, requiesque laborum, 3.
Hic arx, hic regnum venturis gentibus esto; 1.1
Quis prohibet muros jacere, & dare civibus urbē 5.
O miseri, & rapti nec quicquā ex æquore! nusquā 5.
Vobis certa domus, dicentur mœnia nusquam 6.5.
Quare agite, & mecum sublimem condite turrim 5.2.
Astris vicinam, & quæ culmine pulset *Olympum.* 5.3.
His vero arrecti dictis, actique furore 5.5.
Accingunt operi sese; pars ducere sulcos: 1.1.
Fundamenta locant alii, pars tollere moles: 1.7.
Murorum ingentes, aptant portasque fenestrasq; 4.G.4
Hi latores vastis fornacibus igne coquebant, 8.G.4
Hi fingunt alii ventosis follibus auras 8.
Accipiunt, redduntque: nigrum legit ille bitumen; 8.G.3
Qualis apes æstate nova per florea rura 1.
Exercet sub sole labor, cum gentis adultos 1.
Educunt fœtus, aut cum liquentia mella 1.
Stipant & dulci distendunt nectare cellas; 1.
Aut onera accipiunt venientum aut agmine facto 1.
Ignavum fucos pecus à præsepibus arcent 1.
Fervet opus redolētque Thymo fragrantia mella. 1.
Ollis subridens hominum rerumque repertor 1.12.
Vertice stat cœli, & fulva de nube tuetur. 2.11
Instantes operi artifices, & vana minantes. 1.11
Haud mora succinctus nimbis, & turbine ab alto 10. 11
Descendit cœlo, atque minas miseretur inanes 8.10
Artificum, & tantos mortalibus esse furores, 1.10
Vt sperent se posse ipsum contingere cœlum. 9.6
Propterea dedit ora sono discordia, & omnes 2.
Iam linguis varios varias dispersit in oras: 8.1
Europa atque *Asia*, pulsus *Cham* tristis ad *Afros* 1.
Discedit, longeque ignotis exulat oris G.3
Multa gemens ignominiam, plagasque Tonantis G.2
Vltoris, tum quos amisit egenus amicos, 6.G.3
Dum patria profugus sitientes errat ad *Afros* 1.*Ec.*1.
Et turrim aspectans regnis excessit avitis: G.3.

Nec

2. Nec sibi jam patriam antiquam spes ulla videndi.
3. Nec charos fratres exoptatumque parentem.
4.9 Jam petit (ut perhibent) *Europæ* extrema *Iapetum*.
G.2. At *Semus* patrijs *Asiæ* consedit in arvis.
8.1 Cujus ad Auroram soboles penetravit & *Indos*
8. Sic *Babylon* deserta jacet, traxitque ruinam,
8. Et jam dirarum est domus opportuna volucrum,
1.1 Quam Pluto voluit dominari gentibus olim;
G.1. At vero terram mortales vertere ferro
G.1. Prudens instituit *Janus*: primusque per artem
G.1. Movit agros, curis acuens mortalia corda:
G.1. Nec torpere gravi passus sua regna veterno;
G.1. Et docet ut soboles meditando extunderet artes
G.1. Paulatim, & sulcis frumenti quæreret herbam,
G.1. Et silicis venis abstrusum excuderet ignem.
G.1. Tum docuit natos segiti prætendere sepem,
G.1. Insidias avibus moliri; incendere vepres;
G.1. Balantumque gregem fluvio mersare salubri.
G.1. Et gruibus pedicas, & retia ponere cervis
G.1. Auritosque sequi lepores, & figere damas
G.1. Et torrere igni fruges, & frangere saxo.
G.2. Et quia jam tellus facta est ulligine salsa
7.G.4 Diluvii sterilis, nec fertilis illa juvencis,
G.4.G.4. Commoda nec segiti, nec *Bacchi* munere fœlix;
G.1. Propterea in campis tenues, deducere rivos
G.1. Et saturare fimo pingui sola jussit amara,
G.1. Et cinerem immundum effœtos jactare per agros
G.2. Atque feros fructus docuit mollire colendo.
G.2. Et sætam tenui vitem committere sulco.
G.2. Et quum olim seras deponet vinea frondes,
G.2. Frigidus & sylvas *Aquilo* nudabit honore
G.2. Instruit ut curvo *Saturni* dente relictam
G.2.G.2. Attrectet vitem attondens, fingatque putando.
G.G.4. Multaque præterea spaciis quæ exclusus iniquis
G.4. Prætereo atq; aliis post me memoranda relinquo
4.7. Interea *Semus Sobyma* tecta alta locabat

Quam